BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
9 A
42

68-9-A-12

# ¶ Dñi meſue vita.

¶ Doctorum artis peonie cognomina.

¶ Canões vniuerſales diui Meſue de ꝯſolatione medicinarū et correctione operationū earūdez.

¶ Grabadin eiuſdem Meſue medicinarum vniuerſaliū quod antidotariū nuncupatur.

¶ Liber eiuſdem medicinarum particularium.

¶ Additio Petri apponi medici clariſſimi ī librū Joā. Meſue.

¶ Antidotarium Dñi Nicolai.

¶ Cophonis inter medicos celebris iſagoge.

¶ Sūmula Jacobi de ptibꝰ p alphabetum ſuper plurimis remedijs ex antidotario ipſiꝰ Meſue excerptis.

Bibl. S. M. Magdalenae Romae

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# Doctorum cognomina.

## ¶ Auctorum famoſiſſimorum

cognomina qui in ſcolis allegantur a noſtris inter diſputandum aut legēdum. Ad clariſſimū artis peonie doctorem: Joannem clemēſinum Domini cardinalis alabrenſis ac regis nauarre conſiliarium dignissimum.

Memorantur apud priſcos: rerū geſtarum glorie inſignes medicos non pauci: medicorum clariſſime: qui ob virtutum ſuarum merita nomen ſuum poſteritati cū celebritate cōmendarūt. Inter quos eminēt: olim curis experientijs doctrina. ſapiētieq; celebres: q in hac formula numerātur. Nūc vero ad hoc tendit ſermo noſter: vt laudādo oēs incitemus ad colēdā artis peonie doctrinā: exhortādo vero ad eandē imitādā. Vale noſq; Symphoniace et vt collega ames.

¶ Diuus hippocrates.
¶ Galenus hippocratis interpres et medicine princeps.
¶ Auicenna Galeni interpres.
¶ Euangeliſta medicine Meſues.
¶ Experimentator egregius Raſis penus.
¶ Venerabilis preceptor halyabbas.
¶ Galeni Symia haly rodoam.
¶ Galeni lima Rabbi Moſes.
¶ Clariſſimus preceptor Iſaac.
¶ Eques auratus Dioſcorides.
¶ Sapiens cognomento Abymeron Auenzoar.
¶ Stimulus medicorum Auerroys.
¶ Elegantiſſimus preceptor Cornelius Celſus.
¶ Venerabilis preceptor Joānes Serapionis filius.
¶ Colendiſſimus preceptor Conſtantinus monachus.
¶ Doctor deuotus Joannes damaſcenus vel vt alij dicūt Meſues.
¶ Doctor ſanctus Iſidorus hyſpalenſis.
¶ Magnus cognomento Albertus.
¶ Pluſq̄ commentator Truſcianus.

# Doctoralia cognomina.

¶Conſiliator petrus de Apono.
¶Auicenne verus interpres Gentilis.
¶Doctor liberalis petrus hyſpanus.
¶Doctor ditiſſimus Tadeus florentinus.
¶Doctor chariſſimus Alexander aphrodiſeus.
¶Doctor ampliſſimus Nicolaus florentinus.
¶Doctor ſubtilis Jacobus forliuienſis.
¶Doctor ſingularis Marſilius de ſancta Sophia.
¶Doctor prouidus Dinus de garbo.
¶Miles illuſtris Matheus Siluaticus.
¶Doctor egregius Thomas de garbo.
¶Doctor ſophyſta Sermoneta.
¶Doctor affabilis Bartholomeus Montagniana.
¶Doctor optatiſſimus Joannes de gradi.
¶Doctor vrbanus Antonius Sermiſonus.
¶Doctor obſequioſus Michael Sauonorola.
¶Doctor benignus Panthaleon de verzelis.
¶Doctor generoſus Chriſtoforus de honeſtis.
¶Doctor ornatiſſimus Alexander benedictus.
¶Doctor inſignis Arnaldus de villanoua.
¶Doctor probatiſſimus Bernardus de gordonio.
¶Auicenne familiaris interpres Jacobus de partibus.
¶Doctor ſuauiſſimus Joannes de ſancto amando.
¶Doctor manſuetus Gerardus de ſolo.
¶Doctor ſplendidus Joannes de tornamira.
¶Doctor domeſticus Guido de calliaco.
¶Doctor deſideratiſſimus Gilbertus anglicus.
¶Doctor vigilantiſſimus Joannes herculanus.
¶Interpres .G. ingenioſus liniacrus.
¶Interpres Galeni ſuauiſſimus Guyliermus copus.
¶Doctor Symphoniacus Campegius.

# ¶ Joãnis Meſue Nazareni vi-
ta a dño Symphoriano Cãpegio eq̄ti aurato ac Fauergie
dño ꝯpoſita. Ad reuereñ. in xp̄o p̄rem dñm Laurẽtiũ Cãpe-
giũ. Tituli ſctẽ Anaſtaſie Cardinalē ac Anglie legatum
digniſſimum.

Inter multa ꝛ preclara
ꝛ egregia q̄ p̄clariſſimũ Damaſci regnuꝫ
mirifice adornãt. vir clariſſime nihil ipſe
p̄ſtãtius duco atq̧ auguſtius: q̄ꝫ ꝙ medi-
coꝝ euãgeliſtã Jo. Meſuẽ Regis Dama-
ſci nepotẽ quõdã alũnũ tulerit: rectiſſimũ
habuerit moderatorẽ: ac iſignẽ p̄ſacraruꝫ ipius medicine
exẽpla ꝛ radios illuſtrẽt. Nẽpe bonoꝝ illius operum ma-
gnitudo claritas ꝛ excellẽtia ſingularis: nõ mõ illi ipi: ſed ꝛ
toti regno ꝛ oibꝰ eius idigenis ſplẽdorẽ attulit nõ medio-
crẽ: nulloq̧ tp̄e delebilẽ. Sicut em̄ virtus autore Saluſtio
clara eternaq̧ habet̃; ita ꝛ illius fama: nomẽ ac fulgor illu-
ſtris ꝑpetuo durat: nullũ piturus in euũ. Si Mãtua Virgi-
lio gaudet: Verona Catullo: Lutecia Dyoniſio: Tholoſa
Statio: Burdegalis Auſonio: Lugdunũ Lutio plotio ꝛ hy-
reneo. Si peligne gẽtis gloria dicat̃ Ouidius. Si deniq̧ ſe-
ptẽ vrbes certãde ſtirpe inſignis Homeri. Smyrna: Rho-
dus: Colophon: Salamin: Jus: Argos: Athene: ꝙ vnaque-
q̧ eaꝝ ſingularẽ illã gloriã ſibi vẽdicare ꝯtendat: tm̄ ac ta-
lẽ poetã ſuis menibus ac tectis eſſe oriundũ: nonne eq̄ aut
valẽtiore rõne Damaſcus id ſibi laudi aſcribere debet: ꝙ
ſuis finibꝰ editus ſit ac educatus Jo. Meſues: q̇ oẽs v̄tutũ
numeros ꝯplexꝰ: ſũmũ caꝝ faſtigiuꝫ ac culmẽ haud dubie
cõſcẽdit: q̇ lucidos inſtar ſolis: oĩs ſanctimonie radios de
ſe vibrans: oim oculos miro illoꝝ ſplendore p̄ſtringit: qui
deniq̧ dignus habitus eſt et apud medicine ꝓfeſſores bo-
nus Meſues ac coꝝ euãgeliſta vocaret̃. Ceterũ ꝛ potẽtior
eluceat huius viri excellẽtia apud me cõſtitui de laudibus
ipſius nõ nihil i p̄nti libello differere: nõ q̄dẽ hiſtorice nar-
rationis cõtextu: q̄ ſatis inuulgata eſt: ac explorata: ſꝫ lau-
datorio potius ac hortatorio ſermone: quo et id oñdatur

laude ꝗ̃ maxime dignus: ⁊ ceteri medicine ſectatores illi⁹
exẽplo incitẽtur ad imitationẽ ꝟtutũ illius: amplexãdãq;
ſimilem in curandis morbis rationem.

¶ Quibus philoſophis et medicis in vita morib⁹ ⁊ doctrina potiſſimum aſſimilatur. Caput.ij.

SI philoſophoꝝ ãtiquoꝝ ⁊ medicoꝝ q̃ ꝟtute ⁊ meritis
lõge ceteris ꝓſtiterũt: acta memoratu digna eximiaq;
opa aĩo reuoluere lubet: vix q̃ſpiã occurret: cui Meſues vel
aliqua ex parte nõ aſſimilet: vſq; adeo in ſe oẽs virtutum
gradus ac modos: cumulatos habuit ⁊ cõnexos. Si q̃dem
relucet ĩ eo incredibili quodã ſplẽdore Socratis benigni-
tas: Platonis diuinitas: Ariſtotelis ingeniũ: Demoſtenis
facũdia: Dauid regis zelus ad dei cultum: Galeni in me-
dicando deſteritas: Auicẽne breuitas: Raſis experiẽtia. Et
vt paucis agã: neminez inuenies ĩ tota philoſophorũ aca
demia virtute doctrina ſpectabilẽ: memorabilemq; virum:
a quo Meſues noſter omni quaq; diſſideat: et in medicãdi
ratione penitus diſcrepet.

¶ De nobilitate et diuitijs: tũ corporis tum animi Joannis Meſues. Caput.iij.

INter preclaros laudum titulos quibus ornatur medi
cine euãgeliſta Meſues: is primo occurrit loco deſcri
bẽdus: q̃ gñoſis eſt exortus natalib⁹ et ſtẽmate clar⁹ parẽ
tũ refulget: ex nobili regioq; ſanguine ꝓgenitus: et antiq̃
Damaſcenoꝝ regũ ſtirpe Damaſci natus verũ hãc a parẽ
tũ ⁊ pauoꝝ gñe acceptã carnis nobilitatẽ: ipa lõge ꝓſtatio-
ri gñoſitate decorauit: vtpote aĩ: q̃ vere ingenuus fuit ⁊ ſpe
ctabilis. hãc ſolã magnifacit deus: illaz vero hoies hui⁹ ſe-
culi. hec ſola reddit hoiem laude dignũ: ⁊ ceteris iure ꝓſtã-
tiorẽ. Illa vero ne laudẽ q̃dẽ meret: niſi ꝟtuti ꝯiũcta reſplẽ
deat. Itaq; ꝑcipua Jo. Meſue nobilitas ea fuit: de q̃ dicit Hie
ronimus ad Demetriadẽ ꝟginẽ cũ ſcribit. bona illa q̃ foris
petunt: ⁊ q̃cq̃d aliũde ſperat: alienũ ẽ. Intranea vero bona:
in ptãte tua ſunt ⁊ vere ꝓpria: q̃ nõ extrinſecus veniũt ſed
in ipo corde gerant. Sũma apud deũ ẽ nobilitas: clarũ eſſe
ꝟtutibus. Talis aũt fuit nr Meſues: q̃ a primis in cunabu
lis deo penitus addictus nihil aliḋ diligentius curauit: ꝗ̃
debitũ illi obſequiũ quotidie ꝓſtare: carnẽ ſpiritui: ſpm̃ ve-

ro deo ſubÿcere. vtroq igit mō: ꝛ carne ꝛ ſpū apprime nobi
lis fuit Meſues: ob ai tñ ꝙ corporis nobilitate lōge pſtabi
lior. Cuiſnle aſtipulat Seneca: ita ad lucillū ſcribēs. Cū vo
lueris verā hois eſtimationē videre ꝛ ſcire qlis ſit: nudū in
ſpice: deponat patrimoniū: deponat honores: ꝛ alia fortu
ne mēdacia. Corpus ipſum exuat ꝛ animum ītuere: qualis
quantuſq ſit: alieno an ſuo magnus.

Quomō diſcipulos ꝛ medicos oēs Meſues optimis vite īſtitutis formauit: ꝛ ad dei timorē īduxit. Ca. iiij.

Ceterū qd a ſuis ante accepat pceptorib⁹ Meſues: ſtu
duit diligēter ꝛ ī diſcipulos ſuos trāſfundere: optimā
ſcʒ vite inſtitutionē ꝛ pclaros mores. nos medicos eñ oēs
velut alt Thobias ad filios ſaluberrimis monitis aſſidue
ad dei timorē ꝓuocauit. ipe eñ ī principio ſui Grabadin. i.
ſue (vt vulgo dr) practice ita ꝓclamat. Totus dei timor pue
niat ꝛ principiet opera tua: et felicitabit ea: ꝯſidera tñ ne te
amor aut odiū circūueniat vt dclines a recto. Eſt eñ excel
ſus glorioſus q iudicat: ſunt et celi q arguūt. Clemēta q ſe
uiūt. Et ſi nō aliud: ſupeſt in poſterū cruciatus gehēne. Et
paulopoſt deū in cūctis ppone: ꝛ pponet te. honora eum: ꝛ
honorabit te. Time eū ꝛ ſecurus cūcta experieris. Ne diuer
tas dū recta potes. Nomē eñ ꝛ rem habet medici: quē nul
la mouēt: quē cōſtātia morū: inceſſus grauitas: ꝛ ſermonū
ornus inſignit. Seſtiūt munera bñ qdē ad vitā. ſed melius ē
nomē pclarū cūctis diuitÿs. Et pauloante diceret. Sanat
ſolus lāgores deus: ꝛ de frugalitatis ſolio ꝓduxit ī largita
te ſua medicinaʒ: bñdictus glorioſus ꝛ excelſus ꝛ creator.
Cū tñ auxiliari nō deſinēs: curādi doctrinaʒ timētib⁹ eum
explicauit ꝛ ī ꝓhemio ſimpliciū inſit auxiliatoreʒ petamus
deū ad quē cūcta reſpirāt: et a quo miſericordie oēs ꝓdeunt
q ſit bñdictus hec ille. Sūt eñ iſta pclara nri Meſues docu
mēta adeo (q mirabilis ē in creaturis ſuis) feliciter in ipſo ī
choata felicius continuata: et feliciſſime conſūmata.

A claris ꝛ bonis parētibus Joan. Meſues eſſe exortum. Caput. v.

Nobilitat illud vt iā diximus añ oīa Joā. nrm: ꝙ claris
natalib⁹ ſit exortus: ꝛ vtriuſq parētis deductu ac ppa
gine regio ſtēmate decoratus. hinc plerunq ad vſu venire

ꝯpertū ē: ex b onis parētibꝰ bonos quoqꝫ filios enaſci: cer
ex bona arbore bonū fructū: q̄ illoꝝ parētū exēplo trahū-
tur filij ad ꝯſimile genus vite: q̄ le in illis pſpiciunt. Et quē
admoduꝫ pulchre Baptiſta ille nr̄i tp̄is poeta clariſſimus
canit. Qui viret ī folijs: venit ab radicibus humor. Sic pa
trū ī natos abeūt cū ſemine mores. Huius viri natale ſoluꝫ
fuit Damaſcus Aſſyrie vrbs primaria. Et vt dicūt metro-
polis: oim ferme vrbiū Aſie vetuſtiſſima eſſe videt̄. Quam
Abrahe ſeruos fundaſſe ſacre tradunt lr̄e. Hec inſignis ci-
uitas itinere ſex dierū ab hierl̄m diſtat in q̄ doctor gētium
paulus baptiſmū ſuſcepit. Fuit igit̄ Meſues Regis Dama
ſci nepos: cui ꝓpriū nomē Joānes fuit q̄ fuit Meſue filiꝰ: q̄
alteriꝰ Meſues nepos extitit: q̄ Hamech: q̄ Haly: q̄ Abdele
regis Damaſcenoꝝ filius. Quare ipſe in eo ip̄o libro cui ti
tulus de ꝯſolatione medicinarū ſimpliciū ⁊ correctiōe ope
rationū earū canones inſcribit̄ ſic ſcriptuꝫ repies. Jn noīe
dei miſericordis cuiꝰ nutu ſermo recipit gratiā ⁊ doctrinā
pfectionē: pricipiū verboꝝ Jo. filij Meſue: filij Hamech: fi-
lij. Heli: filij Abdela regis Damaſci hec ille. Sꝫ age adijcia
mus ex oibꝰ ſuperioribus philoſophis v̄tute p̄ſtātibꝰ vnuꝫ:
cui Jo. nr̄ Meſues ꝯditiōe vite ac ſchemate moꝝ ꝓpemodū
aſſimilari oſ̄dat̄: vt pote Dauid regē. in quo p̄ter ceteros
enituit ſingularis ſui hūiliatio corā deo: ī arce deportatio
ne: in penitētia ꝓ ꝯmiſſo adulterio: in fuga añ ꝯſpectū filij
ſui Abſalon. Sic Meſues ſeip̄m exinaniuit: corā deo et ho
minibus vere humilis ſine fictione: ſui ipſius abiector at-
qꝫ ꝯtēptor et cum maximus medicoꝝ olim eſſet: minimū ſe
atqꝫ poſtremū ꝯſtituit. Fuit ⁊ in Rege Dauid inſignis: pie
tas ad cultum dei: quē ꝯſtitutis ſacerdotibꝰ hebdomada-
rijs: cantoribus atqꝫ ianitoribus mirifice ampliauit. At ve
ro Meſues noſter pietate in deū nulli philoſophoꝝ fuit ſe
cūdus: q̄ certe aſſidua deuotione deū coluit: ⁊ extructione
medice artis libroꝝ dei cultum apud ceteras gētes dilatā
dū curauit. Hec ſalutaria documenta aiaduertant nr̄i ſecu
li medici: exēploqꝫ prudentiſſimi Meſue edocti reſipiſcant
a ſardanapalea illa educatione: q̄ ſuoꝝ corpoꝝ et filiorum
ſuoꝝ aios eneruant.

¶ Quo tp̄e claruerit Jo. Meſue. Ca. vi.

# Joannis Meſues.

ANno a chriſti natiuitate. M.clviij. Floruit Meſues
eo ferme tempore: cum per ſyriam atq; paleſtinā chri
ſtiani a Mahumethi cultoribus diris incurſionibus pme
renē. Et tunc ex prouincijs ingens orbis chriſtiani militū
et populi exercitus inſurrexit et in ſyriā profectus eſt. Cu-
ius bone partis ductor fuit Gaufridus lotharinge dux co
mitantibus ſuis fratribus Balduino et Euſtachio. Et cū
anno noſtre ſalutis Mileſimo cēteſimo chriſtianorū prin-
cipes ꝛ cruce ſignati Gaufrido lotharingo duce Nicea pri
mo: mox Iconiū: Ceſareā: Tharſuz: heracleā: Anthiochiā.
Tandem hieroſolymā: poſtremo Damaſcum ꝛ plurimas
alias ſarracenoꝝ vrbes ceperunt: et in paleſtina et ſyria et
hieroſolymis p annos. lxxx. regnarunt. Sub illis tempoꝛū
lationibus puta anno chriſti. M. clviij. claruerit Meſues.
Videtur illum potius coluiſſe Chriſtum quam Mahume-
tum. Diceret forſitam importunus cauillator. in principio
de egritudinibus capitis ipſius: ſic ſcribitur: Joannis na-
zareni filij Meſue grabadin ꝛc. igitur fuit nazarenus. Re-
ſpondeo ipſum fuiſſe nazarenum a chriſto nazareno: non
iudeum: eſt enī hoc nomen apud iudeos inteſtiſſimū. erat
enī tunc ſceptrum a iuda ablatuz. Bonus enī Meſues de
bono theſauro cordis ſui profert bonum hoc nomen Na-
zarenum: ex abundantia enim cordis os loquitur. Circir
ca non potuit ex intimo cordis ipſius principio penitiſſi-
moq; virtutum omnium theſauro proferri niſi q crucis ti
tulum redolet. Quapropter medicorum academia id ſibi
laudi aſcribere debet: q nazarenus ſiue chriſtianus fuerit
Meſues: qui omnes virtutum numeros complexus: ſum-
mum earum faſtigium ac culmen haud dubie conſcendit.

## ¶ De operibus ac numero librorum ipſius Me-ſues. Cap. vij.

INter multa et preclara et egregia medicine illius ope
ra. Eſt liber de medicinarum ſolutiuaruz rectificatio-
ne. Aliuz quoq; ſcripſit quem appellauit Grabadin. Et cū
de curis morborū ſcribere orſus fuiſſet et a capite inchoaſ
ſet: ſcribens de morbis cordis interijt: et imperfectū opus
reliquit: qd poſtea (et ſi non eadem numerua) Petrus apo-
no patauinus et Franciſcus pedemontanus perfecerunt.

Scripſit et aphoriſmos elegantes quidem et breues. Poſtremum anteꝗ̃ extrema laboraret inualitudine Meſues: qua tādem pie in domino defunctus eſt: tanꝗ̃ mortis ſue breui imminentis: domino reuelante preſcius: plura conſcripſit ſermone greco: ꝗ̃ plurima ſalutaria documenta et chriſtiane pietatis pleniſſima inſtituta: que filijs ſuis: ideſt medicis quaſi pro teſtamento reliquit: quorum ſententia: quoniam doctrinam continent preclaram et religioſam. ſaraſceni ꝛ mahumetiſte. chriſtianis a Saladino ex hieroſolyma expulſis: in lucez non peruenerūt. Quocirca nō potuit ex intimo cordis ipſius receſſu penitiſſimoqꝫ virtutum omnium theſauro proferri: niſi quod virtutum redoleret. Uale pater clariſſime et nos Symphoniace in campo damaſceno ludentes Ama.

# Canones vniuerſales.

IN nomine dei miſericordis cuiꝰ nutu ſermo recipit gratiam ⁊ doctrinam perfectionem principium verborum Joannis filij meſue: filij hamech: filij heli: filij Abdela regis damaſci.

¶ Verbum cecidit inter inquirentes ſcire quid eſt ꝙ rememorati ſunt quidam de rectificatione medicinarū ſimplicium ſolutiuarū. Multi ſapientes ſcripſerūt.

¶ In diſperſione tamen nec quiſꝗ eorum plenam traditionem ex hac intentione edidit: ſed per diuerſa capitula de diuerſis rememorati ſunt: diſperſam doctrinam hanc dimittentes.

¶ Quidam vero ex dilectiſſimis noſtris: quibus ex charitate tenemur: nos deprecati ſunt vt opus vnū ex hac diſperſione colectum vnam preceptorum aggregationem transferamus.

¶ Quorum iuſtas exaudientes preces hoc opus aggredimur cum auxilio et bonitate dei qui ſit benedictus. Fac ergo pie deus preceptorum horum aggregationem felicem de theſauris largitatis tue omnia felicitans. Ponamꝰ autem opus noſtrum ſectiones duas. In prima ſcientia vniuerſalem de rectificatione medicinarum cum cōditionibꝰ et modis ſuis. In ſecunda particulares ſermones in vnaquecꝫ medicinarum de eſſe ⁊ poſſe ⁊ rectificatiōe ſcribamꝰ. Et in hoc terminabimus.

¶ Diſtinctio primi libri in intētiones ſummas ⁊ capitula.

QUattuor intentionum aggregabimus ſermonem in hoc primo noſtro libro.

¶ Prima intentio ponit cōditiones in electione et poſſe medicinaꝝ ſolutionem facientiū.

¶ Secunda ponit conditiones in emendatione malitiarum in ipſis.

¶ Tertia ponit conditiōes in emendatiōe malitiarū redūdantiū ab ipſis in corpore hora ſolutionis.

¶ Quarta ponit conditiones in emendatione nocumētorū derelictorum poſt purgationē.

¶ Prima intentio duo capitula continet.

¶Capitulum primum est de electione medicinarum que fit per comprehensionem iudiciorum earum secundum eſſe propriu.
¶Cap. ij. eſt de electione medicinarum que fit per comprehenſionem iudiciorum earum secundum poſſe ipſarum.
¶Secunda intentio continet duas ſummas.
¶Prima ſumma est de rectificatione medicinarum cum ſocietate alterius medicine et continet. iiij. ca.
¶Capitulum primum eſt de rectificatione medicinarum cum eo quod opponitur eis proprietate ſua.
¶Capitulum. ij. eſt de rectificatione earum eo quod opponitur eis complexione ſua.
¶Capitulum. iij. eſt de rectificatione earum cum eo quod opponitur eis effectu ſuo.
¶Capitulum. iiij. eſt de proportione rerum ſibi inuicem aſſociandarum.
¶Secunda ſumma eſt de rectificatione medicinarum cum bonitate que acquiritur per artem et continet. iiij. capitula.
¶Capitulum. j. eſt de modis coctionis medicinarum.
¶Capitulum. ij. eſt de modis lauationis medicinarum.
¶Capitulum. iij. eſt de modis infuſionis medicinarum.
¶Capitulum. iiij. eſt de modis triturationis medicinarum.
¶Tertia intentio eſt de emendatione nocumentorum in hora purgationis et continet. iij. capitula.
¶Capitulum. j. ſi medicina mouet et non euacuat quid ſit agendum.
¶Capi. ij. ſi medicina indebite et laborioſe ſoluit.
¶Cap. iij. ſi medicina ſoluit vltra quam oportet.
¶Quarta intentio eſt de emendatione nocumentorum poſt purgationem: et continet. xiij. capitula.
¶Capitulum. j. de febre poſt purgationem.
¶Capitulum. ij. de dolore capitis poſt purgationem.
¶Capitulum. iij. de vertigine poſt purgationem.
Capitulum. iiij. de debilitate viſus poſt purgationem.
¶Capitulum. v. de debilitate ſtomachi poſt purgationem.
¶Capitulum. vj. de ſiti poſt purgationem.
¶Capitulum. vij. de ſingultu poſt purgationem.
¶Capitulum. viij. de dolore ſtomachi poſt purgationem.
¶Capitulum. ix. de excoriatione inteſtinorum poſt pur-

gationem.

¶ Capitulũ decimũ de egeſtione ſanguinis eſt purgationẽ.
¶ Capitulũ vndecimũ de tenaſmone poſt purgationem.
¶ Capitulum duodecimuz de laxitate ⁊ debilitate corporis poſt purgationem.
¶ Caplm.xiij.de ſpaſmo poſt purgationem.
¶ Continet igitur liber primus.xxxj.capitula.
¶ Prima intentio ponit ↄdiciones ⁊ electiones ⁊ poſſe medicinarũ ſolutionem facientiũ et continet.ij.capitula.
¶ Capitulũ.j.de electione medicinarũ que fit per ꝑ comprehenſionem iudiciorum earum ſm̃ eſſe proprium.

Dicimus ꝙ medicina laxatiua nõ eſt a re complexionali ſic:ſed qꝛ talis. Neqꝫ vt cõtrariũ incõtrariũ: qꝛ cõtrariũ:ſꝫ qꝛ talis. Et neqꝫ qꝛ ſimile attractiuũ huius vel eradicatiuũ:aut contrariũ:ſed qꝛ tale. Et neqꝫ qꝛ graue aut leue agitatiuum ſuperius vel inferius:ſed qꝛ tale.
¶ Dotatur enim omne duplici.vt aiunt philoſophi virtute.ſ.elementari ⁊ celeſti.huic quidẽ cõi huic vero propria. Etenim calefactiuum ⁊ frigidatiuum calidum ⁊ frigidum omne. Solutiuum autem non qꝛ calidũ:nec qꝛ frigidum:ſꝫ qꝛ celeſti virtute dotatum ſit ipſius mixtionem regulante. Et ob hoc quidem ſolutiuũ hoc. Illud vero prouocatiuũ. Aliud vero aliter. Et aliter hoc qꝛ celeſti virtute tale ſupra complexionem fertur.
¶ Inquit Pla. dotauit res quidem natura ꝓprietatibus. Omnino enim quodlibet quod ſm̃ meret a ſpecie ſua agit qđ proprium eſt. Utiqꝫ enim nullius rei ẽ actio propria niſi quam ſpecies regulat. hoc autem certificare non eſt medici.ſed eius qui ſe altius agit.
¶ Opinari etiã incõueniẽs:qꝛ ſimile nimirum vtiqꝫ hoc ſic econtra:ſed ↄtraria ſe inuicem fugant et non attrahunt.
¶ Inquit heben Meſue. Scire amplius oportet ꝙ actio ſolutiui in materias cum diſcretionibꝫ et limitationibus regulantis nature fit. Eductio enim earum eſt opus nature: pharmacum vero per id quod idem fit. Eſt enim ipſuz idẽ nature quod inſtrumentum artificis.
¶ Ait eniꝫ hyp. Eſt quidẽ nature curare non medici. Medici vero dicimus opus eſt nature porrigere

¶Cum autem quod porrigitur nature opus vicit: aut q̄ntitate aut malitia in preiudicium, eius effrenes efficit operationes.

¶Uerum quantitas ſupra exigentiam naturalem trāſgreſſione efficit et dat nocumēta multitudinis. Malicioſitas vero ⁊ multitudinis: et alterius atq; alterius modi imprimit nocumenta.

¶Et tua intereſt malignarum atq; incolumium mediciinarum apud te habere differentias.

¶Nam ſunt et malignaru; quedam genere: ſuper quibus de effrenitate non ambigitur ſicut mezereon: glebee et euforbium. Et in generibus pluribus ſunt ſimiliter ſicut turbith nigrum et agaricus niger et durus. et colloquintida ſingularis in planta ſua et ſcamonea de contracta coraſceni: a quibus elongari oportet niſi forſitan cōgruam ex eis quedam in magnis cauſis. et tunc ſuper eis preſumendu; eſt cu; timore et cautela. Nam in quibuſdam morbis competit venenum vt ſerpentes in lepra: poſt fractionem tamē malitie ſue vltimam ſi poſſibile eſt vel ſaltem q̄ melius fieri poteſt: quemadmodum dicemus poſt.

¶Et plurimi ſtolidorum quidem ⁊ precipue ſilueſtres ⁊ noui preſumunt ſup illis nondum conſolatis: non vtentes ꝓuiſione ⁊ ignorantes qđ eſt ſuper venenum pernitioſum ⁊ ignorantes leſione; quā faciunt poſſidere membra q̄ ſunt minere virtutum: cum ipſis virtutibus.

¶Inquit Heben Meſ. Non tm̄ has fugere oportet: verū ⁊ omnes etiam ſi elegantiores ſunt: niſi obſeruentur ꝯditiones ⁊ modi quorum rememorabitur: ſi deus voluerit.

¶Conſideratio autem que eſt theſaurus inueſtigationu; bonitatum ⁊ malitiarum in ipſis eſt huiuſmodi.

¶Qnq; enim conſiderare op; ꝯditiones diſpoſitionum: q̄ ſunt ex parte ſubſtantie: quandoq; conditiones diſpoſitionum quas res conſequitur a ꝯplexione ſua: qn̄q; ab eo qđ conſequitur eā. Et de huiuſmodi quandoq; determinat tactus: aliquandoq; odor: aliquando ſapor. Et quandoq; ex diſpoſitionibus que acquiruntur ex tempore ⁊ loco ⁊ vicinitate vnius medicine ad alteram.

¶Conditiones quidem que ſunt ex parte ſubſtantie. ſunt

graue:⁊ leue ſubtile ⁊ groſſum: tenerum ⁊ tenax: rarum et ſpiſſum ⁊ ab his acquiritur ſcientia malignitatis ⁊ bonitatis medicinarum.

¶Ceterum quecunq; ex eis potentioris virtutis ſunt: leuiores quidez meliores. Grauiores vero maligne. Sunt et enim ſcamonea: et aloe: leuiores quidem meliores ⁊ colloquintida ſimiliter: ⁊ euforbium et baurach: ⁊ agaricus ⁊ ſimilia: niſi ſit ex eis: in quibus requiritur aggregatio ſubſtātie: ſicut hermodactilus: ⁊ yreos et lapis lazuli. Hec enim inferiora grauiora et meliora. Et humorum habentia ſuperfluum leuiora meliora ſunt ſicut agaricus et turbith polipodium: ſquilla et ſimilia.

¶Et medicine quidem facientes operationes ſuas cōprimendo grauiores quidem meliores. Et em̄ mirabolani q̄dem grauiores meliores: ⁊ ſpecies raued ſitr: ⁊ ſitia ⁊ abſinthium grauius eſt melius ⁊ ſuccus eius ſimiliter: ⁊ ſimilia.

¶Et que menſurantur pleno ⁊ vacuo grauiora ſunt meliora: ſicut caſſiafiſtula tamarindi et ben ⁊ carthamus ⁊ granum nil. ⁊ cherua ⁊ ſimilia.

¶Et facientes quidē operationes ſuas leniēdo ⁊ lubricando grauiores quidem meliores: ſicut pſilium proprie ⁊ caſſiafiſtula ⁊ pruna ⁊ ſebeſten ⁊ ſimilia.

¶De commenſuratione autez rei ſubtilis ⁊ groſſe dicetur paulopoſt.

¶Uidet̄ em̄ teneruz ⁊ tenax a ſubtili vel groſſa dependere ſubſtantia. Credit̄ enim ſubtile tenerum ⁊ groſſum tenax. Sed non ꝯdigne ſimpliciter ꝯcedēdū. Ex groſſarum enim ſubſtantiarum rebus inueniuntur ⁊ tenera ⁊ tenacia. Et ex rebus ſubtiliū ſubſtantiaruz inueniunt̄ ⁊ tenera ⁊ tenacia. Inuenitur em̄ aloe ⁊ teneruz ⁊ tenax ⁊ ſcamonea ⁊ ſpecies ſalis et baurac. ⁊ inuenitur ſerapinuz tenax ⁊ anacardus. Quare non horum ſubtile ⁊ groſſum cauſa tantum.

¶Uerū aūt a puritate vel impuritate hoc magis: ē em̄ purius ſubtilis tenerū. Impurum aūt groſſum tenax. Super puro igit̄ ⁊ impuro ſubtili ⁊ groſſo ſignificant magis tenerū ⁊ tenax: niſi forte ſit aliqua ex reb⁹ cuius materia ſit humiditas viſcoſa: ſicut zuccharum ⁊ nabeth ⁊ alhoſos. Horꝫ enim purius ſubtilius tenacius.

¶ Que vero menſurantur denſo ⁊ raro ꝓportionalia ſunt eis que mēſurantur graui ⁊ l.ui:de quibus ſermo precellit.
¶ Inquit heben meſue. Scire debes ex parte cōſideratio-num complexionum: ꝙ medicina calida habet conſecutiones iudiciorum propriorum que ſunt calefactio:ſubtilia-tio:rarefactio maturatio digeſtio apertio viarum ⁊ ſimilia et ſi ſuperfluat mordicatio ſitis deſiccatio ⁊ ſimilia. ⁊ ſi vl-timatur acuitas ⁊ inflammatio et attractio ſuperflua ⁊ cō-ſumptio:et opera rubificationis:et cauterizationis eius.
¶ A frigida quidem effectus iudiciorum eius qui ſunt in-frigidatio:⁊ inſpiſſatio et indigeſtio et compactio.et ſimi-lia ⁊ ſi ſuperfluat coartatio et oppilatio et ſi vltimatur cō-gelatio et mortificatio.
¶ Ab humida humectatio lubricitas lenificatio conglutinatio:⁊ ſi ſuperfluat oppilatio vētoſitas nauſea ⁊ ſimilia.
¶ Siccam vero medicinam conſequuntur hec. deſiccatio: rarefactio:attenuatio:⁊ ſimilia.
¶ Et incolumiores quidem ſunt calide frigidis ⁊ humide ſiccis et adhuc calidis.et vniuerſaliter quidem omnis me-dicina ꝙ̃to temperamento vicinior tanto incolumior. pro-cedens autem remota ab hoc. vltimata vero in qualitatibꝰ ſuis malignior immo dignior vt venenum dicatur.
¶ Tactus autem de molli et duro:et aſpero et leni iudicat. et de molli quidem et duro iudicia ſunt propria. Molle eñi rei obedientiam : durum vero econtra ſignificat : quo-rum quidem hoc facile illud vero difficile paſſibile eſt:et al-terabile: et tibi ſuper eſt vt ſcias hoc facile corrigi : illa ve-ro non facile.
¶ Sed ⁊ aſperi et lenis ſunt: quedā iudicia ⁊ enim hoc qui-dem ſiccius illud vero humidius. Lenitas nēpe medicinis aſſociata:⁊ proprie violentarum virtutū ipſas ad latus in-columium declinare facit. Sed et alijs ſimiliter et proprie que vtroqꝫ modo ſūt poplia naſci. Aſperitas vero facit ecō-tra. Nam ⁊ colloquintida lenis bona aſpera mala ⁊ abſin-thium ſimiliter:⁊ fumus terre:⁊ ſuccus cucumeris aſinini: et agaricus:et ſimilia.
¶ Et de odoribus quidē ſcire debes: ꝙ odor bonus in me-

dicina ipſam ad latus incolumium declinare facit et illud ideo quia dilatat animam.⁊ ſpiritus et virtutes reparat et virtutum mineras confortat.grauis vero odor contrariũ horum facit ⁊ efficit conſecutiones operationum difficiliũ et laborioſorum.

¶Inquit heben Meſue.Judicia quidem que ſunt de eſſe saporum magis ſunt apud me ſuper inueſtiganda mali-tia et bonitate medicinarum ſolonem facientium. Immu tant enim earum virtutes ad modicum diuertens.⁊ compe tit hic loqui tantum de saporibus ꝙ̃tum ad eorum iudicia pertinet ſuper cognoſcenda malignitate et bonitate ipſa-rum: prout eſt ab eis conſecutio diſpoſitionum propria-rum pura.

¶Uerbi gratia.Acutum eſt facile inflammabile.mordica-tiuum:penetratiuum:aduſtiuum:excoriatiuuꝫ:apertiuũ: carminatiuum:ventoſitatum:exiccatiuum:faciens ſitim: extenuatiuum:inciſiuum:ſubtiliatiuum diuiſiuum:attra-ctiuum a longinquo:reſolutiuum.

¶Et ponit operationem ſuam citam ⁊ fortem ⁊ eſt cũ ſub-tili ſubſtantia confortatiuum amari: ⁊ omniuꝫ debiliter ⁊ de ſolentium.

¶Amarũ aũt eſt deſiccatiuũ:conſumptiuꝫ faciens ſitim apitiuũ orificioꝝ venarũ:exiccatiuum preſeruatiuũ a pu trefactione:attractiuũ tardius tñ ꝙ̃ acutũ:abſterſiuum:re ſolutiuũ:inciſiuũ:faciens tortiones ꝯturbatiuũ:excoriati-uum:faciens fluere ſanguinem:carminatiuũ ventoſitatũ.

¶Et ponit operationem ſuam tardam.et fortem ⁊ eſt cum groſſa ſubſtantia repreſſiuum acuti.

¶Salſum vero eſt inciſiuũ:⁊ abſterſiuũ ſubtiliatiuũ:lique factiuum:mordicatiuum:preſeruatiuꝫ:a putrefactione: conturbatiuum:ſubuerſiuum:preparans ad vomitũ: exic catiuum:faciens ſitim:exaſperatiuum:mundificatiuũ cuꝫ abraſione aperitiuum:⁊ ponit operationem ſuam tardã:⁊ debilem ⁊ eſt cum mediocri ſubſtantia: ⁊ ẽ cõfortatiuũ om nium debiliter ⁊ tarde ſoluentium.

¶Unctuoſitas quoqꝫ ẽ lenitiua:lambificatiua relaxatiua mollificatiua abholatiua:nauſeatiua vẽtoſitatũ gñatiua: oppilatiua ⁊ ponit opationẽ ſuã tardã ⁊ debilem ⁊ eſt cum

mediocri ſubſtantia repreſſiua acuti ⁊ amari et ſalſi.
¶Dulce autem eſt lauatiuum lenitiuum oppilatiuū vēto
ſum:⁊ ponit operationē ſuam debilem.⁊ inter citam ⁊tar-
dam mediocram:⁊ eſt cum mediocri ſubſtantia repreſſiuū
acuti:amari:⁊ acetoſi ⁊ confortatiuum; inſipidi.

¶Inſipidum vero eſt lubrificatiuum:ventoſum:extincti-
uum:opilatiuum:⁊ inſpiſſatiuum:⁊ ponit operationez ſuā
tardam ⁊ debilem:⁊ eſt cum mediocri ſubſtātia repreſſiuū
acuti:amari:ſalſi:⁊ acetoſi.

¶Stipticum quoqꝫ eſt coadunatiuum acentratiuum con
fortatiuum:cōſolidatiuum:iſpiſſatiuum ⁊ ponit operatio
nem ſuam tardam ⁊ debilem:et eſt cum groſſa ſubſtantia
repreſſiuum omniuz que diximus ſicut acuium ⁊ ſalſuz cō
fortatiuum.

¶Acetoſum quidem eſt penetratiuum :aperitiuum inciſi-
uum:diuiſiuum:ſubtiliatiuum;:inſpiſſatiuum: ex aſpera-
tiuum abſterſiuum:⁊ extinctiuum:⁊ ponit operationē ſuā
citam:⁊ mediocrem: inter fortem ⁊ debilem:⁊ eſt cum ſub-
tili ſubſtantia repreſſiuum acuti:⁊ confortatiuum dulcis ⁊
inſipidi.

¶Et debes ſcire ꝙ medicinarum deteriores ſunt in quibꝰ
eſt acutas pura ſicut eſt euforbium ⁊ mezereon. Minꝰ aūt
in quibus ē amaritudo pura:ſicut eſt colloquitida ⁊ cucu
mer aſininus ⁊ ſimilia.Et que compoſita ſunt ex acumine
⁊ amaritudine:ſunt inter eas ſicut ſcamonea.

¶Et q̄to ab acumine ⁊ amaritudine declinant tanto etiaz
a malitia: ⁊ adhuc aūt plus elōgant̄ a malitia omnes in q̄-
bus cum acuitate eſt ſtipticitas:ſicut epithimuz ⁊ alhaſce.
Plus quoqꝫ in quibus cum amaritudine eſt ſtipticitas :ſi-
cut reubarbarum:abſinthium ⁊ fumus terre.⁊ que compo
ſita eſt partibus acuitatis ⁊ amaritudinis ⁊ ſtipticitatis:
eſt inter eas ſicut ſticados.Et vniuerſaliter quidem ſm re
ctam proportionem acuti:vel amari vincens ſtipticitas in
columiorem reddit.

¶Et incolumiores quidem ex eis:in quibus adeſt dulce-
do ſicut caſſiafiſtula ⁊ tereniabin:aut inſipiditas ſicut mu-
cillago pſilij:aut ſapor compoſitus ex dulci et acetoſo ſi-
cut pruna ⁊ tamarindi.Declinant etiam ad latus incolu-

-mium quecunq; ex partibus amaritudinis et dulcedinis ꝯpoſita ſūt:ſicut viole. Magis quoq; in qua eſt cū his ſti-pticitas:ſicut roſa:⁊ vniuerſaliter quidem ſtipticitas cuili bet medicinarum generi aſſociata:ipſam ad latus incolu-mium declinare facit.

¶Quare ſcire debes quoniam auxiliatio facta per artem equipollet nature.propter quod interdum ſupplendū eſt per artē in quo natura defuerit. Ars eñ imago eſt nature ⁊ ſequela eius ⁊ nos dicemus auxilia que fiunt p artē poſt.

¶Colores autem quantum ad pñtem inquiſitionem perti net:non dant ſciam ordinatam:que ſit comprehenſio ſicut vlis in particulari:ſed incidentes ſignificant ſuper bonita te ⁊ malitia quarundam medicinarū ſicut dicemus. Sca-monea varia:aut ſubalbida eſt bona:nigra ē mala.⁊ aga-ricus albus bonus:niger vero malus. Et ſimiliter turbith ⁊ colloquintida. Et dicimus roſam vere rubedinis bonā. Et dicimus de aliis alia:quantum particularis ſermo ca-pere poteſt.

¶Horum autem ſufficientiam oſtendit ſcientia naturalis. Loquemur autem in particularibus de coloribus medici narum bene vel male ſignificātibus:cum his vel illis.

¶Et tempus quidem determinat deeſſe ⁊ iudiciis medici-naꝝ quo colligende ſunt ⁊ quo non.⁊ quātum virtus eaꝝ durare poteſt.⁊ ꝙ quedam antiquiores meliores ⁊ incolu miores.⁊ alique maligniores:⁊ alique recentiores incolu miores:et alique maligniores.

¶Secundum veritatem quidē ſcire debes quoniā ex eis amare antiquiores deteriores etenim ſicciores cū ſit ama-ruꝫ ex ſe vltime ſiccitatis. Et acute antiquiores incolumio res. Spirat enim ſuperficies caloris earum inflāmabilis ⁊ frangitur acuitas cum reſiduo. Iuniores vero feroſe inflā mabiles. Et ſtiptice quidem iuniores incolumiores.⁊ dul ces meliores mediocres.et inſipide ſimiliter.⁊ enim recen tiores humido abundant ſuperfluo quod eſt cauſa ad in-flationem ⁊ vento ſitatem.⁊ ſalſe antiquiores ſertoſe:et iu-niores conturbatiue cauſa ad ſubuerſionem ⁊ vomitum. Medio cres vero meliores.

¶Et debilē quidem virtutem habētes: ⁊ que debilia ſunt

teſture: ⁊ que virtutem habent facile reſolubilem appoſitam in ſuperficie iuniores meliores. et enim antiquarũ earum virtutes reſoluit tempus: ⁊ in contrarijs econtra.

¶Cum autem dico antiquiora vel iuniora: intelligo hoc quod iuſte menſurandum eſt de quolibet ſm genus ſuuȝ. Nam nec antiquiora vt cinis nec iuniora vt gramen diuȝ dicimus intelligimus.

¶Nos autem tempore collectionis medicinarũ. ⁊ de extẽſione vite earum terminabimus in particularibus ſi deus voluerit. Locus vero eſt ex maxime facientibus ad generationem ⁊ acquirunt per ipſum diſpoſitiones ⁊ proprietates in rebus.

¶Inquit enim plato muniuit natura loca virtutibus: vt in eis ſigillentur proprietates in rebus quantum a cauſa differunt ⁊ ab artifice.

¶In locis enim terre libere acquiritur proprietas plantis talis qualem merentur ſm genus ſuum et in terra non libera declinant ad latus exceſſus eius.

¶Uerum planta attrahit ex ea quod ſuum eſt puta humorem ſibi conuenientem. Nam lupinus attraxit nitroſitateȝ terre: ⁊ vitis dulcorem eius et colloquintida amaritudineȝ ex partibus ſuis aduſtis: ⁊ cucumer aſininus. Sed hoc nõ eſt huius inquiſitionis: ſed altioris.

¶Et dico ꝙ res humido abundãtes ſuperfluo in locis orte ſiccioribus meliores: ſicciores in locis ſiccioribus deteriores. Et enim hermodactilus in locis natꝰ humidis malus. Et ſimiliter turbit ⁊ agaricus. Et dicitur ꝙ mezereon in locis termarum malus eſt ⁊ venenoſus. ⁊ ſimiliter cucumer aſininus colloquintida ſimiliter ⁊ abſinthiũ vicinum mari non eſt bonum. Et dicitur ꝙ ſcamonea coraſceni eſt mala. anthiochena bona.

¶Et credo ꝙ diſpoſitio loci vel aſpectus regulantium nõ ſimiliter eſt hic. ⁊ ibi. Diuerſitas autem vel ſimilitudo has vel illas incolumitat et enim guaril et piper aque diſſimilia meliora ⁊ humidum habentes ſuperfluum. Similiter ⁊ turbith ⁊ agaricus ⁊ ſcamonea in ſimili meliora.

¶Uicinitate etiam rei ad rem incolumiores vel nequiores diſpoſitiones acquiruntur ⁊ in ſingularitate ⁊ pluralitate

earum ſimiliter.

¶Sicut recte dicit ꝙ hermodactilis ſquille aut raffani vi=cinitas vigorem preſtat. ⁊ alaſce epitimo et arbor glandes ferens polipodio ⁊ ſene ruta.

¶Et dicitur ꝙ ſcebram ſcamonee addit ad iniquitatem et ſimiliter lacticinium villoſuʒ ⁊ lapides polipodio ⁊ oximū epithimo.

¶Et ſingularitas quidem caſſiamfiſtulam facit bonā col=loquintidam autem nequiorem ⁊ ſquillam prauam ⁊ cucu merem aſininum ſimiliter. Uirtus eniʒ diffuſa remiſſior eſt aggregata vero pluris ſit et ſcire debes quod magnitudo rei et paruitas virtutis diffuſionem ⁊ aggregationem fa=cit: ⁊ ideo colloquintida melior magna.

¶Cap. ij. de electione medicinarum que fit per compreheñ=ſioneʒ iudiciorum earum ſm poſſe ipſarum.

INquit hehen zueſue opatio medicine ſolutiue eſt hoc quod agit ſm regulationem: quam ſortita eſt fit per modum violentie. Neqꝫ enim educit: niſi quia nature vim infert.

¶Non tñ cõmuniter: ſed ꝓprie: quia non materiā ſed hāc educit materiā niſi effrene habuerit operationem.

¶Effrenitatis aũt in operatione cauſa eſt peccatū in quā=titate eius: ſicut diximus.

¶Et quoniam ſm plurimum omnis fere medicina laxati=ua eſt de genere rerum venenoſarum: cuius exceſſum natu ra nõ patitur: conatur tamen regule qđ de motu eius eſt in ſolutione ipſius in virtutes cordis inquantum ei poſſibile eſt. Et patit ſine eſtuatione: ⁊ luctā ſupfluitates corporis expelli: immo gaudet in earū eductiõe ſicut exonerari mo= le ſicut ſi proprio motu expelleretur.

¶Et ſm notiores modos purgatiõis fit illđ duob⁹ modis de quib⁹ hyppo. in primo lib. ſeparatorū ſermonū mentio nem fecit. ſ. ex agitatione que fit ſm ſtomachū ſuperi⁹ cau=ſat vomitum: aut ex perturbatione que fit ſm ventrem cau ſat fluxum: ⁊ fit illud rarius per vomitum.

¶Et illud ideo quoniam medicina laxatiua perueniẽs ad ſtomachum nõ adđt humorē quē euacuare debet penetrā do ad ipſuʒ ſed virtute attractiõis ſigillata in ipſa attrahit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eligens: quod ex humoribus eſt ei proprium attrahere et eſt comparatio operationis eius ad materias comparatio magnetis ad ferrum charabe ad fuſtem ⁊ ad alia.

¶ Attractio autem non eſt: niſi ex venis: ⁊ occultis ductibus corporis donec humor euacuandus ad ſtomachum et inteſtina repat.

¶ Stomachi vero et inteſtinorum natura grauata mouet vt eos expellat. Repare autem ad ſtomachum eſt rarius ⁊ repat faciens agitationem ſuperius ad vomitum declinabit. Si quidem inferius ad ventrem.

¶ Et repere ad inteſtina: eſt illud quod eſt ſm plurimum. Et illud propter ſex res. Prima eſt quoniaꝫ declinatio materierum plus eſt ad inferiora. Secunda eſt quoniam ductus ⁊ vie quibus membra ſuperfluitates expellunt plus ad inteſtina: ꝙ ad ſtomachum redundant. Tertia eſt: quia natura inteſtina fecit membra eſſe expulſionis et non ſtomachum. Quarta eſt quoniã melius eſt vt natura ad ignobilia ꝙ ad nobilia membra materias tranſmittat. Quinta quoniam melius eſt: vt ex propinquioribus educat vijs. Sexta eſt: quia ſi materia ad ſtomachum repat: decentius eſt illam ad inteſtina expellere ꝙ ad meri. Uirtus eniꝫ naturalis inferiorem ſtomachi portam expulſioni: attractioni vero ipſum meri diſcreuit non expulſioni. patet ergo rarius naturam opus pharmaci per vomitum celebrare ꝙ per ventrem. Omnis eniꝫ operatio cui accidit ab eo a quo regulata eſt diuerſio: intelx.

¶ Amplius autem ſcire oportet ꝙ medicinaꝝ ſolutionem facientium alie ſunt quarum proprietas eſt per vomitum educere: alie quarum per ventrem.

¶ Educunt autem per vomitum quecunqꝫ ex proprietate habent: vt os ſtomachi ſuperius debilitent: deinde morãtes in ipſo attrahunt ad ipſum ab epate ⁊ inteſtinis ⁊ alijs membris ⁊ generant in eo agitationem cum ſubuerſione. deinde contra motum naturalis virtutis continuatur eius motus expellendi per os.

¶ Per ventrem autem educunt medicine quecunqꝫ in ſtomacho manentes attrahunt ab epate ⁊ a membris humorem quem attrahere eſt eis proprium ad inteſtina propter

cauſas vtilitatis quas modo diximus. Faciuntqꝫ in ven- tre perturbationem: deinde iuxta moduꝫ exigentie virtutis naturalis continuatur ei motus expellendi ad exteriora p anum. ⁊ hoc modo vomitiua eſt vomitiua: ⁊ ventris ſoluti- ua eſt ſolutiua.

¶ Et ſcire te oportet ꝙ ventris ſolutiua aliquādo efficitur vomitiua: et aliquando econtra.

¶ Cauſa autem primi: quandoqꝫ eſt propter diſpoſitioneꝫ medicine quandoqꝫ eſt propter diſpoſitionem que eſt in ſuſcipiente quandoqꝫ propter diſpoſitionem contingen- tem ſuper vtrumqꝫ.

¶ Horum aūt primū eſt ſi medicina eſt earū que ſupnatant ſtomacho aut earum que nimis abhorrent: aut qꝛ eſt earū que agitationē ⁊ pturbationē faciunt nimiū ſtomacho.

¶ Secunduꝫ aūt eſt exhibitio pharmacie ſuper ſtomachū debilem: aut exhibitio eius ei qui ſiccitatem fecum adhe- rentiū inteſtinis patitur. aut habet canaliū ⁊ ductuū expul ſionis coartationem. Etqñqꝫ eſt cauſa huius impetꝰ: vēto ſitatis ſubleuantis corpus medicine.

¶ Tertium vero eſt commotio corporea: aut animalis ſup pharmaciaꝫ ⁊ fetor aſpectus rei abhominabilis: ⁊ ſimilia.

¶ Et vomitiuam quādoqꝫ inuenimus ventris ſolutiuam: adhuc propter illa eadē tria diuerſo tñ modo ſe habentia.

¶ Primum eſt ſi medicina ipſa in ſe ſit velocis deſcenſiōis aut ſit cum admixtione rei delectationem facientis.

¶ Secundum vero eſt quia ſi medicina fuerit ei exhibita ꝗ ſtomachum habet fortem: aut quia ſuſcepit eam ſuper fa- mē vehementem. quando ſtomachus eſt auarus: aut quia lenitatem nature habet.

¶ Tertiū quoqꝫ eſt diſtractio intentionis ad alia propter res delectantes exteriores.

¶ Et quia natura omnia regulans facere diſcreuit ſapien tius de re vomitiua ſolutiuam: propter illa que diximus modo.

¶ Adhuc autem medicinarum vomitum facientium: que- dam faciunt illud leniter ⁊ ſunt proprie quecunqꝫ pter hoc ꝙ magnam vim nature inferant faciunt vomitum: quedā faciunt econtra.

¶Leniter autẽ vomitũ facientia ſunt ſemen aneti.et atri-
plicis ⁊ ſemẽ nigelle:⁊ ſemẽ rape:⁊ ſemẽ radicis ⁊ raffanus
⁊ ſal ⁊ flos myrice:⁊ ſemẽ cepe ⁊ aſſarum ⁊ ſimilia.

¶Mediocriter autem vomitum facientia ſunt nux vomica
⁊ cartamus et baurach ⁊ ſal gemma ⁊ ſal indũ ⁊ been ma-
gnum ⁊ ſimilia.

¶Laborioſe aũt vomitum facientia ſunt elleborus alb⁹:⁊
condiſi ⁊ mezereon ⁊ been minus ⁊ catapucia ⁊ cherua et
tapſia ⁊ harmel ⁊ cucumer aſininus⁊ ſimilia. Quot modis
fiat operatio ſolutiui.

¶Inquit heben Meſ. Medicinarũ educentium per vẽtrẽ
operatio quattuor modis fit cum proprietate innata eis.
Aut enĩ educũt diſſoluendo ſua ꝓprietate ſicut ſcamonea
et turbith. Aut cõprimendo ſua proprietate:⁊ exprimendo
ſicut mirabolani:aut lenificãdo ꝓprietate ſua ſicut caſſia fi
ſtula ⁊ tereniabin:aut lubricum faciendo ꝓprietate ſua:ſi
cut mucillago pſillij.

¶Et ego dico ꝙ medicinis que de proprietate ſua educũt
diſſoluendo ſigillata eſt ſm plurimũ virtus attractionis
et eradicationis.

¶Attrahit enĩ a ſuperiorib⁹ materias ⁊ eradicat ab infe-
rioribus:reliquis aũt non ſic. Debiliter enĩ huiuſmodi vir
tus eſt eis inſita:nec agũt hec apparenť niſi parũ:imo po-
tius materias q̃bus obuiãt:educũt ⁊ mẽbrũ plus remotũ:
ad qđ virtus earum põt pertingere eſt epar ⁊ caput et vir
aliter ad caput:niſi quia forſitan materias ad ipſum ſalien
tes educũt ⁊ ſic ſunt cauſa iuuamenti per accidens.

¶Unde ſcire debes ꝙ medicinaꝝ ſolutionẽ facientiũ que
dã ſunt cã iuuamenti ꝑ ſe:quedã vero ꝑ accidẽs. Dicimus
aũt ꝑ ſe quecũꝙ ex ꝓprietate ⁊ cõpletiõe iuuamenti cã ſũt:
ſicut verbi grã. tamarindorũ ꝯpletio et ꝓprietas verificať
oppoſitioni colere ⁊ turbith flegmati. Et dicim⁹ ꝑ accidẽs
quecũꝙ ad hoc diſcrepant. Quꝙ enim ꝓprie fit aliqđ ab
aliquo:qđ eſt ſicut nõ debere verificari vt faciat illud: ſicut
verbi grã. ſcamonea infrigidat corpus cũ ſit calida : ⁊ facit
illud:nõ qꝛ calida:ſed qꝛ humorem calidũ educit:ad cuius
enim eſſe eſt fieri hoc ⁊ ad eius abeſſe eſt fieri contrarium.

¶Et dico ꝙ poſſe medicinarũ in materias eſt:qm̃ educunt

eligentes

eligentes quem ex humoribus eſt eis ꝓprium educere.
¶Et dicũt quidã.q: queꝫ augmentatum ex humoribus inue
niunt educunt.Deinde alium qui eſt poſt ipſuꝫ in multitu-
dine ⁊ errauerũt volentes ꝑ hec medicinas non educere cuꝫ
electione:⁊ ſi verũ eſſet hic vtiqꝫ ſm plurimũ omnes flegma
de propria educerent intentione:cum ſit eius excreſcentia in
corpore ſuper vtrãqꝫ coleram.Sed hec eſt illud ꝙ non credi
tur:immo dico ꝙ non humoris ſed huius eductiua eſt.Qñ-
qꝫ enim expellit ſubtile ꝙ proprium eſt ei expellere ⁊ groſſuꝫ
derelinquit.⁊ quandoqꝫ facit econtra Cuiuſlibet enim earũ
actio ſibi derelicta:hec ex huiuſmodi eligit ⁊ hec derelinqt.
Actio enim propria regulata eſt neqꝫ tranſgreditur exigen-
tiam rei paſſibilis ⁊ non omne:ſed hoc tantum vel illud re-
ſpicit niſi operatio ſit effrenis.Huius autem ſufficientiã ſciẽ
tia naturalis determinat.
¶Dicimus aũt ꝙ medicina omnis humorẽ primo:in quem
ei agere eſt ꝓpriũ:educit deinde illũ q̃ eſt in habilitate poſt
ipſum ⁊ ſic alium ſm ordinem.vltimo ꝟo operaꝛ illud in ſan
guinẽ quẽ vſqꝫ ad poſtremũ nã recondit.⁊ retinet ſicut the-
ſaurũ eius coctã tñ expellit poſt longã ꝓhibitionem expul-
ſionis inquantuꝫ ei poſſibile eſt.Sed quem educit primo:et
ꝓprie ⁊ ſuo iure regulata educit.alios ſicut degenerans pro
pter ſuperfluũ operationis ſue.⁊ ꝓprie qñ effrenitat ſicut dixi
mus ⁊ accidit illud ꝓprie ſicut ſi facile iraſcens incitetur vt
furiat.Inſiliet nempe tunc et tranſgredietur rectitudinem
operationis vltra modum intentionis ſue.
¶Diſtinguendum eſt aũt in poſſe medicinarũ in materias
hoc mõ.Medi.enĩ cui ꝓpriũ eſt colerã educere ipſam educit.
primo poſt ipſam flegma:poſt ipſum coleram nigram.vlti-
mo agit in ſanguinem et medicina eductiua flegmatis.pri-
mo agit in ipſum poſt in coleram citrinam:poſt in coleram
nigram vltimo vero in ſanguinem agit et medicina educti-
ua colere nigre.primo educit ipſam poſt coleram rubeã.de-
inde flegma.vltimo vero ſanguinem.
¶Neqꝫ mirandum.nulli enim medicinarum proprium eſt
de prima intentione eſſe ſanguinis eductiuã.Cuſtodit enim
eum natura vſqꝫ in poſtremum:nec deſerit niſi coacta.

¶ Et ſi arguatur de ſanguine in quē cecidit corruptio et putrefactio dictum iam deſiiſſe eſſe ſanguinē. Jnquit enim Gal. de ſanguine cui accidit: vt putrefiat. ſcire debes quoniā eius ſubtile tranſit in coleram citrinā ⁊ groſſum eius in melā. hos aūt educi poſſe per medicinam nulli dubium eſt.

¶ Educunt aūt ſanguinem oīa ſoluentia vltime ⁊ effrenata non proprie: ⁊ hoc trib⁹ modis. Aut quia ſcʒ medicina eſt earum que excoriant venas. Aut qꝛ eſt earum que venarū orificia aperiunt apertione ſanguinem fluere faciente. Aut qꝛ per eam peruenitur ad vltimum euacuationis ſicut dixim⁹. Et ex rebus hoc facientibus eſt aloe malus queʒ diximus ⁊ ſimiliter cucumer aſininus ⁊ centaurea: ⁊ colloquintida que naſcitur ſola in planta ſua: ⁊ euforbium: ⁊ meʒereon: et proprie paruum ⁊ ſcamonea Coraſceni.

¶ Et ſunt ex medicinis que mundificant ſanguinem ⁊ clarificant eum ſicut lupullus proprie. ⁊ capillus veneris et rauedſeni ⁊ aqua lactis. ⁊ proprie caprarum boni paſtus ⁊ ſuccus roſe: ⁊ caſſiafiſtula: abſinthium ⁊ fumuſterre ⁊ aloe: ſiracoſt. ⁊ affrodili ⁊ ſuccus eius ⁊ ſimilia.

¶ Medicine autem de proprietate principaliter educentes coleram citrinam ſunt aloe ⁊ ſcamonea et abſinthium ⁊ eupatorium et luppullus et mirabolani citrini ⁊ fumuſterre et ſpecies raued et aqua caſei ⁊ ſuccus roſarum: et viole et caſſiafiſtula et tamarindi et pruna ⁊ pſilium et tereniabin ⁊ ſiracoſt.

¶ Et medicine ꝓprie et principaliter educentes flegma ſunt chebuli emblici ⁊ bellerici ⁊ ſal gemma et colloqntida ⁊ turbit ⁊ ſticados ⁊ ireos ⁊ ſarcocolla et ben et cherua ⁊ yſopus ſicca ⁊ aſce ⁊ oppoponacum et ariſtologia ⁊ cartamus ⁊ centaurea ⁊ eupatorium ⁊ agaricus ⁊ cucumer aſininus ⁊ hermodactili ⁊ ſerapinum ⁊ euforbium ⁊ ſquilla ⁊ ciminum ⁊ aſſarum ⁊ polium ⁊ vrtica ⁊ polipodium ⁊ ʒinʒiber ⁊ aqua caſei ⁊ mel ⁊ ʒuccarum rubeum.

¶ Et medi. ꝓprie et principaliter educens coleram nigram ſunt he epithimum. ſticados ⁊ mirabolani nigri et polipodium: ⁊ ſcebram: ⁊ lapis laʒuli ⁊ lapis armenus ⁊ calamentum montanum: et ſcene et elleborus niger et ſal indus et

ſal napticus: ⁊ ſal niger ⁊ ſimilia.

¶ Et medi. ꝓpꝛie educentes humoꝛes aduſtos ſunt aqua ca ſei ⁊ ſcene ⁊ mirabolani indi ⁊ fumuſterre ⁊ caſſiafiſtula ⁊ volubilis maioꝛ ⁊ lupulus ⁊ ſimilia. Solutiue autem aquoſitates educentes ſunt turbith et aſce capillus ve. et ſal: ⁊ ſal gē ma ⁊ euforbium ⁊ cherua ⁊ ariſtologia ⁊ centaurea ⁊ cucumer aſininus. Aquam autem citrinam educunt ireos ⁊ cucumer aſininus ⁊ agaricus ⁊ ſerapinū ⁊ mezereō ⁊ ſcebzan ⁊ eſt viſum ⁊ ſimilia.

¶ Inquit he. Me. de poſſe autem medicinarum ⁊ aſpectu earum ad membꝛa et ad ſuperfluitates humoꝛum i ipſis ⁊ mūdificatione earum ab ipſis membꝛis ꝑ ipſas medicinas dicē dum eſt nunc.

¶ Quare ſcire debes. ꝙ euacuandarū materiarum facilius educuntur quecunqꝫ in ſtomacho ⁊ inteſtinis ſite ſunt. minus aūt quecunqꝫ in meſaraicis ⁊ adhuc minus quecunqꝫ in ſubſtantia epatis ſima. Difficile vero quecunqꝫ in venis ſubtilibus. Magis vero quecunqꝫ ꝓtellatione venarū ⁊ mēbꝛoꝛum ſunt. difficillime vero oium quecūqꝫ in mēbꝛoꝛum iuncturis ſunt ⁊ pꝛopꝛie dum diuturnātur ⁊ figuntur in eis.

¶ Et diximus ꝙ medi. q̄ educūt ſoluendo poſſe hn̄t a remotioꝛibus attrahere ⁊ a ſuperioꝛibus attrahunt ⁊ ab inferioꝛi bus eradicant ⁊ diximus ꝙ medicine que educunt ſm̄ alios modos minus hec faciunt immo materias potius quibus obuiant educunt.

¶ Uerum quelibet medicinarū ſigillatam habet pꝛopꝛietatē vt hoc membꝛum magis ꝙ̄ illud reſpiciat. puta quedam de pꝛopꝛietate magis membꝛa capitis reſpiciunt. et ſunt he pꝛopꝛie. Colloquintida ⁊ agaricus ⁊ ſticados. ⁊ aloe ⁊ lapis lazuli: ⁊ lapis armenus ⁊ ſquilla ⁊ epithimuꝫ ⁊ ſal indus ⁊ chebuli mirabolani nigri ⁊ ſimilia.

¶ Et ſunt quedam que reſpiciunt membꝛa anhelitus et pectoꝛis: ⁊ educunt ſupfluitates eoꝛum ſicut agaricus: et alaſce ⁊ yſopus: ⁊ volubilis ⁊ terentabi: ⁊ caſſiafiſtula ⁊ ſarcocola ⁊ ireos. ⁊ colloquintida ⁊ ſimilia.

¶ Et ſunt que materias a ſplene educunt ſicut agaricus: et ſcene et epithimum et elleboꝛus niger et ſticados et eupa

torium.⁊ abſinthium:⁊ ſal indus ⁊ ſal niger ⁊ calamentum montanum.et ſimilia.et ſunt que materias a ſtomacho et in teſtinis educunt ſicut abſinthium et aloe et mirabolani.et ea proprie que magis materias quibus obuiant educunt ſicut iam diximus.Et ſunt quedam materias ab epate ⁊ par tibus eius educunt ſicut agiricus.⁊ aqua caſea ⁊ volubilis maior ⁊ lupulus ⁊ reubacbarum ⁊ ſuccus roſarum: ⁊ eupa= torium ⁊ ſuccus eius ⁊ abſinthium : ⁊ mirabolani ⁊ tama= rindi : ⁊ famuſterre :⁊ ireos:et mezereon:⁊ ſcene :⁊ ſcebram: et es vſtum ⁊ ſerapinum ⁊ ſarcocolla et ſimilia.Et ſunt que materias educunt ab inſtrumentis iuncturarum ⁊ partib⁹ remotis ſicut hermodactilus:ſarcocolla et colloquintida:et turbith ⁊ oppoponachum:⁊ ſal gemma: ⁊ ſal indus: et ſera= pinum:⁊ euforbium:⁊ centaurea ⁊ cucumer aſininus ⁊ elle= borus niger ⁊ pollipodium ⁊ ſimilia.⁊ ſūt que materias acu te educunt ipſamq͂ mundificant ſicut aqua caſei ⁊ fumuſter re ⁊ colloquintida ⁊ epithimum:⁊ agaricus ⁊ pollipodium ⁊ mirabolani indi ⁊ volubilis ⁊ ſimilia.

¶De poſſe autem medicinarum ſecundum exigentiam diſ= poſitionum temporum anni dicimus: quia diſpoſitio tēpo= ris multum calida aut multum frigida ab earū adminiſtra= tione prohibet.

¶Jnquit enim hyp.qū ſunt diſpoſitiones anni ſuper nos in aere dn̄ij canis.time moleſtiam in purgatiōibus.Et Gal.di= xit hoc eſſe timendum propter tria.primum qꝛ inflammatur materia propter aerem calidiſſimum.⁊ fit cā caſus in febres. Scđm quia in multitudine caloris virtus reſoluitur ⁊ debi= litatur conueniens eſt ex aſſumptione medicine illaȝ magis debilitari.Tertium eſt qm̄ calor aeris eſt ſicut calor balnei q̄ medicinas ⁊ virtutes earum ad exterius corporis declinare facit.inquit iteruȝ hyp.Si oportet purgari in eſtate debes purgare que ſunt ſuperius.in hyeme vero que inferius ſūt. Et dixit Gal.q͂ humores ſm̄ diſpoſitiones temporū anni cre menti et decrementi cām hn̄t propter conuerſionem rei ad rem ſimilem:vel elongationem abinuicē ſibi.Jn eſtate enim accidit multiplicari coleraȝ ⁊ eſt tempus dominij eius quia calida ⁊ acuta facilem hn̄t additum ad ſuperiora.Danda ē

¶ Matres aūt medicinarū aggregantiū in ſe virtutem cōſtipationis ⁊ coadunatiōis: ⁊ cōfortationis: ⁊ retentionis ſunt maſtix roſa: ⁊ ſemen eius ⁊ xiloaloes crudum ⁊ balauſtia acatia et ſuccus barbe hyrcine ⁊ galle ⁊ gummi ⁊ lutum ſigillatum ⁊ ſpodium ⁊ grana granatorū: ⁊ ſumach ⁊ ameos et ſemen portulace et fructus tamariſci et coriandrum ſemen arnogloſſe: ⁊ folia et grana myrthi ⁊ ciminum infuſuz in aceto: ⁊ torrefactū: ⁊ aniſum infuſum ſiīr: ⁊ cortices thuris: ⁊ coagulū leporis: ⁊ ſanguis draconis ⁊ grana naſturtij aſſati: ⁊ gallia: ⁊ fructus rubei: ⁊ ſimilia.

¶ Et ſunt ex cōpoſitis quidē quibus etiā vti neceſſe eſt ⁊ exigit ea hmōi diſpoſitio: ſicut eſt zuccaruz roſatū cū maſtice: et gallia: ⁊ confectiones ex citonijs facte ⁊ alia.

¶ Et ex eis q̄ eligimus nos eſt electuariū diaciminuz hoc ꝙ eſt ex intentione noſtra: ꝙ abſcindit fluxum ventris opatiōe catartici: cum ſignificationibus frigiditatis ⁊ confortat viſcera ⁊ calefacit ea ventoſitatez ſi quidem diſſoluit ⁊ carminat: fluxum quidem et ventoſitatē emorroydarum ſiſtit.

¶ Accipe ligni aloes ſpice gallie muſcate ciperi. calami aromatici. añ. ʒ. ij. cimini carmeni in acceto infuſi die ac nocte et torrefacti. ʒ. iij. ſeminis porri torrefacti. ʒ. j. ⁊. ß. emblicoruz infuſorum in ſucco citonioꝝ ⁊ toſtorum. ʒ. ij. et. ß. granorum naſturtij torrefactorū. ʒ. vj. granoꝝ paſſularū. ʒ. v. granoꝝ myrthi tritorū ſicut alcohol. ʒ. xvj. balauſtie concularū aduſtarū thuris. fructus tamariſci. añ. ʒ. ij. ⁊. ß. ameos. ʒ. iij. terātur oīa ſicut alcohol ⁊ refrangantur in vino odorifero: deinde exiccentur ⁊ refrangantur iterū cū aqua citonioꝝ aut aqua granorū myrthi: ⁊ hypoquiſtidos: ⁊ exiccentur deinde ꝑmitte ſiccari ſuper vaſe vitreato: iterū terantur ⁊ inuoluantur mius ⁊ ſit doſis. ʒ. iij. cum ſyrupo citonioꝝ: aut myrtino.

## ¶ Trociſci ad fluxum.

Confectio trociſcorum ex inuentione noſtra vltimorum in intentione hac ⁊ qñ fluxus eſt cronicus ℞. balauſtiarum corticum glandiū infuſorum in aceto ⁊ torrefactorum. ⁊ ſumach et granorum myrti et hypoquiſtidos. añ. ʒ. ij. cimini carmeni ⁊ gallarum infuſarum in aceto et torrefactarum: ⁊

capitum ⁊ gallarum infuſarum in aceto et toꝛrefactarum: et capitū granatoꝛuꝫ: ⁊ fructus tamariſci: ⁊ macis ⁊ xiloaloes ⁊ gallie. aromatice ⁊ maſticis ⁊ ſpice. añ. ʒ. j. ſeminis acetoſe gūmi ⁊ boli ⁊ granoꝛum paſſularū toꝛrefactoꝛū. añ. ʒ. j. ⁊ ß. ⁊ granoꝛū coriādri infuſoꝛū in aceto ⁊ aſſatoꝛū. ʒ. ij. fac trociſcos. ʒ. cū vino pōtico ⁊ ſit doſis trociſcus vnus cū ſyrupo citonioꝛuꝫ vel aliquo ex robub ſtipticis.

## ¶ Electuarium.

ELectuarium abſcindens fluxuꝫ ventris operatione cartartici cum ſignificatiōibus caliditatis. ℞. granoꝝ myrthi tritoꝛum ſicut puluis. ʒ. xij. roſarum ſpodij ſumach ſandali albi ⁊ rubei. ⁊ citrini balauſtie gummi. añ. ʒ. j. ß. granoꝛū granatoꝛum acetoſoꝛum aſſatoꝛum. ʒ. vij. coriandri infuſi in aceto ⁊ aſſati. ʒ. iiij. ſeminis acetoſe: ſeminis plantaginis: ſeminis roſe. añ. ʒ. j. Fiat hoꝛum omnium contritio bona ⁊ refrangantur cum ſucco agreſte ⁊ exiccentur. Uel cū ſucco myrthi ⁊ aceto. deinde inuoluātur cū mita facta ex ſucco citoniorū ⁊ acetoꝛ ⁊ ſit doſis eiꝰ. ʒ. iij. cū ſyrupo citonioꝛū acetoſoꝛuꝫ.

## ¶ Trociſcus.

COnfectio trociſcoꝛū. quos cōpoſuimus nos quoꝛum iuuamentum eſt magnificū ad fluxum ventris ⁊ excoriationem inteſtinoꝛuꝫ. accipe ſpodij. ʒ. vij. roſe. ſeminis earum achatie balauſtie: ſanguinis draconis. añ. ʒ. ij. ⁊ ß. ſemis acetoſe. ʒ. j. ⁊ ß. berberis carnis ſumach: ſeminis plantaginis ſeminis poꝛtulace aſſati. añ. ʒ. j. ⁊ ſextam. ʒ. vnius gummi aſſati. ʒ. j. fiant trociſci. ʒ. ß. da cum aqua ſauich.

SUmach bonum conferens ad fluxum ventris ⁊ debilitatem ſtomachi: ⁊ epatis et viſcerum ſanum exptum ℞ achatie. ſumach hypoquiſtidos. galle laudani. calami aromatici: roſe ⁊ ſeminis eius ſandali albi ⁊ rubei. gallie muſcate ramich maſticis xiloaloes ſpice olibāni coſti myrrhe. cyperi abſinthij. añ. ʒ. ij. fiat eoꝛum trituratio bona. Deinde accipe ſuccum roſe. folioꝛum myrthi. folioꝛū raffani aque roſa. et vini pontici. añ. vnciam. j. et ß. ſubmerge in eis calefactis die ac nocte toꝛtellarum de ſeni. ʒ. iij. dactiloꝛum ſiccoꝛum. xij. numero. gummi aſſati. ʒ. v. mine viſcoſe bone. ℥. iij. fac omnia decoqui lento igne vſq; dum mellis ſpiſſitudinem habeant. poſt hoc aggrega cum puluere rerum ſupradicta-

rum et tere diu in mortario vſq; dum fiat totum viſcoſum deinde line ex eo ſuper pecia et ſuffumigetur cum xiloaloes:et cum eo epitimetur.

¶ Dimach aliud bonū.

ACcipe roſarum et ſeminis earum pulpe ſumach: ſandali albi et rubei ſpodij ſanguinis drachonis:charabe balauſtie:galle:achatie hypoquiſtidos: gallie muſcate corticum mandragore:capitum granatorum.añ.ℨ.iij.cāphore.ℨ.ſ.et tertiam.ℨ.vnius tere et fac puluerē.et accipe ſucci extremitatum vitis.ℨ.ij.ſucci et aggreſte.ℨ.ß.ſucci extremitatū myrthi et aceti.añ.ℨ.j.infunde in eis ſauich ordei die ac nocte.ℨ.iij.gummi.ℨ.j. granorū myrthi tritorum: ſicut alcohol.ℨ.ℨ.et miſce cū eis mine et acetoſe.vncias.ℨ.et decoque igne leni.vſq; dum habeat viſcoſam ſpiſſitudinē deinde aggrega ſimul cum ſpeciebus in mortario ⁊ cōtunde donec pmiſceātur⁊ line ex eo ſup peciā ⁊ ſuffumigetur cū xiloaloes ⁊ epithimetur cum eo quoniam ſanum et expertum eſt.

¶ Clyſteria quoq; fiant ſi neceſſitas vocat ad hoc et exigit diſpoſitio cū rebus. q̄ aggregant intentiones quas ſcis.clyſtere iuuatiuū valde.℞.butyri.ℨ.xxx.ſanguinis drachōis.ℨ.iij.vel plus vel minus ſm q̄ neceſſitas cogit.

¶ Canon tertius.

COnuertimus quoq; medicinam ad contrarium fluxus ventris cum balneis et fricationibus et ſudorem prouocantibus et cum diureticis:et vomitum inducentibus cū ventoſis et ligatione et conſtrictione extremitatum doloroſa et vniuerſaliter cum omnibus que medicinam ad exteriora mouent et faciunt eam diuertere a vijs prime expulſiōis: quoniam hec res eſt magis neceſſaria.

¶ Balnea autem et fricationes in eis ſunt ad hoc cura magna et beneficium efficax ſpeciale et proprie facta ex aquis dulcibus vigoratis cum rebus que poros dilatant ⁊ corpus confortant qualia ſunt camomilla abſinthiū ſanſucus folia citri et ſimilia.

¶ Debiles autem in arte cum ſtipticis balneant ignorantes quoniam coartant:et materias et fumos interius cōcrtūt et hoc fit cauſa maior ad fluxum immo ſi tua magnifica intentio dilatare poros:et trahere ad exteriora quantum poſ-

Noſle eſt.ſic enim fiet materierum euaporatio et acutorū fu morum excluſio:fac ergo egrum ſudare in balneo:aut cum vapore aque calide.

¶Et vtere fricatiōe poſt fricationē pri⁹ leui:deide acriori vt pati poterit vſq₃ dū multū ſudet.ſudor aūt ſepe ꝛ ſepi⁹ abſter gat̃ vt nō obſtet egreſſui ſudoris alteri⁹ aut vaporis parati excludit.opponit̃ em̄ poris diu retent⁹ ſudor.abſterſus vero facilē facit alterius egreſſionem.Fricationes etiā in extremi tatibus multum conferunt.

¶Uulgares aūt ꝛ qui nō ſunt artis periti cōmuniter hos et illos poſt medicinam balneant.

¶Ignorātes ꝙ balneū ad exteriora trahit quēamodū Gal. dixit.ꝛ ignorātes qm̄ opponunt̃ reſidue materiei motui q̄ iā in neceſſitate poſita erat cū v̄tute pharmacie recipere para te ad vias expulſionis:reuocādo illā virtutē balnei ad mem bra:tūc q̄dē facile erit iuuare vt habili⁹ reperiret vel ſaltem exolueret̃.Nūc aūt difficiles:ꝑpterea ſignificat̃ ꝙ v̄tute balnei fiat expulſio ad exteriora ꝛ ignobilia nō min⁹ eſt error.fit em̄ trāſmiſſio ab ignobilib⁹ ad ignobilia ꝑ nobilia.i.ab inteſti= nis ad cutē ꝑ venas.Preterea natura meli⁹ ex ꝓpinquiorib⁹ ducit vijs ꝛ maxime ꝯuenientib⁹.ꝛ īquit hyp.materia q̄ eua cuare op₃ educenda eſt ꝑ partē ad q̄ magis declinare videt̃ et proprie ſi ſit conueniens:errant ergo indifferenter balne antes poſt aſſumptū pharmacum faciunt enim cadere in op pillationes ꝛ egritudines cutis.

¶Et ſm̄ veritatē q̄dē nō eſt cōgruū balneū poſt medi.niſi qñ purgatio ſupfluit.cōfert em̄ tūc ad vētrē ſtringendū. In bal neo v̄o poſtq̄ diu ſudauerit ꝯfortātia tūc ꝛ reſtringentia tri= bue.ſic em̄ aggregas intētiones duas bonas. Nāq₃ ꝑparas ex vno eoꝝ ne viſcera laxa materiā recipiāt.Et ex alio mate= rias eoꝝ ad oppoſitū cōuertis.Qđ ſi hec nō cōtulerint car= nes ei⁹ ꝛ corpus totū in balneo pannis lineis in aqua infu= ſis:diu verberet̃ ex ol pte vſq₃ dum cutis rubeat ꝛ inflet̃:dein de fricet̃ vt ſudet.ſedere autē in balneo ſuꝑ lateres calidos: aut lapides leues ꝛ raros:ꝛ calefacere cum eis latera et ven trem ꝛ renes:ad hoc multum confert . extrema vero inſtitis ligentur ꝛ cōprimantur cōpreſſione doloroſa ſic quoq₃ mate= rias ad contrariū fluxus ventris conuertes.

¶Diuretica

¶Diuretica quoq; ⁊ vrinā ꝓuocantia hmōi etiā intentionis ſunt. inqt em̄ hyp. in apho. ſi qs in nocte multū vrinet mino͛rat eius ſucceſſus: ⁊ dixit humain. pluralitas ſudoris ⁊ vri͛ne pluralitatē egeſtiōis reſecat. ⁊ illud ideo: qm̄ materie ad alias partes repunt ꝙ̄ ad iteſtina: imo trahūtur ab iteſtinis ⁊ a concauitate epatis ad renes, vel cōcauitates membrorū derelinquunt feces ſiccas in inteſtinis tardioris egreſſiōis.
¶Adhuc etiā vomitū ꝓuocare eſt cauſa huius. Inquit enī hyp. Fluxus ventris interdū vomitui: ⁊ vomitus fluxui cā cu͛ratiua ē ⁊ dixit. humain. Illud ideo ē qm̄ ex hoc ad oppoſitū ⁊ diuerſum eius attractio fit: quod cauſa illorum erat.
¶Huius aūt intentionis ſunt vētoſe: ſi ſub hypocondrijs et in ventre ⁊ lateribus ⁊ renibus ponantur.
¶Ligationes quoq; et cōpreſſiones ⁊ fricationes extremita͛tum: ſunt etiā huius generis. ⁊ ꝓprie incipiendo ab aſſellis ⁊ inguinibus: ⁊ deſcendendo ab eis.

¶Canon quartus.

Laborioſam aūt agitationem ⁊ influctuationem in cor͛pore ſedamus cum quiete ⁊ ſomno. Inquit enim hyp. Cum abſcindere volueris fluxū p elleborū inductū ⁊ multi͛plicatum precipue quietem ⁊ ſomnum. Inquit heb. me. dico quietem corporeā. ſ. ⁊ animalē cū adminiſtratione celebrita͛tis obiectorum ſenſuū. ſomnus etiā inducēdus eſt muliebris cum canticis ſomniferis: ⁊ melodijs: ⁊ omni arte organica et rebus ſomniferis. ⁊ omni re q̄ curat ſaphara. ⁊ ſcito ꝙ ſomnꝰ ⁊ profundatio in eo eſt ex maxime ſedentibꝰ agitationes oēs ⁊ quies ſimiliter. Nāq; ſubdit hyp. ſtare em̄ agitationē ſedat ⁊ ad hoc argumentū ſumitur ex nauigatione qm̄ motio agi͛tat corpora. cibi aūt ⁊ potus in diſpoſitione hac omni modo reſcindendi ſunt niſi ſincopim: ⁊ caſum virtutis timeas, ad͛dunt enim ad agitationem ⁊ non minuunt.

¶Canon quintus.

Principium omnis intentionis eſt regimen animā dila͛tans ⁊ confortans cor ſm̄ adminiſtrationem omniū ſex rerum quas ſcis. locentur ergo in domo temperati aeris nō frigidi. Frigꝰ nāq; cōcludit humores ad interiora: cū ſit eos ad exteriora extrahere res magis neceſſaria. nec calidi. Re͛ſoluit em̄ ⁊ debilitat: ⁊ eligere ex cibis ⁊ potibus ⁊ alijs oē qꝺ

cōfortat cor:⁊ animã dilatat: ⁊ nos plene dicem⁹ illō poſt.

¶Canon.vj.

COmpingere autem ⁊ ſtupefacere eſt vltimum ad quod initi debes ⁊ proprie tunc quando oĩa iam non contulerint:⁊ res eſt poſita ſicut in deſperatione:tūc quoqꝫ ſuꝑ narcoticis preſumendum eſt:⁊ medicamentis fortibus ſicut eſt tyriaca ⁊ philonium ⁊ ſimilia.

¶Componunt aūt rem magni erroris a principio curantes hm̄oi cum narcoticis.eſt enim cum eis curatio mendoſa propterea ꝙ ingroſſant ⁊ cōgelant materias:et fit retētio falſa: ⁊ redit fluxus ⁊ prorumpit:⁊ poſt tempus non diu extenſum diſruptior ꝙ̄ fuerat pri⁹:immo ſicut regurgitãs cū veſtigijs congelationis ⁊ mortis.Uerum curatio vera eſt abſciſio cauſe facientis fluxum ⁊ coadunatio ⁊ confortatio membrorum ⁊ virtutum eorum ſicut iam diximus.

¶At vero quãdo neceſſitas inuitat ⁊ proprie qñ omnia non contulerint:preſumimus ſuper narcoticis.

¶Et proprie rectificatis ſm modos et conditiones quibus emendantur nocumenta que ex eis timentur.

¶Timentur aūt ex narcoticis nocumenta plura . ſunt enim oĩno cōtraria rei vite congelantia ⁊ ſtupefacientia ⁊ mortificantia:⁊ nuda quidem magis adhuc magis recentia.

¶Ars vera ⁊ ſocietas regunt eorū nocumenta ⁊ remouent. Uerū trium intentionū res admixte eis ipſarū operationes bonificant.Primo vero ſocientur eis que reſoluunt et auferunt q̄ ex narcoticis ꝓuenit ꝯgelationum ſicut verbi gr̃a. Recte miſcent̃ eis caſtoreū:⁊ piꝑ:et crocus.ſunt eñ hec tyriaca narcoticorum.ſed piper ⁊ caſtoreū faciūt ad reſoluendum ⁊ carminandū magis. Crocus vero maturat ⁊ ſedat virtutem narcotici.ſcdo vero cū eis que virtutes cōfortãt ⁊ ſpūs reparant miſcemus ſicut recte miſcemus eis ex cordialibus ⁊ ſtomaticis:rebus q̄ ꝯferunt rei vite ſicut ſpica proprie et doronici:et zedoaria:et ſimilia.tertio oportet vt ſocientur eis que ſiſtunt et ſedant:et ſtringunt agitatas ⁊ reumatizatas materias fluētes de partẽ i ꝑtes ſicut ẽ myrrha ꝓprie:⁊ olibanū ⁊ ſandaraca ⁊ ſĩlia ſic eñ narcoticoꝝ iniquitas reprimitur.

¶Uerū ſi excuſari pōt non ꝓpinari eſt melius:ſed ſi excuſari non pōt melius eſt vt non potui dentur:ſed adminiſtrare

in emplaſtris tm̃ eſt melior cura vel ſaltem in ſuppoſitoriis ⁊ enematibus: ſi parum in emplr̃is contulerint. ⁊ ſi cogeris ꝓpinare potui: fac cum timore ⁊ cautela ⁊ dare ea antidota eſt minoris nocumenti. maturatur enim ⁊ digerit cū rebus permixtionis virtus narcotici.

¶ Et dare in ſero ante ſomnū eſt melior horarū ꝙ dari pñt qm̃ inducūt ſomnū: ⁊ ſciuiſti qm̃ ſomnus agitationes ſedat ⁊ ſunt q̄ dant in mane ⁊ ꝓprie qñ vigilie nō adſunt. Prologant eñ neceſſitatē ſurgendi ad ſellā: ſedando mordicationē. Et oīno caue ne dederis ſupra cibū ⁊ caue ne dederis ea corporibus abūdātibus neqꝫ dederis ea corporibus īpuris: ſed poſt mūdificationē potius.

¶ Et vita exhibitionē eorū diebus continuis imo interueniat inter tempus: ⁊ tps exhibitio rerū confortatiuū vt ſaluet thelaurus. Et ſcito ꝙ nocent oculis: ⁊ ſenſibus ⁊ tibi ſupereſt miniſtrare cautelam ne noceant: ⁊ fac exhibitionē eorū quātitatis pauce que virtus non ledatur. Melior enim eſt iteratio ꝙ multiplicatio.

¶ Et inſultibus q̄dē melior horarū eſt ꝑuenire horam ipſorum ⁊ qñqꝫ dare oportet apud fortem cōmotionē eorum ſicut in colico dolore vehementi. ⁊ dixit Gal. In colica q̄dē vehemēti qñqꝫ maioris neceſſitatis eſt cura mēdoſa: q̄ eſt ſtupefactio. ꝓprie apud forte cōmotionē doloris eius ꝙ cura vera. ne virtus reſoluatur ⁊ cadat.

¶ Ponamus aūt aliquas ex medicinis narcoticis: q̄s elegimus vtiles in hoc capitulo.

¶ Medicamē qđ ſcripſit iſraelita fortis ſtipticitatis cōferens ad fluxus medicinales ad alios fluxus ventris bonū ⁊ exptū. ℞. olibani. ʒ. ſ. coaguli lepor. ʒ. ij. opij. ʒ. ſ. gallarum. ʒ. iij. fiāt ex eis trociſci. ʒ. ß. ⁊ fit potio eorum vnus. Cōfectio pillularū filij zezarbona ad fluxū vētris: ⁊ reumatizatiōes viſcerū. ℞. bdelij, ſandarace opij thuris minuti: myrrhe croci. aā. fiant pillule ſicut cicer: ⁊ da in ſero. iij. aut. v.

Confectio troſcicorū: quos cōpoſuimus nos ad ſuperabundantem fluxū cartatici et coliricam paſſionem et alios fluxus ventris confortantium alam: ⁊ ſtringentium vomitum cū ſignificationibus frigiditatis ⁊ facientiū ſomnū. ℞. cyperi: thuris minuti: ameos: galle: croci gallie muſcate:

garioſilorū: balauſtie camepitheos:corticū granatorū.myr rhe:ſpice.aū.ʒ.ij.iuſquiami opij.aū.ʒ.j.ß.fac trociſcos aurei et doſis eorum ſit trociſcus vnus.

Confectio alia trociſcorū ex inuentione noſtra qui ſunt vltimi in intentione hac.⁊ ad omnem fluxum ventris et vomitum cū ſignificationibus caliditatis.℞.ſpodij:ſeminis roſe:acatie:hypoquiſtidos balauſtie ſanguinis draconis gal le croci.aū.ʒ.ij.boli.ʒ.j.⁊.ß.opij.iuſqami.aū.ʒ.j.fac trociſcos ʒ.v.⁊ ſit doſis corū.j.cū aqua roſata.

¶Quarta intētio eſt de emēdatione nocumētorū derelictorū poſt purgationē.⁊ continet.xij.capitula.

¶De febribus q̄ accidunt poſt purgationē. cap.j.

Inquit filius Me. Egritudinū aūt que hereditāt poſt ſo lutionē occaſiōe ſolutiui.ſermones afferamus.Et primo de febre que accidit poſt illud.

¶Eius aūt euentus eſt:qm̄ aut ſolutiuū fuit multe calidita tis ⁊ acuitatis ⁊ derelinqt malam complexionem in corpore.

¶Aut ꝓpter cōculcationē materie q̄ debebat expelli:ſʒ non fuit expulſa:quare putreſcit ⁊ fit cauſa ad febrem.

¶Aut ꝓpter occurſum motuū corporeorū:aut animaliū ſup eum qui ſoluitur cum fortitudine.

¶Aut ꝓpter occurſum frigoris coartantis poros ⁊ prohibē tis reſpirationem vaporum.

¶Aut propter occurſum caloris inflammantis materiam ⁊ humores iam motos.

¶Aut propter comeſtionem feſtinam ſuper eam:quare ali= quid de re medicinali cum re cibali penetrat ad venas et fit cauſa aut multi fluxus:aut conculcationis ⁊ putrefactionis alicuius materiei.

¶Aut q̄a que debebant ꝑcedere medicinā digeſtionem non precesſerūt.⁊ fit operatio eius in crudum quare fit interduʒ diſſolutio.⁊ non euacuatio:ſed cōculcatio ⁊ putrefactio.

¶Et vniuerſaliter quidem omne malum regimen in medici na poteſt eſſe cauſa huiuſmodi.

¶Auxiliabimur igitur poſtq̄ ſciuerimus cauſam febris per teſtimoniū rerum que preceſſerunt inducentiuʒ eam:nūc cū eis que opponūtur cauſis facientibus:⁊ abſcindunt eas nūc cum eis que febris intentionē curāt ⁊ plerunq̄ maior eſt ne=

ceſſitas reſiſtere cauſis faciētibus plerūq; curādi febrē ⁊ pro
prie qñ malignior eſt febris ⁊ tibi ſupereſt iſta diſcernere.
¶Uerū ſi fuerit cauſa febris frigus concludens poros cura
eius eſt adminiſtrare ea que aperiant poros ⁊ faciant vapo
rum excluſionē ex his que diximus:⁊ ſudoris prouocatio ad
hoc multū eſt vtilis.⁊ ſi fuerit quia obuiauerit ei calor inflā-
mans:aut qr medicina fuerit multe acuitatis ⁊ inflāmatiōis:
cura eſt cum extinguentibus caliditatem:⁊ refrigerantibus
acuitatem ex eis que dicemus.
¶Si autem eſt propter materiam que debebat expelli ⁊ nō
expellitur:ſed cōculcatur ⁊ putrefit:cura eſt expulſio illi⁹ ma
terie cū preceſſione adequationis:⁊ preparationis eius ad
expulſionē.Si autē fuerit propter occurſum motū corpo-
reorū.aut animalium ſuper medicinam cura eius eſt cura fe
bris facte ab his ſicut ſcis.
¶Si autem propter feſtinam comeſtionem fuerit:cura eſt ſu
per eam abſtinere.
¶Preterea ſi febris fuerit multe inflammationis:cura eſt cū
eis que inflammationem ſedant:⁊ cū ꝑparatione aeris ⁊ ad-
miniſtratione refrigerantiū ex cibis:⁊ potibus ⁊vnctionib⁹:
⁊ emplaſtrationibus circa cor ⁊ epar:⁊ adminiſtratione redo
lētium frigidorum:⁊ medicinarum cordialiū frigidarū:⁊ vl-
timo cū balneis humidis tēpatis:⁊ oībus que febribus cali-
dis opponuntur ſicut ſapientes ſcripſerunt.
¶Si autem febris fuerit pigra:cura ipſius verſatur quādo
ꝙ cura ipſius cauſam:vt adequetur ⁊ reſoluatur ⁊ abſtraha
tur ⁊ interdum circa febrem vt expellatur.

¶De dolore capitis qui accidit poſt purgationē. Cap.ij.

Eius aūt euentus eſt aut propter eleuationem vaporū
ad caput quos medicina mouet ⁊ ſubleuat ꝓprie quan-
do laborioſe:vel non proprie complete ſoluit.Aut propterea
ꝙ mouet in capite materiam:⁊ non educit aut propter occur
ſum rei extrinſece ſuperuenientis capiti eius euacuatur: ſi-
cut calor:⁊ algor ⁊ ſimilia.
¶Quod vtiqꝫ etiā curamus:poſtꝗ̄ ſciuerimus cauſam ei⁹.
Nam ſi fuerit propter vapores qui eleuatur trahimus ad op
poſitum eius cum eis que diximus.Et ſi iam eleuatus ⁊ fue
rit calidus cephalicam incidimus:⁊ ſi fuerit frigidus cura-

mus ſicut ceteros dolores factos a ſimili cauſa: et confide in flobotomia ſaphene: quoniam eſt potens in hoc. ſi autem vapor fuerit groſſus frigidus cura eſt cum eis que diſpoſitio exigit ſicut ſcis: verũ ſi fuerit propter materiã: que mota eſt poſtq̃ fuerit euacuata, iteratio purgationis eſt neceſſaria poſt maturationem eius q̄ eſt cauſa doloris. ⁊ ſi fuerit propter maliciam complexionis acquiſitam propter medicinam: cura eſt permutatio eius cum eo quod conuenit.

¶De vertigine que accidit poſt purgationẽ. Cap. iij.

Accidit aũt q̄ vapores quandoq; quos medicina mouet ⁊ ſubleuat: eleuantur ad caput: ⁊ faciunt motũ q̄ eſt ſicut motus rei agitate ſicut quando mouetur aqua motu giratiuo ⁊ ſicut motus rerũ leuiũ qñ ſtãt venti vertiginoſi aut qñ aqua obuiat aque. et fiũt voragines: ⁊ illud ideo: quia qñq; vapor eleuatus facit fumos moueri in vacuitatib⁹ cerebri: et arterijs faciẽtes agitationẽ in ſpiritu ſʒ plurimũ i loco terminationis inſtrorũ ſenſuũ ⁊ ſentit tũc patiẽs ſicut ſi res ſuper eũ voluantur: ⁊ terra ſub eo tremat ⁊ moueatur.

¶Quod q̃dem curamus hoc mõ. Si videris dñium in ſanguine cephalicã incide. ſcarificatio aũt cartilaginũ auriũ ⁊ ventoſe in nuca: ⁊ cruribus ad hoc multũ cõferũt: ⁊ ſimiliter omne regimen ſanguinẽ reprimens: ⁊ confert in fine rei balneari balneo ſeparato dulci. ⁊ ſi eſt ꝓpter humorũ abundantiam cura eſt eductio humoris facientis vomitũ aut per ventrẽ. ⁊ poſt illud confortatio cerebri cum his que diſpoſitio exigit: ⁊ fricatio inferiorũ ⁊ reſolutio vaporũ: ⁊ conuerſio eorũ ad oppoſitũ ⁊ rectificatio membri mãdantis ſicut eſt ſtomach⁹: aut epar: aut ſplen: aut fel: aut aliud.

¶De debilitate viſus poſt purgationem. Cap. iiij.

Fit quandoq; ex ſiccitate ſuperflua que ſuccedit euacuationi ſuꝑflue. Et qñq; ex humiditate coartata in neruo concauo quã diſſoluit medicina preterq̃ euacuauerit. ⁊ qñq; ex vapore groſſo turbido quem medicina ſubleuat ad caput: ⁊ ad membra viſus.

¶Si aũt ꝓpter ſiccitatem acquiſitã ab euacuatione ſuꝑflua conferũt humectãtia nota ex cibis ⁊ potibus: et omnib⁹ que addunt ad humectationem corporis: et membrorũ viſus ſicut balneum: et ſomnus: et refectio corporis et alia: et ſi ex hu-

miditate quam medicina coartauit in membris viſus: cura eſt cum pillulis cochijs: ⁊ pillulis de hiera: ⁊ pillulis de ſpeciebus quarum deſcriptio eſt apud te. ⁊ diſtillatione in oculis cum ſucco celidonie: ⁊ feniculi: ⁊ felle alcubugi: aut ericij: aut aquile: aut capre: aut collyrio de fellibus. Uerum ſi ex vapore groſſo et turbido: cura eſt eductio illius materie aqua reſoluitur: ⁊ repreſſio ſubleuationis vaporum cum fricatione interiorum: et exercitatione eorum: ⁊ diſtillatione collyriorum ſicut diximus et adminiſtratio rerum ante cibum ex his que reſoluunt ſuperfluitates que ſunt in ſtomacho ſicut eſt infuſio hiere: aut aloes: aut decoctio abſinthij. aut oximellis ſquillitici. Aut poſt cibationem eorum que prohibent vaporem ciborum eleuari: ſicut eſt coriandrum proprie: ⁊ citonia et ſimilia. deinde ſuccedat adminiſtratio rerũ confortãtium viſum ⁊ abſtergentium oculos ſicut te inuitat neceſſitas.

¶ De debilitate ſtomachi poſt purgationem. Cap. v.

NOmen cõe eſt debilitas ſtomachi: ſed quandoqꝫ cadit in toto corpore eius: ⁊ ſequitur ipſam debilitas omniuꝫ virtutum quarum eſt minera. Qñqꝫ ĩ ſuperiori parte eius et ſequitur ipſam debilitas appetitus: quandoqꝫ in inferiori parte eiꝰ: ⁊ ſequitur ipſam debilitas digeſtiue. Et quãdoqꝫ cadit in fundo ipſius: ⁊ villis retentionis, ⁊ ſequitur ipſam debilitas retentiue.

¶ Accidit autẽ ſtomachi debilitas poſt purgationem: aut qꝛ per eam ſtomacho malitia cõplexionis acqritur. Aut quia immoderata inanitio extenuat: ⁊ rarificat corpus eius: aut qꝛ educitur humor bonus ſupnatans dereliquendo malum in poris ſubmerſum: aut adherentẽ: aut imbibitum: aut qꝛ aliquid relinquitur de medicina in ſto. adherẽs villis eius aut quia in eo mouet materiaꝫ preterqꝫ expellatur: aut quia eſt medicina de genere adurentium ⁊ multi acuminis quare vehementer imprimit et vlcerat ſupficiem eius. agens namqꝫ in rem multi ſenſus vehementius imprimitur.

¶ Succurremus autem huic egritudini: quoniam elemẽtũ eſt multarum egritudinum: poſtqꝫ ſciuerimus cauſam eius per teſtimonium rerum cauſantiuꝫ per ipſam. Nunc cum rebus rectificantibus quod de indignatione per medicinam acquiſiuit ſtomachus. nunc cum rebus abſcidentibꝰ: et cor=

rigētibus cauſas debilitatis. Nunc vero cū rebus cōfortātibus ipſuȝ. Nūc quoq; cū rebus materierū effuſionē prohibētibus ab alijs mēbris ad ipſum: quod quidem multotiēs accidit: ⁊ proprie quādo ab aliquo vicinantium mēbrorū materia exuberat: ⁊ eſt forte in mādādo: ⁊ ſtomach⁹ debilis ⁊ prōptus in recipiēdo. Agēs eñ ⁊ ſi ſit debile facile iprimit: ⁊ pprie qñ rei adeſt preparatio

¶Canon primus.

ET dico q cum de iure ſolutiuorum ſit ſm plurimum ſtomacho nocere et parare ei cauſas et modos indignationum propter inimicitiam et violentiam: q receptori inferunt ⁊ nature ipſius ſatagenduȝ eſt cauſis ⁊ modis indignationuȝ reſiſtere et proprie cū his que addunt in virtute eius cum ſucceſſione quietis. et ſomni: et cum ſucceſſione gradationis cibi: et electione eius et proprietate talis vt confortet et coadunet ſtomachi partes et remoueat quod de laſſitudine ſtomachus per ſolutiuum acquiſiuit.

¶Neq; imitandū eſt illos qui iura pinguia et molia pulmēta poſt ſolutiuū feſtinanter propinant cum relaxent et mollificent ſtomachū: repleantq; et faſtidiū generēt et nauſeaȝ. Iȝ ſorbitio iuſculi talis interdū conferat: proprie quando eſt neceſſe medicine audaciam traſmutare a membris nutritiuis eſt eñ de genere lauantiū: et cito lubricare facientium.

¶Propinandus igitur tunc cibus qui aggreget ⁊ coadunet ſtomachum et ptes eius laxas: et addat in virtute eius ſicut ſunt cibi proprie acetoſitatis pauce qui ex aromaticis et ſtipticis condiūtur ſicut ex mina: ſegles et ſilia. ⁊ ſit eorū exhibitio pauce q̄titatis qua ſtomachus nō grauetur pueniēdo gradatim vſq; ad id cuius exhibitionē ſtomachus cōſueuit.

¶Et ne pter eas q̄n cadat in cibis eorum et iuribus mēta et ſuccus agreſte: et citonia: et maciana: ⁊ ſuccus granatorū et ſumach: et ſpēs aromatice: et citonia cōdita: et mina: et ſilia.

¶Potus autem eoꝝ ſi vinuȝ odoriferū ſubtile et leue decētis pmixtionis cum aqua ſicut in quā ſol parū impreſſit: cui ſuperroretur aqua roſata. Dulce autē vinum in hac hora eſt malum. Et vinum groſſum ſimiliter ⁊ turbidum.

¶Et vitent aquā calidā ⁊ frigidā veri frigoris prorſus. mollificat eñ hoc ſtomachuȝ ⁊ diſgregat virtutē eius. Illa vero

debilē calorē in eodeĳcit. Potus aūt ipſorū ſit paucus. Neqꝫ confitentiū in ſiti eoꝝ neqꝫ ſatiſfaciēdo: ſed tollerantia ſuper ſiti eſt ex eis que ſtomachū viuificāt. Uitēt aūt pingua: ⁊ fructus ⁊ piſces: ⁊ cibos male digeſtiōis ⁊ mali nutrimenti: ⁊ coitum ⁊ iram. hec eñ ſuper medicinā faciunt corpora ſeneſcere: aut cadere in morbos.

¶ Ex rebus autem poſt aſſumptum pharmacū: ſtomachū rectificantibus ⁊ corpus totum. ⁊ reſtituentibus ipſum virtuti ſue eſt ſomnus. ſedat enim quas ex agitationibus euacuationis indignationes ſtomachus acquiſiuit. ⁊ electio cibi et potus ⁊ paucitas eoꝝ: ⁊ quies et aer preparatus ad tēperiē ⁊ gaudium: ⁊ delitie: ⁊ omne regimen tale.

¶ Et ſcito ꝙ balneum eſt ex eis que magis ledunt: niſi forte quis immoderate ſoluatur. Tunc eñ balnea neceſſaria eſſe diximus. ⁊ hoc eſt quod vnumquemqꝫ ſuper euacuationem celebrare oportet.

¶ Canon ſecundus.

In aſciſione vero cauſarum debilitatis ſtomachi canon eſt: quoniam oportet res eas abſcidentes non euacuari rebus ipſum confortantibus vt ſuccedant ſibi inuicem vt ſaluetur minera: ⁊ hoc faciemus cum auxilio medi. cordialium ⁊ ſtomaticarum.

¶ Uerum ſi ſtomachi debilitas contingat propter malliciam complexionis acquiſitā ei per medi. cura eſt permutatio eius cum eo quod conuenit ei.

¶ Si autem fuerit ꝓpter rarefactionem ⁊ extenuationē parietum ſtomachi acquiſitam ei per ſolutiuum cura eſt difficilis. verum ſatagendum vt curetur cum regimine reductionis virtutis eius paulatim ex vna parte: ⁊ proprie cum quiete ⁊ exhibitione ciborum boni chimi velociter nutrientiū: et pauce quantitatis ſicut ſunt vitella ouorum recentium et ſorbilium: ⁊ epata gallinarum pinguium: ⁊ iuuenum: et alenium: ⁊ pullorum: ⁊ vinum odoriferum: ⁊ ex alia cum exhibitione medi. aggregantium virtutem ipſius ſicut ſunt medicine ſiptice boni odoris: ⁊ non fortes: ⁊ conferunt in huiuſmodi diſpoſitione emplaſtrationes ſuper ipſm ex rebus odoris ſiptici. conſeruenāt enim in eo calorem qui forſitan reſoluitur propter raritatem eius. Et ſi res tantū exuberat vt per

ducat ad ethicã ſtomachi cura eſt occupari in adminiſtrãdo humectãtia qñqʒ ⁊ reſtaurãtia corpus:⁊ qñqʒ reſtaurãtia virtutem ex eis que diximus:⁊ ex eis que dicemus.

¶Si aũt fuerit debilitas ſtomachi ꝓpterea ꝙ eduxit medic. hu. bonũ ⁊ dereliqͣt malũ:aut q̄ mouit materiã ⁊ non eduxit: cura eſt ductio illius materiei. Deinde redi ad hoc vt cõfortetur ſtomachus. Et ſi fuerit propterea ꝙ particula medicĩe adheret villis ſto. cura eſt cũ eo quod diximus. Si aũt fuerit propter excoriationẽ factam in ſto. cura eſt cum eis:que coniungunt virtutem conſolidationis et confortationis ſi ſit recens.⁊ ſi fuerit antiqua cum eis que aggregant virtutẽ mũdificationis qñqʒ:quãdoqʒ cõſolidationis ⁊ confortationis.

¶Canon tertius.

IN cõfortatiõe aũt ſtomachi debilis ſunt tria regimina. Primũ eſt abſciſio rei ledentis:ſicut te ſcire fecimus. Secundum vt adminiſtres que auferunt laxitudinem ſicut etiã diximus. Tertiũ vt adminiſtres ex cibis ⁊ potibꝰ:⁊ aliȷ̃s generibus adminiſtrationum omne id in quo eſt cõfortatio:et virtutis reparatio cum auxilio aromaticorum ſtipticorũ.⁊ rerum pauce acetoſitatis:et rerum earum proprie que ſunt in primo gradu:aut ſecundo in quibus natura delectatur.⁊ non pretermittas in hoc triplici regimine quin confortes cor quoniam eſt theſaurus cure.

¶Canon quartus.

POſtqȝ autem euacuaueris ſto. ab humore ad ipſum effuſo ⁊ velis ne adhuc iterum recipiat:regimẽ erit duplex. Primum eſt conuerſio materiei que effunditur ad diuerſum eius ſicut iam diximus ex fricationibus et conſtrictionibus extremitatum:⁊ aliȷ̃s preter balnea. Scđm eſt virtutem ſto. coadunare:⁊ confortare ipſum:vt non recipiat quod ad ip̄m effunditur ex membris aliȷ̃s. virtutis enim vnite eſt non recipere ſed fugare contrarium.

¶De ſiti que accidit poſt purgationem. Cap̄. vi.

QUandoqʒ ſitis ſuper occupat purgationem anteqȝ euacuet : et quandoqʒ ſuccedit ei.⁊ quandoqʒ ſuperfluitati operationis eius

¶Sup occupatio autẽ ſitis fit aut propter aliquid qđ eſt ex parte medicine:aut propter aliqđ qđ ex parte ſtomachi:aut

ppter aliq̃d ꝙ eſt ex parte ei⁹ qđ eſt euacuandũ. diſpoſitio ve ro medicine ſit cauſa ſitis ſi calida ſit: aut acuta: aut ſalſa: aut amara: aut q̃ũlibet deſiccatiua: ⁊ diſpõ receptoris ſit cauſa hui⁹ ſi poſit⁹ ſit ꝓprie ſub dñio caliditatis: aut ſiccitatis: aut amborũ. Euacuande aũt materie diſpoſitio eſt cã huiuſmodi qñ eſt receptor poſit⁹ ſub dñio humorũ calidorũ ⁊ acutorũ: ſicut colere rubee ꝓprie: aut humores ſalſi.

¶ Qui ſi cũ bonitate oꝑationis medicine educũtur. ſitis reprimitur niſi forſitan malitiã cõplexionis dereliquerit.

¶ Si aũt ſtomachus poſit⁹ fuerit ſub dñio humorũ pinguiũ viſcoſorum ⁊ flegmaticorũ ſitis nõ fit: ſed ſi tunc cũ bonitate operationis medicine ſuccedat ſitis bonitatem acquiſitam per eam ſignificat.

¶ Et hoc eſt illud quod hyp. verificauit dum dixit. Non ſitiẽtem propter plenitudinez ſuam: ⁊ iterũ aſſumpto pharmaco nõ ſitientem: oportet ꝙ denuo ac denuo ſumat vſqȝ dũ ſitiat. Eſtimauit Ruffus oportere ſemel ſimulqȝ ſecũdũ ſententiam hyp. exquiſitiſſime euacuare vſqȝ dũ ſuccedat ſitis ⁊ non eſt recordat⁹ ſermonis eius in epidimis. Non oportet inquit ad vltimũ peruenire euacuationis cũ opere catartici. Terretur enim ex hoc natura: ⁊ dixit Gal. Eligi ex duab⁹ vijs hanc incolumiorẽ: qm̃ melior eſt iteratio q̃ȝ multiplicatio. Laudatur autẽ ſitis ſcđm hanc intentionẽ poſt purgationẽ. ⁊ dixit Joannitius. ſignificatio laudabilius eſt ſitis talis. ⁊ ꝓprie dũ cõtinuantur ei alie tres ſignificationes laudabiles que ſunt leuitas iocunditas: ⁊ quies.

¶ Superfluitati aũt operationis catartici ſuccedens ſitis nõ eſt quam hyp. conſiderat. Suꝑflua enim inanitio in ethicaz ⁊ extenuationem ſtomachi: ⁊ ſitim et aſperitatem cadere facit. Unde plus terroris q̃ȝ bonitatis ſignũ eſt.

¶ Dico autem ꝙ ſitim quam hyp. conſiderauit obuiandum non eſt niſi cũ tolerantia ⁊ ſomno. Sedant enim eam ad hoc vt confortetur digeſtio. Neqȝ confidas in exhibitione multi potus ſubito. Deſtruit enim virtutem: ⁊ addit potius ad ſitim q̃ȝ minuat. ⁊ facit cadere in opilationes malas ⁊ cauſam ad hydropiſim.

¶ In ſiti autem facta propter calorẽ ſtomachi: cura eſt blandiri ei vſqȝ dum catartici compleatur operatio. et poſt illud

ſi malam complexionez dereliquerit cura ſitim. Curetur autem cum eo quod faciat permutationem eius cum eo ꝙ conuenit: et caue ne ſuppedites naturam cum adminiſtratione multi potus: ſed frange ſitim cuz aliquo quaſi lambendo ex his que ſapientes ſcripſerunt.
¶Succedens autem ſitis ſi ſit inanitionis ſuperflue: cura eſt omne regimen addens ad humectationem cuz ratione digeſtionis ⁊ confortationem ex his que dicta ſunt.

¶De ſingultu q̄ accidit poſt purgationē. Cap. vij.

Singultus eſt mot⁹ ſpaſmoſus ſtomachi factus a re nocēte: qua fit contractio partium eius aggregantium ſe in ipſas forti motu. Cuius euēt⁹ in pharmacia accidit duob⁹ modis. Aut enim ſupuenit purgationi aut ſubſequitur eam.
¶Superuentio autem eius interdū eſt propter catartici diſpoſitionem interdum propter diſpoſitionem materiei mote per ipſum. diſpoſitio autem catartici aut eſt caliditas excedens nocens mordicatione ſua: aut eſt ſiccitas corrugans et coartans: factus autem a materia quam mouit catarticū eſt quando accidit vt moueatur: aut materia calida acuta mordificatiua: ⁊ effundatur in ſtomachum inducens nocumentuz contractionis mordicatione ſua aut groſſa frigida aggrauans ⁊ replens aut diſſoluatur ventoſitas groſſa ⁊ replens ⁊ extendens tunicas eius.
¶Succedens autē ſingultus operationi catartici eſt ille qui fit a ſiccitate acquiſita per exceſſum euacuationis ſuperflue: que aut nondum eſt confirmata: ſed eſt vt confirmetur: aut iam confirmata eſt: et eſt ſicut narrauit hyppocra. ſignificatio timoris.
¶Et dico quod factus propter illud quod eſt ex parte catartici: curatur cū adminiſtratione ſucceſſionis rerū alterantiū virtutē eius. Et factus a materia quā mouit catarticū curatur blandiendo acumen eius vſq̧ dū euacuetur cū ſucceſſiōe alterantiū: quod de veſtigijs impreſſionum remanet.
¶Factus autē a ſiccitate nō confirmata iuuatur adminiſtratione humectantiū: ⁊ aliqn̄ remouetur. A ſiccitate autez factus que iā ſigillauit: curaz vix habet: ſicut dixit hyp. in amphoriſmis: ⁊ poſteriores poſtea aſſeruerunt.

¶De dolore ſtomachi poſt purgationē. Cap. viij.

ACcidit autem malitia complexionis ſimili vel diuerſa
q̄ ſigillauit pharmacum: aut ab excoriatione facta p=
pter illud aut ex ventoſitate acuta pungitiua calida aut ven
toſitate groſſa frigida mota per ipſum: ⁊ non reſoluta.
¶ Quod ſi fuerit malitia complexionis: cura eſt permutatio
illius cum eo quod conuenit ſi eſt ſine materia. Sed ſi eſt cū
materia oportet vt adequetur ⁊ maturetur: deinde expella
tur. ⁊ ſi fuerit propter ſolutionem continuitatis curetur ſi=
cut diximus. Si autem fuerit a vētoſitate calida vel frigida
curetur cū reſoluentibus ipſaʒ ex his q̄ ſapiētes ſcripſerunt.

¶ De excoriatione viſcerū poſt purgationē.. Cap. ix.

ACcidit excoriatio viſcerum aut a pharmaci virtute: aut
a materia acuta mota per ipſum inciſiua: aut vlcerati=
ua. Et nos iam diximus medicinas quarum proprietas eſt
ſcindere ⁊ excoriare ⁊ loquemur de eis in particularibus. et
tua quidem intereſt: vtrum in ſuperioribus inteſtinis aut in
ferioribꝰ: excoriatio fit cognoſcas: aut medijs: ⁊ ſcitur illud p
differentias ſitus doloris ⁊ puncture: ⁊ differentias ſcientie
pceſſus gurgulationis ⁊ per alia que ſapientes ſcripſerunt.
¶ Curam etiam excoriationum tradiderunt qualiter eam q̄
in ſuperioribus: aut inferioribus: aut medijs curare ꝯuenit. Et
te quidem oportet ſcire illud.
¶ Si autem extimet ex veſtigio a medicina derelicto illud
accidere cura eſt cum his que virtutem medicine frāgunt et
expellunt a corpore: ⁊ ſi contingat a materia acuta ⁊ excoria
tiua cura eſt adequatio illius materiei et blandiri ei poſt il=
lud vt facile expellatur: vt non cadat nocumentum ſuper no
cumentum. Deinde eſt neceſſarium regimen conſolidatiuuʒ
quod diximus

¶ De egeſtione ſanguinis. Cap. x.

ACcidit ab excoriatione viſceruʒ aut quia medicina fuit
earum que aperiunt venas aptiōe ſuꝑflua faciēte ema
nare ſanguinem ſicut eſt colloquintida ꝓprie ⁊ cucumer aſi=
ninus ⁊ ſīīa: aut quia per ipſaʒ peruenitur ad euacuatiōis
vltimum propter eius attractionem ſuperfluam. quia vis na
ture infertur ⁊ cogitur in preiudicium eiꝰ manere ſanguinē.
¶ Et nos quidem de excoriatione iam diximus: ⁊ ſi accidat p
pter apertionem venarum cura eſt regimen quod diximus

proprie cū his q̄ mēbrorū partes coadunāt ⁊ confortāt ⁊ ꝯſo lidant. Si aūt accidat ꝓpterea ꝙ medicina vltimuatem ſeq̄tur euacuationis ſupfl̄ue curā iam diximus.

¶De tenaſmone poſt purgationem. Cap. xi.

Fit ab excoriatione contingere ficteri. Aut propter acuimen medicine. aut propter materiā per eam motam et quandoq̄ contingit ꝙ ano eius qui euacuatur obuiauit frigus ledens: quare eſt appetitus mendoſus egerendi cum pondere.

¶Et cura eius eſt cū collirijs ⁊ enematibus et emplaſtrationibus ſm̄ ꝙ exigit diſpoſitio ex eis que ſapientes dixerunt.

¶De laſſitudine ⁊ debilitate corporis poſt purgationem. Cap. xij.

Contingit quandoq̄ poſt inanitionem ſuperfluam faciētem cadere in proſternationem virtutis propter quod laudauit Gal. elegantius eſſe iterare q̄ exquiſite euacuare ⁊ laudauit tolerabilius eſſe in morbos plenitudinis cadere q̄ inanitionis. ⁊ corroborauit ſermonem ſuum iſtum per lermonem Hyp. dum dixit. Poſſibilius eſt inanire repletum q̄ inanitū replere. ⁊ dixit Iohānitius poſſibile vel impoſſibile curari ad virtutē referimus. In cuius ſaluamēto vel caſu conſtat hoc fieri. Sꝫ ſaluatior in repletinis q̄ inanitis eſt. immo eſt i eis ſicut cadēs. quare poſſibiliꝰ repletuꝫ inanire q̄ econtra.

¶Et plerūq̄ debilitas corporis accidit a malignitate pharmaci relinquentis maliciam complexionis ⁊ defatigationeꝫ nature propter inimicitiā eius cū ipſa. Propter quod laudauit Demo. medicinam fortem debilem facere ⁊ malignam incolumen. Et nos quidem hoc in tota libri huius protellatione tradidimus.

¶Et qn̄q̄ contingit propter occurſum caloris ⁊ eſtus ſuper eum qui ſoluitur: q̄a fit ſolutio caloris: ⁊ ſp̄us ⁊ exalatio. et diuerſio eorum a baſi ⁊ radice. Ira quoq̄ ſuper medicinā ⁊ ſollicitudines ⁊ coitus et labor et omne malum regimen eſt cauſa huius. ⁊ nos quideꝫ curare huiuſmodi ſatagimus precognita eius cauſa. et nūc quideꝫ intentionē noſtrā vertimꝰ ad cauſam et abſcindimus eam qm̄ hec eſt rectitudo cure ⁊ theſaurus operationis. nunc vero occupari oportet cōtra ipſuꝫ accidens prius et proprie quando ob vehementiam ipſius

reſolutionē fieri timemus. Si aūt ꝓpter inanitionem ſuperfluam cōtingit regimē reſumptiuū eſt neceſſariū: ſicut in ſtomachi debilitate diximus. Si vero ꝓpter maliciaʒ cōplexionis hoc fuerit: cura eſt cū eo quod oppōitur ei ſicut etiā diximᵘˢ. Sed ſi fuerit ob curſuʒ caloris et eſtus: et reſolutionē ab eis aut propter iraʒ: aut coitū neceſſariū eſt regimen qḋ diximus. Cum aūt accidēs curare volumus: reparatiuū regimē virtutis et confortatiuū eſt neceſſariū. et ad hoc auxiliatur nobis adminiſtratio delectabiliū et gradatio in cibo. et ſomnus et quies et adminiſtratio redolentium et iocūdorum: et medicine cordiales et ſtomathice. Et ſcito ꝙ balnea ſunt vehementis iuuaminis in cauſa hac. et hoc in fine rei: et proprie balneari in aquis dulcibus. et vti ſorbitionibus pullorū et auium in balneo et vitellis ouorum proprie poſt fricationem lenē et vnctionē neruorum et lacertorū cū oleis tēperatis ſicut oleo de ſpica et oleo camomil. et oleo de keiri. Inquit Galie. oleum vetus remouet laſſitudinem. Oleum autē maſticinum factum cum oleo roſ. et vino antiquo laſſitudinem membrorum et debilitatem remouet.

¶ De ſpaſmo qui accidit poſt purgationem. Cap. xiij.

Accidit quandoꝗ in purgatione quandoꝗ ex ea.

¶ Et accidens in purgatione quandoꝗ fit propterea ꝙ pharmacia multam mouit materiam: et non eduxit que interdum declinat ad neruos et lacertos: et replet eos: et extendit villos eorum: et augmentat ſm̄ latum: ⁊ minorat eos a longitudine ſua naturali: quare incordantur membra et contrahuntur motu laborioſo: ſicut cōtrahitur corda arcus cui accidit vt abbreuietur a longitudine ſua.

¶ Et preparati vt eis accidat illud ſunt illi ꝓprie: quorū habitudo eſt multe plenitudinis: et habent corporis ductus arctos: et qui habent exceſſus humiditatis in neruis: et qui ſe ſuppeditant multo vino ſepe.

¶ Et quandoꝗ accidit propterea ꝙ medicina ſubleuat vaporem turbidum et groſſum ad neruos cum ventoſitate inflatiua: et fit cauſa eius.

¶ Et quandoꝗ accidit propterea ꝙ ei qui ſumpſit pharmacū obuiauit vehemens frigus. ledēs neruos et lacertos quare inſpiſſantur et trahuntur ad ſua principia.

¶Et quandoq; fit propterea q medicina fuit earum in quibus eſt qualitas venenoſa que perueniẽs ad neruos et lacertos operatur contractionem in eis: vnde neruí fugiunt ⁊ aggregantur ad expellendum ipſum.

¶Factus autem ex purgatione eſt ſpaſm⁹ ſiccus. Et eſt ille quem hyppo. condemnauit eſſe mortalem ⁊. proprie quãdo accidit vt confirmetur.

¶Licet autem ſpaſmi facti a plenitudine ſit cura febris: ⁊ proprie ſuperinuadens. ſicut hyppo. dixit. Non in preiudicium eius conſultum hoc accipiendū eſt. Eſt enim ſpaſmus a plenitudine: qui non tm̄ per febrem non curatur. verum etiã eſt eius cauſa additionis ad malum: ſicut factus proprie qñ materia multa mota ſuper pharmaciam: ⁊ non euacuata declinat ad neruos ⁊ lacertos ſicut iam diximus. Inflammat eñ pharmaciã febris: faciens eam acquirere venenoſitatē qua plus noceat. Cura aũt eius vera eſt: feſtinare in ſubtractiõe materie mote: adiuuando medicinam: et acquirendo ei facilitatem: qua fit plenitudinis euacuatio. Et ſi videris oportere: fiat etiam illud cum fortiter educentibus. Deinde redi ad rectificationē malarū impreſſionū: ſigillatarū in neruis ⁊ lacertis: ⁊ cõfortationē corū ⁊ cerebri: ⁊ nuche ⁊ corpis totius.

¶Et ſi accidit propter eleuationem vaporum cura eſt regimen quod diximus: et omne conuertens vapores ad oppoſitum: ⁊ diuerſum ex his que diximus. Et ſi accidit propter occurſum frigoris cura eſt omne quod calefacit neruos ⁊ lacertos cū proprietate. Et ſi accidat propter qualitatem venenoſam: cura eſt cum his que cito audaciam eius transmittūt a corpore: ſicut iam diximus. Nunc cū eis que neruos ⁊ lacertos rectificant ⁊ auferunt impreſſiones malas factas in eis. Nunc etiã cum eis que eos confortant. ¶Spaſmum autē factū poſt euacuationem ſuperfluentem dixit hyp. eſſe mortalem. Hic namq; ſpaſmus de ſiccitate eſt: qui ſicut dixim⁹. ſi cõfirmetur non recepit curam. Si autem non eſt confirmat⁹ curetur cum regimine humectatiuo: ⁊ cum additione in cibo ⁊ ſomno: ⁊ ſimilibus.

¶Capitula

# ¶Tabula ſecūdē ſectionis:

¶Capitula ſecunde ſectiōis. Et primo de medicinis benedictis in quibus non eſt venenoſitas.
De aloe. Capitulū primū.
De mirabolanis citri. indis et chebulis. ij.
De emblicis. iij.
De belliricis. iiij.
De reubarbaro. v.
De caſſiafiſtula. vj.
De tamarindis. vij.
De manna. viij.
De aqua lactis. ix.
De roſa. x.
De viola. xj.
De abſinthio. xij.
De ſticados. xiij.
De fumoterre. xiiij.
De enpatorio. xv.
De epitimo. xvj.
De yſopo quod vocatur alhaſce. xvij.
De yſopo montano. xviij.
De prunis. xix.
De pſilio. xx.
De capillis veneris. xxj.
De aſaro. xxij.
De iure gallorum. xxiij.
De volubili. xxiiij.

¶Capitula medicinarum laborioſe ſoluentium in quibus eſt venenoſitas.
De ſcamonea. Capm primū.
De turbith. ij.
De agarico. iij.
De colloquintida. iiij.
De polipodio. v.
De ſquilla. vj.
De hermodactilis. vij.
De ireos. viij.
De cucumere aſinino. ix.
De centaurea. x.
De carthamo. xj.
De ben. xij.
De lapide armeno. xiij.
De lapide ſtellato. xiiij.
De ſene. xv.
De ſpeciebus ſalis. xvj.
De baurac. xvij.
De ſarcocolla. xviij.
De ſerapino. xix.
De euforbio. xx.
De oppoponaco. xxj.
De mezereon. xxij.
De alſebran. xxiij.
De luf. xxiiij.
De alſeſcera. xxv.
De arthanita. xxvj.
De ariſtologia. xxvij.
De albemeſuel. xxviij.
De albrachin. xxix.
De elleboro. xxx.

Meſ.

PRorellauimus vſqꝫ huc intentionē ⁊ modos rectificationū medicinarū ſolutionē facien‑tiū in ſermone vniuerſali. Et poſuim⁹ diſtin‑ctiones in intētionib⁹: ⁊ modis cū cōditioni‑bus ſolennib⁹: vt inueniat ex principio re‑laxationis ſcrutinij noſtri ſumma preclare aggregās res itētiōis huic neceſſarias. Uo‑lum⁹ aūt nūc de ſingulis earū ſingularia explicare capitula. q̄cq̄d eſt de eſſe earū ⁊ poſſe ⁊ emēdatione malitiarꝫ in ipſis aut redūdantiū in corpore per eas cōplectentia. In quorꝫ cō‑plemēto cōplebitur liber totus. Auxiliatorē igitur petam⁹ deū: ad quē cuncta reſpirant. Et a quo miſericordie oēs pro‑deūt: qui ſit benedictus. Et ponamus in principio inter par‑ticularia ſolutiua ſingularia capitula de medicinis benedi‑ctis in quibus non eſt venenoſitas: que nō ponunt operatio‑nes ſuas vt cadat per eas in corpus nocumentum. Et prepo‑nam omnibus capitulum de aloe.

## ¶De aloe. Cap. j.

ALoe eſt de melioribus et ſublimioribus medicinis: ha‑bens prerogatiuam ſupra alias medicinas. Quāquam enim intentio ſolutiui ſm plurimum ſit debilitare virtutes: et membra que ſunt minere virtutum ⁊ afferre eis nocumē‑tum propter illud quod diximus. Cadit hec intētio ab aloe. Non ſolum enī non nocet: ſed inuenitur ad confortationem membrorū debiliū addere ⁊ ad redditionem eorū in ꝓprias virtutes cōferre. Neqꝫ ad aliud niſi ad vnū videtur nociuū. Aperit enim orificia venarū apertione ſanguinē manare fa‑ciente. Et ipſe eſt aliarum medicinarum rectificator bonus. Mixtus enim cum ipſis: ⁊ proprie cum eis que ſolutionē fa‑ciunt diſſoluendo medicinas ipſas rectificat: et nocumenta earum remouet. Et neqꝫ expoliande ſunt a permixtiōe eius cum ipſis. Eſt enim regularis ⁊ rectificās eas. Et illud ideo: quoniam ex parte ſubſtātie ſue opponitur ſubtilitati et acu‑mini earum. Ex parte ſui effectus eas in ſoluendo iuuat. Et ex parte proprietatis ſue: quod de ipſarum malicia eſt in mē‑bra facile imprimi remouet: ipſum tamen in ſe eſt tarde ſolu‑tionis. (Electio). Aliud eſt ꝙ fit in ſuccutri. Aliud in Per‑ſia. Aliud in Armenia. Aliud in Arabia. Et meli⁹ ex eis eſt

ſuccotrinū. Poſt illud perſicū. Deinde armenicū. Et deteri⁹
eſt arabicū. Verificatores aūt in quinqꝫ proprietatibus lauda-
uerūt ꝑfectū aloen in colore: odore: ſapore: pōdere ⁊ ſubſtan-
tia cū cōditionibus in ipſis. In colore quoqꝫ: vt ſit coloris ci-
trini declinātis ad rubedinē in quo ſit claritas. Et ſit in eo dē-
ſitas cū colore hoc ſicut eſt color epatis. Declinauit eius bo-
nitas ab illo ꝙ eſt clarū. Et opꝫ vt ſit odoris boni ꝓprij non
extranei acquiſiti ꝑ adulteriū. Et ſapor eius ſm̄ cōuenientio-
rem modū cōſiderationis eius debet ſentiri in primo guſtu
dulce: declinās ad amaritudinē. Et ſit pondere leue. ⁊ quãto ē
leuius tanto melius. Et ſit in ſubſtātia ſua tenerū: habile ad
frangendū: ⁊ quãtocūqꝫ eſt ab his ꝓprietatibus remotius tan-
to deterius. Antiquū aūt denigrat tēpus. Et tua intereſt co-
gnoſcere ꝙ in ipſo cadit de adulteratiōe. Sophiſte em̄ lauāt
ip̄m lotione: qua ꝑtes eius imunde ⁊ groſſe ſeparantur. De-
inde lauant in aqua maris ⁊ pauci croci lotiōibus pluribus.
Deinde ꝑmittunt exiccari acq̄rentes ei per hoc luciditatē: et
colorē citrinū: ⁊ odorem bonū. Verū odor eius deoccultat fal-
laciam. (Complexio) ⁊ ꝓprietas. Eſt aūt complexiōis calide
in ſecundo gradu: ſicce in tertio. Et eſt exiccatiuum ſine mor-
dicatione. Conſumptiuū ſuꝑfluitatuꝫ. Et preſeruās a putre-
factiōe. et cū hoc ſit ei propriū: aperit tñ orificia venarū et di-
cunt q̄dam ꝙ ledit epar aliq̄n ipſum. Et videtur ꝙ illud ſit ꝓ-
pter apertionē quam efficit in venis. Verum rectificatio acq̄-
rit ei: vt conferat epati: ⁊ in aloe quidem loto minoratur ſolu-
tio: et additur ei: vt ſit ſtomachi confortatiuuꝫ. In nō loto ve-
ro eſt econtrario. et etiam mixtum cum melle eſt minoris ſo-
lutionis: et minoris attractionis et eſt maioris abſterſionis
partiū ꝑ quas illi eſt trāſitus. (Rectificatio). Tria ſunt in eo:
in quibus cadit correctio: quoniam eſt de tarde ſolutionem
facientibus quare oportet vt ſumens ip̄m cibari differat. Et
quia ſua operatio non multuꝫ extenditur in corpore. Vix em̄
pertranſit epar niſi in quantitate exuberet. Et quia venarū
orificia apertione ſanguinem ſpargente aperit. Et nos ob-
uiamus his tripliciter rectificando ipſuꝫ. Acquirimus enim
ei citam et facilem operationem cum ſpeciebus alefangi-
nis ſubtilibus: et acumen habentibus: ſicut verbi gra-
tia: cum mace: nuce muſcata: cynamomo: ſpica: calamo.

aromatico: cubebe: ſquinanto: aſaro: maſtice: gariofilis de quibus partes equales: et croci pars media bulliant in ſextu plo earum aque vſqꝫ ad tertium eius cū facilitate. Et accipe pro qualibet libra illius aque aloes. ℥. vi. ⁊ permitte ſiccari in vmbra prius ⁊ perfice exiccationem eius in ſole. Quidam autem ex bene rectificantibus faciūt ſimile cū ſpeciebus pigre galieni. Citat enim eius operationē: yſopus: cynamomū ⁊ caſſia. Et quidaꝫ dant infuſionē aloes in aqua ſpecierum ⁊ citatur effectus eius. Et acquirimus ei: vt extēdatur operatio eius ad partes remotas cum rebus que addūt ad vigorē eius ſicut colloquintida proprie: et turbith: et ſimilia, addantur in aqua ſpecierum: et fiat vt diximus. Aut fiat illud in aqua caſei. Aut fiāt ex eis trociſci ⁊ pillule. Aut cadāt ea cuꝫ eo in confectionibus ſimul. Remouemus autē ab eo nocumentuꝫ quod imprimit in venas rectificando ipſuꝫ cū adminiſtratione bdelij cū eo: aut dragaganti aut maſticis: ⁊ ſimilium. In aloe autē quod elongatū eſt: ⁊ declinat a proprietatibus bonis: magnificantur hec tria que diximus. Et adhuc etiā eſt conturbatiuū: faciens dolorē ventris: et nocēs ſtomacho ⁊ epati: et ſoluēdo imprimit laborē in ſtomacho et viſceribus. Et aliquando virtus eius remanet in eis: ⁊ facit in ſolutione exire ſanguinē. Et eſt maxime nocēs emorroydibus ⁊ ano. Et nos rectificamus hmōi lauando lotione qua partiuꝫ immundarū fiat abſterſio et infundendo i aqs ſpecieruꝫ ⁊ adiungendo ei q̄ cito lubricationem faciunt. Et nihil eſt tā magnificuꝫ ex rectificatoribus: ſicut bdellium: et dragagantum. Et ſi ſuper ipſum bibatur aqua ordei cum oleo nucum: aut decoctionis paſſullarū: aut aqua tepida: ⁊ mel: tranſmittit audaciam eius a corpore. (Poſſe.) Solutione educit coleram: ⁊ flegma ⁊ mundificat caput ab eis et ſtomachum. Et confert iuuamentū magnum doloribus eoruꝫ. Et confert inflammationi ſtomachi ⁊ ſiti: ⁊ doloribꝰ eius ex colera factis. Et qui aſſiduat acceptionem eius diebus continuis, non videt in corpore ſuo: neqꝫ in inſtrumentis ſenſuum ſuoruꝫ egritudinem: que non ſit habilis ſanari. Et preſeruat a putrefactione ita qꝫ etiam cadauera. et proprie mixtum cum myrrha. Mixtum vero cum ſanguine draconis: et myrrha ſanat vlcera putrida mala, exiccat enim ſine mordicatione.

Pſilium eſt de alterantibus complexionem:⁊ ſolutionē facientibus.Et eius ſolutio proprie fit lãbificando eius autem aliud album:aliud ſubnigrum:aliud ad purpureitatem declinans.(Electio).Melius eſt quod eſt completum et groſſum:et eſt grauius ⁊ ſubmergitur in aqua.(Complexio ⁊ proprietas.)Compoſitum eſt ex duabus ſubſtantijs:que ſeparari poſſunt inter quas cortex eſt ſeparans. Eſt enim in eo ſubſtãtia interior medularis:et eſt in eo ſubſtantia expanſa ſuper corticem ipſius.Subſtantia autem eius interior medularis calida eſt et ſicca in quarto gradu et eſt acuta vehementer: inciſiua: rubificatiua: vlceratiua et eſt de genere veneni.Subſtantia autem exterior expanſa ſuper corticē eſt ex multum infrigidantibus:et dixit Ruffus.Eſt frigida et humida in tertio exceſſu.et dixit Diaſcorides ꝙ eſt in ſecundo:et eſt verius.Inquit enim Hyppo.in epidimia. Non eleuatur reſfrigida iuncta cū humiditate:vltra ſcđm gradum. ⁊ dixit Gal.Humida res non tranſgreditur metam vſq; ad quam poteſt regimen hominis extendi propter quod non inuenimus humidum eſſe cauſā doloris inquantum humidū ſed inquantum poteſt eſſe materia que quantitate ſua moueatur ad continuitatis ſolutionem.(Rectificatio) .Quod ex eo conquaſſatum eſt cum aqua fontium frigida: et fit mucillaginoſum:et bibitur ſicut eſt:et proprie cū oleo violaceo:aut

ſyrupo violato ſoluit ventrem. Quod autem ex eo eſt frixum: ⁊ conquaſſatum cum oleo roſaceo: eſt medicina fluxus ventris ⁊ diſſyntherie. Contritum autem potui nullo modo propinã dum eſt. Deoccultat enim contritio eius ſubſtantiam medul larem vlceratiuam: ⁊ excoriatiuam. (Poſſe). Conquaſſatum cum aqua frigida ſicut diximus ſolutione educit coleram. Et confert febribus inflammationis multe: et ſiti vehementi ca lide: et ſedat inflammationes ſpiritualium et lenit pectus. Et conquaſſatum cũ aceto confert apoſtematibus calidis et eriſipile: ⁊ formice: ⁊ ſedat inflãmationes omnes ⁊ dolores in flammationum: ⁊ proprie ſuper cataplaſmatũ. Et ſimiliter ſo dam calidam vehementem. Frixũ vero ⁊ conquaſſatum: ſicut diximus: confert fluxui colerico et diſſynterio ⁊ fluxui medici nali et proprie poſt potum ſcamonee. et medicinarum acuta rũ. (Doſis). Ipſius potio eſt a.ʒ.ſ. vſqȝ ad.iij. Timeat aũt ip ſum habens debilitatem viſcerum.

## De capillis veneris. Cap. xxi

Capillus veneris dicitur apud quoſdam capillus fonti um. Et dicitur capillus hominis nemoralis et ab aliis dicitur coriandruȝ putei. et eſt herba cuius folia ſunt ſimilia foliis coriandri viridia: ⁊ tenuia. Cuius ſtipes eſt in longitu dine circiter mediũ cubitũ. ⁊ ſunt ſicut pili porcini. Et ſunt in colore intra rubedinem ⁊ nigredinem: ſed magis declinant ad nigredinem et proprie iuxta radiceȝ eoruȝ. et quanto ma gis procedunt ad nigredinem declinant. et ſunt ſine floribus et eorum ortus eſt in puteis: fontibus et locis aquarũ. (Elec tio.) Meliores ſunt qui virida habent folia: qui vberiores ſunt ẽm omnes partes plante ipſorum. Subtiles vero ⁊ gra ciles et declinantes ad citrinitatẽ non habent ſpũȝ. (Com plexio ⁊ proprietas). dixit Galienus. Iuxta temperamentum eſt eorum complexio. Sunt auteȝ cõpoſiti ex partibus aque is: et terreis: et ſubtilibus mediocriter: a quibus ineſt eis ſti pticitas: et ex partibus ſubtilibus calidis valde: propter qđ virtus eorum cito reſoluitur. Debilis enim virtus in debili ſubiecto cito tollitur: Sed adhuc etiaȝ calide partes ſunt po ſite in ſuperficie: quare vehementius fit illud quod videtur oſtendere complexiones ipſorum declinare ad latus caliditatis: ꝙuis dicat Gal. ipſos eſſe equales. Et ineſt eis ex parti

bus calidis in ipſis.vt ſint reſolutiui: ſubtiliatiui: aperitiui:
oppilationum et ſolutiui ventris: et pꝛopꝛie qui ex eis ſunt
recentes.Sicci vero ſunt conſtrictiui:et pꝛohibitiui fluxum.
(Rectificatio.)Non eſt in eis malitia debiliter tamē purgāt:
ſed confoꝛtant operationem eoꝛum viole.ſ.et caſſiafiſtula⁊ te
reniabin:et infuſio eoꝛum in aqua caſei vigoꝛat eos in ſol=
uendo.De decoctione autem modicuꝫ ſuſtinent.(Poſſe.)So
lutione educūt coleram:et flegma: et humoꝛes groſſos et im
bibitos et mundificant pectus et pulmonem:et educūt mate
rias contentas in eis :et mundificant ſanguinem et clarifi=
cant eum et clarificant coloꝛem:et faciunt acquirere bonita=
tem anhelitus:⁊ mundificant ſtomachum:ventrem: et epar
cōferunt doloꝛi eoꝛum:et ſunt medicina bona oppilationum
epatis:et ſplenis et ictericie ⁊ ꝓpꝛie egritudinum omniū op
pilationū:et ꝓpꝛie infuſio eoꝛum in aqua apij ⁊ endiuie: aut
in aqua cicerū nigroꝛū:aut in aqua ſeminū quattuoꝛ : aut in
aqua lactis ꝓpꝛie:⁊ delent cū oleo camomillino ſcrofulas.Et
valet ſyrupus eoꝛū pleureſi ⁊ peripleumonie:⁊ ſunt prouo=
catiui vrine et vſus decoctionis eoꝛuꝫ frangit lapidem :⁊pur
gat matrices fetarū.Et hoc eſt de poſſe eoꝛū:⁊ de eo quod ꝑ=
tinet ad eos de partibus calidis.Sed ex pte ſtipticitatis ꝓhi
bent curſuꝫ materierū ⁊ abſcindunt ſanguinē:⁊ confoꝛtant
ſtomachū et ventrē ne recipiāt ſupfluitates et ꝓhibēt caſum
capilloꝛū:et confoꝛtant radices eoꝛū.Immo faciunt eos cre=
ſcere et multiplicare eos in locis: vbi opoꝛtet et pꝛopꝛie cum
oleo myꝛtino:aut oleo laudani:⁊ vino ſtiptico et puluis eoꝝ
aduſtoꝝ etiā facit ſimilr.Et abluitur etiā ex decoctione ipſo
rū cū vino caput:⁊ abſcindit furfures:⁊ ſimile fit ex cinere ip
ſoꝝ ⁊ cinis ipoꝝ ſanat fiſtulas⁊lachꝛymales.(Doſis.) Potio
decoctionis ipſoꝝ quādo querit per ipſos ſolutio per ventrē
eſt circiter libꝛam vnam.

¶De aſaro. Cap.xxij.

ASarū eſt radix herbe mōtane. cuius folia ſunt angula
ria ſicut folia edere.et floꝛes eius ſunt ſicut floꝛes iuſq̄=
ami:et eſt tota plāta eius aromatica:et moꝛdicās guſtū(Ele
ctio.)Melioꝛ pars plāte eſt radix:et melioꝛ radix q̄ eſt groſſa
ſpiſſa:⁊ cuius odoꝛ eſt ſubtilis et ſapoꝛ acutus cū ſtipticitate
modica.(Cōplexio et ꝓpꝛietas).Calide complexionis eſt et

ſicce in tertio: et dixit Diaſcorides eſt in ſecūdo calidū: ſiccū in tertio: & eſt quaſi verius: & eſt ſubtiliatiuū: aperitiuū oppilationū: reſolutiuū, prouocatiuū: et in ipſo eſt ſtipticitas modica. (Rectificatio.) Melius cū quo miſcetur ad ſolutionē faciendā eſt aqua caſei cum ſpica et aqua mellis: et quidam infundūt ex eo aliqd in muſto et cōſeruāt in vaſe p tres mēſes: et eſt illud vinū medicina ad hydropiſiꝫ: & ſplenē. Suſtinet autem aſarū de decoctiōe et cōtritionē rez mediocrē et laboratio i cōtritione ipſius facit magis prouocatiuū ꝙ ſolutiuum. (Poſſe). Eſt ex rebus faciētibus vomitū: et educētibus p ventrē: et cū hoc etiā eſt prouocatiuū vrine: et educit colerā et flegma: Sed de eius opatiōe in flegmate eſt manifeſtius: et educit ex anchis & iſciaturis materias et cōfert doloribus earū et proprie infuſio eius & aliȷ̄ modi adminiſtratiōis ipſius et eſt ex bonis rebus in qbus eſt ſpes iuuamētorū ad oppilatiōes epatis et ſplenis et duritiē eorum et morbos oppilationum: ſicut eſt hydropiſis & icteritia et durities ſplenis et pprie vinum infuſionis eius qd̄ dixi: & cōfert iuuamentuꝫ magnū febribus oppilationū & febribus antiquis & inungitur dorſum et ſpina ex oleo ipſius cum laudano et facit ſudare. Confert horripilationi febrium: & prouocat vrinam & in ſpermate augmentuꝫ efficit. (Doſis). Eius iſuſi potio ē ab aur. ij. vſqꝫ ad ℥. iiij. & pulueris eius ab ℥. j. vſqꝫ ad aur. ij.

¶De iure gallorum. Cap. xxiij.

Gallorū & gallinarū iuuenū mediocriter pinguiū: nutrimentū ceterarū auiū nutrimēto ꝑponitur. Sunt em̄ ppinque cōuerſionis in ſanguinē: & paucarū ſupfluitatū. Sed caro gallinarū eſt melior carne gallorū: niſi caſtratorū et nigriores ex eis ſunt meliores: et leuiores et ex gallinis melior eſt q̄ nondū peperit: et ex gallis q̄ nondū calcauit. Decrepiti aūt accidētiū carnes male ſunt. Acqrūt em̄ nitroſitatē: et ſalſuginē: & pprie gallorū & non cōpetunt in re ciborū ſed potiꝰ in re medicine: & proprie ius gallorū. & eſt illud ꝙ hic conſideramus. (Electio). Melior gallus ad hūc vſum: eſt ſicut dixit Gal. q̄ ē ruffus antiquus: imo quāto antiqor: tāto melior et q̄ eſt velox ad motū et ardēs ad coitū: & fortis ad dimicandum in quo ſit mediocritas inter macredinē & pinguedinē. (Cōplexio & pprietas). Jus galli antiq̄ eſt calidū ppter nitroſita

tē:⁊ ſalſuginē.⁊ eſt lauatiuū abſterſiuū aperitiuū ventoſitatū extenuatiuū ⁊ ꝓuocatiuū et ſolutiuum nature. (Rectificatio). Opatio iuris galloꝝ ſm ꝙ Gal. docuit ē in hunc modū opꝫ vt cibetur gallus furfure. Alkanzi dixit et melle et pauco ſale. poſt illud fatigetꝛ fatigatiōe ducēte ad laſſitudinē. Et dixit ēt Alkāzi ꝙ melius ē vt fatigetꝛ dimicādo. Deinde abſcidatur caput eius ⁊ euiſceretꝛ ⁊ ſaliatur ſale: aut ſal gemma ⁊ decoquatur in aqua ſufficienti cum facilitate vſqꝫ ad cōſumptionē duarum partiū aque. Et ſunt q̄dam q̄ ponunt in decoctione eius alia ſm diuerſas intētiones. (Poſſe). Miſcetur decoctioni eius turbith carthamus: ⁊ ſolutione educit flegma. Cū polipodio vero melācoliā educit: et ſimil'r cū epithymo. Et cū ſemine aneti excludit et carminat vētoſitates. Et coctū cū ſal gēma: ⁊ dauco ⁊ aneto ⁊ polipodio: confert dolori ſtomachi ⁊ colice ⁊ iliace: et dolori renali. Et confert doloribus iuncturarū. Et valet ſimiliter ad eadē etiā coctuꝫ cū carthamo aneto ⁊ ſal gēma ⁊ cōfert aſmati: aut cum haſce et yſopo et valet ſimiliter. (Doſis). Potio ipſius eſt circiter lib. iij.

## De volubili. Cap. xxiiij.

Volubilis plures ſūt ſpēs. Eſt em̄ quedā q̄ dicitur funis arborum cuius flos eſt albus: ⁊ eſt ſicut tuba ⁊ hꝫ lac ⁊ vocatur volubilis magna. Et ē alia cuius rami repūt ſup terrā: ⁊ ſup ramos plantarū: cuius folia et flores ſunt minores et đr volubilis minor. Et eſt alia hn̄s folia ſubalbida: lanuginoſa: et hꝫ lac et eſt ſpēs tertia: ⁊ eſt hn̄s folia aſpera: ſicut folia citrulli: cuius flos eſt ſicut ampulle adherētes: ⁊ vocatur lupulus. Et eſt q̄nta ſpēs eius: cuius radix eſt ſicut feſireſim ⁊ magis groſſa: imo eſt groſſitudo eiꝰ in modū cucurbite maioris. Et eius ſtipes eleuatꝛ ſup radicē ſuam circiter cubitos duos: ⁊ folia eius ſunt ſtricta: ꝑua in modū ſagitte alate q̄ ex leui cā fluunt ⁊ hꝫ lac ⁊ vocatur dn̄s lacticiniorum ⁊ ex ea fit ſcamonea. (Electio). Melior duarū ſpecieꝝ eſt magna ⁊ hn̄s folia in modū ſagitte alate. Et melior ē q̄ naſcitur in locis tēperatis remotis ab exceſſu. (Cōplexio ⁊ proprietas). Inquit Diaſ. Magna eſt equalis declinat tn̄ ad caliditatē quandā ⁊ eſt ſicca in ſcđo. ⁊ eſt reſolutiua: maturatiua: apitiua: abſterſiua: ſolutiua. Lanuginoſa vero eſt calida in exceſſu vlceratiua inciſiua. Sagittalis vero calida eſt ⁊ ſicca in ſcđo: ⁊ dixit

Gal'. Eſt in principio tertij:⁊ eſt reſolutiua. Lac vero eius eſt
in fine ipſius. Et eſt acris ⁊ eius acrimonia nõ ẽ in vehemen
tia lacticinij maioris. ⁊ eſt in qualiber pte plãte eius acuitas
et ſerroſitas: ſed plus in lacte ipſius: et eſt in ea abſterſio ⁊ re
ſolutio. et nos loquemur de ſcamonea in capl'o ſuo. Lupulꝰ
vero eſt equalis ad frigiditatẽ declinãs. Et dicit ꝙ eſt in prin
cipio primi: ⁊ eſt verius. Eſt aũt ſedatiuus dolorũ calidorum
extictiuus inflãmationuz ⁊ lenitiuus. (Rectificatio). Magna
aperit orificia venarũ: ꝓpter ꝙ miſcendum eſt cũ ea aliq̄d ex
dragagãto ⁊ maſtice. Ex rectius ꝙ vigorat operationez eius
eſt aqua caſei cũ ſpica ⁊ maſtice. Ex ſagittali aũt non ꝓpina=
tur ad ſoluendũ niſi coagulum eius: ⁊ eſt ſcamonea. Lanugi
noſa vero prorſus vitãda eſt. Solutione em̃ educit ſanguinẽ
et eſt ſicut venenũ. (Poſſe). Lanuginoſa ſanguinez educit ex
coriando. Aſpera vero et eſt lupulus educit de colera citrina
rem aliquam ⁊ mundificat ſanguinẽ ab ea ⁊ clarificat ipſum
⁊ ſedat ipſius inflãmationẽ: ⁊ affert ei iuuamentũ magnum
infuſio eius in aqua caſei. Et ſyrupus eiꝰ remouet icteritiã.
Et oꝙ parũ vtuntur medici noſtri tpis adminiſtratiõe eius
cũ ſit medicina bona. Et ipſa quidẽ et ſuccus eius cuz ſauich
ordei ſedat dolorem capitis calidũ: et cõfert calefactioni ſto=
machi et epatis. Et ſyrupus eius cõfert febribus colericis et
ſanguineis valde. Magna vero ſolutione educit coleraz adu
ſtam cũ facilitate. Et aperit oppilatiões epatis et meſeraica
rum cõfert icteritie cũ ſucco apij ⁊ endiuie: aut cum aqua ca
ſei. Cõfert apati epatis calido extrinſeco et ꝓprie cũ ſauich:
et oleo roſaceo: et aceto et ſedat ſodã antiquã: et ꝓprie cum
oleo roſaceo ⁊ aceto aut camomillino. Et ſuccus eius eſt ex
eis que ſanant vlcere in aure. Et eſt ex medicinis pectoris et
pulmonis mundificãs ea a ſuperfluitatibus ⁊ confert aſmati
valde ⁊ cõfert febribus longi tpis et ꝓprie febribus oppila=
tionũ: et eis quarũ materia eſt colera citrina. Ex radice vero
ſagittalis fit emplaſtruz et oleo roſaceo aut camomillino: et
ſedat ſodam frigidã antiquã ⁊ curat emigraneã. (Doſis). Po
tio decoctionis magne eſt circiter. ℥. iiij. et infuſionis eius in
aqua caſei potio eſt circiter lib. ſ.

¶ Capitula medicinarum laborioſe ſoluentium in qui
bus eſt venenoſitas.

¶ De ſcamonea.

¶De ſcamonea. Cap.j.

SCamonea eſt ſolutiuū magnū.⁊ dixit Democritus.ꝙ eſt ſolutiuū antonomaſice:⁊ ꝙ ē genus ſolutiuoꝝ ⁊ generali⁹ ſuꝑ oīa ſolutiua. Fit aūt ſcamonea ex ſucco cuiuſdā ſpeciei volubilis:cuius folia ſunt ad modū ſagitte alate. Naſcitur aūt in Antiochia ⁊ Armenia et Coraſceni.⁊ in ꝑtibus Arabie:⁊ Tuſchie.⁊ plurimū naſcit̄ in terra nr̄a:⁊ ē mala.⁊ credo ꝙ diſpoſitio loci ⁊ mod⁹ culture.⁊ ars in faciēdo auxiliatur vt bona fiat bona: et mala fiat mala. Modi aūt operatiōis eius ſunt quattuor. Primus eſt cū manifeſtatur radix ipſius a terra ꝑterq̄ euellat̄ ⁊ fiūt inciſiōes in eo ꝙ apparet ex ea ſuꝑ terram ⁊ inuenitur ꝙ egreditur de eo poſt diem ⁊ diem res ſicut gummi ⁊ dimittitur exiccari ⁊ cōſeruatur. Secūdus ē vt extirpētur poſt illud totalr̄ radices:⁊ incidantur ⁊ colligitur lac earuꝫ fluēs: et decoquitur cum facilitate vel exiccatur ſoli:et fiunt inde forme ⁊ ſigillantur:⁊ hmōi ſcamonee color eſt ſubalbid⁹ aut varius. Tertius eſt teruntur adhuc radices poſt illud et extrahit̄ ſucc⁹.⁊ fit ſicut diximus de decoctiōe ⁊ aliijs:et ſigillat̄ aliquo ſigillo. Nūc aūt fides ſigilloꝝ periijt:⁊ hec ſcamonea ē groſſa:nigra ⁊ pōderoſa. Quartus eſt.terūtur folia eius ⁊ ſtipites:et extrahitur ab eis ſuccus et fit ſilr̄.et hec eſt ſcamonea nigra attinēs viriditati.et ē grauis odoris.(Electio) Melior eſt antiochena et armenia eſt poſt hanc. Que vero fit in partibus noſtris et Coraſceni eſt mala prorſus et melior adhuc eſt q̄ eſt prime forme.i.modi faciendi eā.et que eſt ſecunde eſt poſt iſtam.⁊ alie ſunt male ⁊ deterior ē viridis. Adhuc aūt q̄ laudauerūt ſcamoneā in q̄nqꝫ ꝓprietatibus laudauerunt eā. Prima eſt vt ſit in calore clara ſicut gummi:⁊ ꝓprie ſpecies eius prima:aut ſubalbida:aut varia. Secūda vt ſi tāgatur cōfractū ei⁹ aqua vel ſaliua fiat ſicut lac. Tertia vt ſit tenera:multe facilitatis ad frangēdū ⁊ puluerizandū. Quarta vt ſit pondere leuis. Quinta vt ſit boni odoris proprij non grauis. Remota vero ab eis proprietatibus nō eſt bona. Cōſeruatur quoqꝫ ꝑ annos.xx.ſed quanto antiquior tanto debilior.(Complexio et proprietas). Calide cōplexionis eſt in tertio gradu ⁊ ſicce ad ipſuꝫ:⁊ eſt in ea de acuitate minus ꝙ̄

in planta ſua. et credo ꝙ pars in faciendo ipſam frangit inies de acuitate aliquid: ⁊ ipſa quidē eſt amaritudo: ⁊ i ipſa quidem eſt abſterſiua: reſolutiua: inciſiua cū attractione multa cuius attractio extēditur vſqꝫ ad remota multū. (Refectio). Quinqꝫ ſunt ei familiaria que in corporibus imprimūt magnitudinē nocumentorū. Eſt enim in ea ventoſitas mordicatiua in ſtomacho faciens ſubuerſionē nauſeā. ⁊ turbationē laborioſam. Secūdū eſt qm̄ inſunt in ea caliditas ⁊ acuitas habiles inflāmare: ⁊ propter quod eſt facile faciens cadere in febrē ⁊ ſitim: ⁊ proprie qñ inuenit patiētēꝫ preparatū. Tertium eſt: qm̄ fit per ipſaꝫ attractio vehemēs: ⁊ vehemēs dilatatio orificiorū venarū: quare facit cadere i imoderatos fluxus. Quartuꝫ ē qm̄ in ea ē ferroſitas operās ad excoriatiōes viſcerum: quare generat dolores acutos pungitiuos et facit cadere in diſſinteriam ⁊ tenaſmon. Quintum eſt proprietas et operatio ſua: a quibus fit impreſſio nocumenti in membra que ſunt minere virtutum que ſunt ſicut cor et epar et ſtomachus ⁊ ſimilia eis. Auxiliandū vero eis cū rebus: cum quibus proprietate ⁊ virtute nocumēta tolluntur: ſicut verbi gratia. Obuiamus ei quod diximus primo adiuuādo vt reſoluatur vapor eius turbidus ⁊ mordicatiuus faciens ſubuerſionem et laborem. Et ad hoc auxiliatur nobis decoctio et eius in pomo. Digerit enim et maturat: et reſoluit: et excludit vapores eius: et aufert ferroſitatem eius. Et miſcere in decoctione ipſius: que ventoſitates reſoluunt et carminant et adiuuant ad illud ſicut daucus proprie: et galanga: et ſemen feniculi et apij et ſimilia. Et dico ꝙ decoctio eſt generalior preparatio eius auferens plura eſt nocumētis que diximus. Et obuiamus ei quod diximus in ſecundo miſcendo ei in decoctione aliquid virtutis refrigeratiuuꝫ: ⁊ operando vt frangatur acumen: ⁊ inflammatio eius. Et ad hoc auxiliatur nobis coctio eius cum eis que extingunt: et leniunt ſicus eſt mucillago: pſilli ⁊ aqua: et carnes prunorum: et ſuccus: roſaruꝫ ⁊ aqua violaruꝫ: ⁊ viole recentes. Et inuoluere ipſam ante decoctionem eius in oleo roſato aut violato: aufert hoc nocumentum ab ea. Et ſuccus citoniorū murorum. et ſumach: et ſpodiū faciunt ſimiliter. Et obuiamus ei quod diximus tertio miſcendo ei in decoctione que adiuuant vir

tutes membꝛoꝝ. Et auxiliãtur in aggregatione et corrobo-
ratione partiũ laxaruȝ. Ad hoc aũt auxiliantur nobis maxi-
me res ſtipticitatem habentes: et oĩa que auferũt ſupficiem
acuminis eiꝰ ⁊ reprimunt ſubtilitatem et virtutem penetra-
tionis ipſius. ſicut eſt maſtix et citonium et ſuccus eius. Sũt
enim rectificatiuum bonum. Mirabolani quoq; citrini: ſunt
mirabiles in hac intentione: et aloes ſimiliter. Et obuiamus
ei quod diximus quarto miſcendo cum ea: que aggregant
duas intentiones. prima eſt acquirere ei facilem egreſſum et
hoc cuȝ rebus cito expellentibus audaciam eius. et facienti-
bus eaȝ deſcendere. Ad hoc autem auxiliatur ei adminiſtra-
tio eius cum rebus lubricantibus: ſicut eſt mucillago pſilij ⁊
carnes prunorum. Et ſciuiſti ꝙ compreſſiua ſicut citonia: et
maſtix ſumpta poſt medicinaȝ et proprie: poſtq̃ incepit edu-
cere: feſtinã faciũt eius egreſſionẽ. ⁊ ſciuiſti ꝙ aq̃ calida poſt
medicinã trãſmittit audaciã eiꝰ: ⁊ debilitat virtutẽ ipſiꝰ. ⁊ di-
xit Ruffus. Et q̃ ſumpſit ſcamoneã de melioribꝰ rebꝰ ẽ ad ex-
pellẽdũ audaciã eiꝰ: vt poſt q̃ttuor vel q̃nq; horas: poſtq̃ ſum
pſit eã pſiliũ cõquaſſatũ cũ aq̃ tepida et oleo roſato ſumat. et
poſt duas horas infuſionẽ mirabolanoꝝ ei tribue. Sic eniȝ
non timent nocumẽta eiꝰ. Scđa eſt: reprimere ei virtutẽ fer
roſitatis: ⁊ acuitatis. ⁊ hoc faciemꝰ cũ auxilio rerũ humidarũ
et vnctuoſarũ ſicut eſt dragagãtum: et bdeliũ oleũ roſatum ⁊
amigdalinũ et ſil'ia: et obuiamꝰ ei quod diximus in q̃nto: ꝙ
eſt theſaurus totius opatiõis. ⁊ illud eſt acq̃rere ei bonitatẽ
cũ medicinis mẽbra ⁊ virtutes; quarũ ſunt domicilia confoꝛ
tãtibus: et ad hoc auxiliantur nobis medicine cordiales ca-
lide et frigide: et medicine ſtomatice et epatice. et auxiliãtur
etiã ars et pparationũ modi ſicut iaȝ diximus. modus recti
ficatiõis eius ſm ꝙ narrauit Ruffus. Decoquatur ſcamonea
in citonio poſt inuolutionẽ eius. ⁊ reuolutionem eius fere p
diẽ vnũ cũ oleo violato: aut roſato: aut amigdalino. et poſt il
lud teratur faciliter et voluatur: et reuoluatur in ſcutella vi-
trea vſq; dum ſiccetur: cũ infuſione mirabolanoꝝ citrinoꝛuȝ
facta in ſucco citonioꝝ: tunc fac trociſcos ex ea quarte. ȝ. ſ. et
ſit doſis eius trociſcus vnus. Solutionem eñ facit ſine mole-
ſtia. Modus aũt alius ſm eundeȝ ſatis bonus. Decoquatur
ſcamonea ſm prioꝛẽ doctrinã: ⁊ adiũge ei mirabolanos citri

nos ſupra tertiā partem eius. Deide accipe ſeminis apij: feniculi: dauci. aā. ℥. ij. decoque cū ſucco citoniorū cū facilitate ⁊ cola: et vtere inuolutiōe et exiccatione: ſicut de hmōi proxime diximus. Inquit Ruffus. Sit tua intentio addere minuere: et mutare ſm ꝙ exigit diſpoſitio et res patitur. Inqt Gal. Miſcui ſcamoneā cū ſextuplo ipſius māne ⁊ triplo eius ſucci roſati poſt bonitatē coctiōis eius in pomo. et inueni ex modus preparatiōis ipſius hūc modū ſatis laudabiliter emēdātē plura ex nocumētis: que timētur p ipſam. et aliqñ miſcui cū eis ſextuplū ipſius glutini: pſilij: et feci bonū. et aliquando miſcui medicias cordiales et aliqñ miſcui alias: ſicut res exigebat. Inqt hamech. Accipe duplū eius foliorū violarū medium pōderis ipſius liquiritie. et inuolue oleo roſaceo et fac trociſcos. ℥. j. ⁊ ſit doſis. j. Inquit humain. Diſſoluatur in oleo amigdalino cū pauco maſtice. et per diē et diem agitetur in ſole cum adminiſtratione olei paulatim ſicut opꝫ: et poſt hoc etiā agitetur p diē ⁊ diem cum aqua roſata in qua fuerit reſolutū bdellium: deinde exiccetur. Deinde coquatur in citonio. Poſt hoc cū tertia eius parte mirabolanoꝝ citrinorū fiant trociſci: ⁊ ſit doſis. ℥. ß. Inquit Paulus zinziber ⁊ piper longū ⁊ aniſū admixta decoctioni ipſius ⁊ proprie in pomo aceroſo: aut pontico: remouent nocumenta ipſius. Modus rectificatiōis eius ex intentiōe noſtra. Decoquantur fruſtra eius intra amigdalas tritas multas poſt purgationem eorū intra folia. ſepeliendo ea in cinere calido et poſt diē ab iectionis amigdalarū diſſoluatur in aqua citonioꝝ aceroſoꝝ in qua bulierint ſpica aniſū. et aliqua ex ſpeciebus et ſeminibus redolētibus et exiccentur. Deinde cum pauco maſtice ⁊ bdellio decoquatur in citonio: aut pomo inuoluto in maſſa. Deinde fiant trociſci tertie. ℥. j. ⁊ ſit doſis. j. Opatur enim ſine nocumēto. Modus aūt ꝑparatiōis predicte. Miſceatur tantū quātum ipſa eſt de ſumach. ⁊ quartā pōderis eius ſpodij et fiant inde trociſci ſicut priores. ſunt em̄ vltimi. et ſi diſſoluatur ſcamonea cum octuplo eius mine: et pauca ſpica poſt inuolutionē eius in oleo roſato: aut amigdalino: ⁊ decoquatur cum facilitate: emendatur a ſua malitia. Et ſciuiſti ꝙ aloe frangit malitiā eius: et mirabolani magnificant eā. Et decoctio eius in ſucco portulace: aut aqua ſeminis ipſꝰ. au-

fert pl'a ex nocumētis eius. Et medicine cordiales et ſtoma-
chice calide: aut frigide: ſm q̄ rex exigit: frangūt malitiā eius
et opʒ vt fiat eius decoctio cū facilitate. Impetuoſitas enim
in decoctiōe addit ei ad malitiā. et ipſa q̄dem ſicut ſciuiſti de
trituratiōe modicū ſuſtinet. Qua ꝓpter opʒ q̄ in eius contri-
tione nō nimiū inſiſtatur. ex rebus aūt faciētibus facilē ⁊ ve-
locē ipſius egreſſuʒ a corpore ſunt citonia: q̄ñ in cōfectionibꝫ
⁊ electuarijs ſimul miſcētur et ſimil'r mirabolani. ipſi em̄ ſūt
ex cito eā deponētibus: et ſil'r ſi ſup eā poſt ſpaciū bibātur. et
ſciuiſti q̄ aqua calida expellit audaciā eius: ⁊ alia ſil'r ſicut di-
ximꝰ in canone. (Poſſe.) Solutiōe educit colerā cū fortitudi-
ne ⁊ attrahit eā a ſanguine et venis vehemēter. Et eiꝰ opatio
eſt ſicut opatio furioſi. Et eſt ipſa inimica cordi ⁊ ſtomacho ⁊
epati ⁊ inteſtinis. Et eſt ex faciētibus nauſeam ⁊ cōturbanti-
bus viſcera: et ex ſubuertētibus ea. Et facit ſitim: ⁊ deijcit ap-
petitū cibi. Et cū ex ea et myrrha et coſto ⁊ croco ⁊ ſucco agre-
ſte: et pauco opio: fiunt trociſci cū vino pontico. ⁊ proprie auſ.
ſ. et fit linimentū ex vno eorū ſup frontē ⁊ tempora cōprimē-
do: et proprie cū vitello oui ⁊ aceto forti ſanat ſodam frigidaʒ
antiquam ⁊ emicraneā difficileʒ: et, ſi linitur ſup dentē remo-
uetur dolor eius: ⁊ corroſio. Et ſi ſuper ſcrofulas: et proprie
cum ſucco opij: aut dauci delet eas. et fit linimētū cum vno eo-
rū: cū ſucco ſiſimbrij: ⁊ aceto: ſʒ loco apij ponatur caſtoreū ⁊ li-
niatur in poſteriori parte capitis. et eſt magni iuuamenti ad
ſubet et litargiā. Et quādo ſcamonea ſupponitur cum lana:
educit mēſtrua et facit aborſum. Et ipſa q̄dē facta curat ſcor-
pionū morſus: et proprie deſuper linita cum ſucco mēte: aut
cū vino. Uitet aūt eius acceptionē qui calide ⁊ ſicce cōplexio-
nis eſt et nature. Aut paratus cadere in febres. Is autem
qui ſumit ipſam timeat frigus et eſtum: et abhorreat fructꝰ:
⁊ proprie frigidos: et aquam veri frigoris et ſomnum ꝓlixuʒ
ſuper eā ⁊ exercitiū: ⁊ ſuperbiā animi. Cōſeruatur aūt ſcamo-
nea ꝑ annos. xij. (Doſis). Eius eſt a. v. granis vſq; ad. xij.

## ¶ De turbith. Cap. ij.

Turbith eſt radix herbe: cuius folia ſunt ſicut folia feru-
le: minora tamen. Et eſt ex hn̄tibus lac. Et eſt ex eo ſil-
ueſtre: ⁊ domeſticum. Et ex eo etiam eſt magnum et paruū.
Et adhuc ex eo aliud album: aliud citrinum: ⁊ aliud nigruʒ.

(Electio). Quod in locis naſcitur ſiccioribus fit gūmoſus.
ꝓpter ſpiſſitudinē lactis eius. Contrariū eſt ecōtra. Et decli
nat a ꝓprietatibus bonis que ſunt ſeptē ſm ꝙ ſapiētes ſcrip
ſerunt.ſ.proprie. Ut ſit albū eſt vacuū arundinoſum et gum=
moſuz: ⁊ ſit cortex eius cineritius et planus et ſit recēs: et fa=
cile frāgibile. Citrinū vero malū eſt: et nigrū peius. Groſſum
eſt nō bonū. Et ſubtile tenue ſimiliter. Eſt enim debile ⁊ anti
quū eſt malū: et quod eſt criſpi corticis: et hñs interius dum
frāgitur: ſicut neruos eſt ſilueſtre et malū. Et quod nō eſt gū
moſuz eſt debile et vētris cōturbatiuū. Et tua quidē intereſt
vt cognoſcas adulteratū ex eo. Quod ꝗdem fit cū ſuplinitiōe
in extremitatibus eius ex gūmi diſſoluto: et cognoſcitur ex
eo ꝙ in cōfractis ſuis eſt ſine eo: ⁊ nimis quidē recēs eſt con=
turbatiuū et ſubuerſiuū viſcerū. Antiquum vero eſt debile:
mediocritatē tñ habens eſt illud quod eligitur. (Cōplexio et
ꝓprietas.) Calidū eſt in tertio et eſt ſolutiuū cuz attractione
mediocriter generās ventoſitatē: cauſans ſubuerſionē ⁊ nau
ſeam. Et acquiritur ex vſu eius: exiccatio in corpore euacuat
enim humiditates ſubtiles. (Rectificatio). Tria ſunt corrigi
bilia in ipſo. Eſt eniz debilis operationis et tarde: et nocet ſto=
macho faciēs ſubuerſionē et nauſeā. Et acquirit vſus ei⁹ cor=
pori extenuationē. Rectificatores aūt in primis abradi iuſ=
ſerunt corticē eius donec albū ei⁹ appareat. Et corrigūt ꝙ de
eo dictū eſt primo admiſcendo ei aliꝗd virtute acutum vigo
rans ipſuz in operando. Et ex magis ipm cōfortātibus eſt zin
ziber. Ipſuz enim ſigillat ei ꝓprietatē mirabilē. Et eſt vt edu
cat humorē groſſuz et viſcoſuz etiā a remotis cum facilitate
ita ꝙ a iuncturis ⁊ anchis et locis ꝓfundis ⁊ diſtātibus. Per
ſe vero nō facit illud: immo educit de flegmate quod eſt ſubti
le: et derelinquit quod groſſuz ⁊ operatur hoc tarde. Et cor=
rigunt quod ſecūdo dictum eſt admiſcendo ei de medicinis
ſtomaticis ⁊ redolentibus et ſedantibus agitationem in eo
per ipſum ſicut ⁊ maſtix: et gallia et aromatica et proprie
zinziber: ⁊ piper longum et ſimilia. Et emendant quod vlti
mo de eo dictū eſt: ſicut dicit Alchanzi. Ut miſceatur ei oleū
amigdalinum: aut coniunguntur cum amigdalis: aut cum
zuccaro. Et dixit Ruffus. Adminiſtratio eius cum fiſticis re=
mouet hoc nocumentum ab eo. Et dixit Iudeus. Ipſum cuz

confecto de coctanis:aut rob ipſius cum medio ponderis eius ex zinzibere et duplo ponderis ipſius ex amigdalis eſt ſolutiuum bonum.Inquit hamech. Fiunt trociſci ex eo et duplo ponderis eius ex foliis violarum:et medio ponderis ipſius ex zinzibere:et fit ſolutiuum ſine moleſtia.Inquit Jo annitius.Accipe dactilorum infuſorum in aceto die ac nocte ptes centū.Penidiarū partes quinquaginta.Amigdalarū purgatarū ptes triginta.Turbith ptes trigintaquinque. Scamonee ptes duodecim.zinziberis:piperis lōgi:folior̄ ruthe ſiccorū.ana.ptes quattuor.Fiat eor̄ permixtio bona:⁊ cōfice cū melle diſpumato.Eſt eñ medicina mirabilis. Inq̄t filius zezar.Medicamē de turbith qd elegi in egritudinib⁹:in quibus vſus eius eſt neceſſarius.Accipe turbith ptes.x.zinziberis ptes.v.zuccari ptes.xv.⁊ quiq; addidi maſticis.ʒ.iij.⁊ quiq; alia ſm intentiones alias:et dixit iterū.Infundatur turbith in ſucco cucumeris aſinini die ac nocte poſtquam raſus fuerit cortex ei ⁊ exiccetur.eſt enim vltimum ad egritudines iūcturarum.Turbith autem de trituratione et coctione ſuſtinet oē quod mediocre eſt nocumenta aūt eius expellit aqua mellis calida:et aqua zuccari rubei ſimiliter calida cuʒ oleo amigdalino.(Poſſe).Turbith confortatum: ſolutione educit humores flegmaticos groſſos:⁊ viſcoſos:et a remotis et iuncturis proprie.Et ipſum quidem mundificat ſtomachuʒ et expellit ab eo ſuperfluitates adherentes in villis eius.Et mundificat pectus a flegmate groſſo et putrido: et educit a iuncturis et locis neruoſis et anchis humorem groſſum et viſcoſum et eſt medicina ad dolores iuncturarū et vſus eius preſerua a lepra:⁊ ab infectiōibus flegmaticis ſicut eſt morphea et baras.Eſt enim medicina bona febrium flegmaticarum.Is autē qui ſumit ipſum timeat auſtrum et abhorreat piſces.(Doſis).Eius cōtriti potio eſt a.ʒ.ſ.vſq; ad.ij.Et eius decoctio eſt a.ʒ.ij.vſq; ad.iiij.

¶De agarico.

Cap.iij.

Agaricus eſt ex medicinis magni iuuamenti:cuius hortus eſt ſecus arbores magnas:quibus iam accidit corroſio ⁊ putrefactio.Et eius generatio eſt ſicut generatio fungorum propter qd quidam exiſtimauerunt q̄ ſit fungus: et videtur q̄ ſit.⁊ quidam dixerunt q̄ eſt ſicut apoſtema factuʒ

per modum putrefactionis.(Electio).Alius eſt maſculus:et alius eſt femina.Maſculus vero eſt malus:⁊ ille proprie qui eſt longus:⁊ niger:⁊ grauis:⁊ habens in confractis ſuis ſicut fila neruorum:⁊ eſt durus ⁊ denſus.Agaricus autē quē ſapientes laudauerunt eſt femina:et eſt habens proprietates.v.bonas et proprie.Ut ſit albus ⁊ leuis et velociter frangibilis:⁊ porroſus:et rarus valde.Et vt appareat dulcis in primo guſtu ei⁹.Deinde ſuccedat ei amaritudo ⁊ ſtipticitas. Et melior pars totius corporis eius eſt ſuperior pars ipſius et ſtipes eius non eſt bon⁹ habēs quaſi ſemitas ligni putrefacti.Et corroſum ex eo eſt malum.(Complexio et proprietas).Et calidus in primo: et ſiccus in ſecundo.Et eſt compoſitus ex ſubſtātia aerea poſita in ſupficie ipſius aqua in primo guſtu ſentitur dulcis ⁊ ex partibus terreis ſubtilibus dātibus ei ſtipticitatē:in quibus adhuc dominātibus igneis eſt in eo de amaritudine aliquid.Et ipſe quidem eſt ſubtiliatiuus: inciſiuus ⁊ ſolutiuus nature: ⁊ carminatiuus vētoſitatum groſſarum: ⁊ aperitiuus oppilationū omnium.(Rectificatio).Pauci nocumenti dixerunt illum: niſi quia imprimit leſionem in viſceribus debilitans ea quare indiget permixtione abſtergentiū cū ipſo:vt non profundetur eius virt⁹ in ipſis totaliter ſicut dixerunt ſapientes.Uerum eſt debilis ⁊ tardans operatiōes ſuas.Inquit Dyaſcorides.Tarda eſt et debilis eius operatio ſed incolumis:propterea ꝙ in ipſo ex dulcedine ⁊ ſtipticitate aggregātur partes conuenientis. Uerum vigoratur eius operatio ſi addatur ei tertiu ipſius ſal gemme:⁊ fiant ex eis trociſci cum ſecaniabin.Et dixit Humain.Melliicratum iunctum ei vigorat operationem ſuam: et dixit Hali.Si ex eo ⁊.vj.parte ipſius ex cheiſin aut dauci: et quarta ipſius ſal gemme fiant trociſci cum viſcoſitate polipodij recentis:fit mirabilis cōſecutio operatiōis ipſius ad ea que oportet.Et dixit iudeus.Cū oximelle ſquillitico magnificatur operatio eius.Et dixit adhuc.Aliquid ꝟtute acutum admixtum ei eſt ex addentibus ꝟtuti ipſius.Et Gal.dixit.Fiant trociſci ex eo cum vino infuſiōis zinziberis in quo puluis ipſius ſepe ſubmergatur et fiet operatio ei⁹ completa.Et ex rebus ſibi additis vigorātibus ipm eſt ſpica ⁊ aqua aſeri; et proprie ſumpta ex capris.et ſcito ꝙ de decoctione et

trituratione rem ſuſtinet mediocreʒ.(Poſſe).Solutione edu
cit flegma groſſum.⁊ coleram rubeam.Et dixit Gal.ſolutio
ne educit vtramqꝫ coleraʒ:⁊ flegma ⁊ humores viſcoſos groſ
ſos ⁊ putridos.Et eius proprietas eſt mundificare cerebrũ
et neruos:⁊ mẽbra ſenſuum et lacertos: et educere materi-
as que ſunt in nuca et finibus eius.Et mundificare pulmo-
nem et pectus ab humoribus viſcoſis et putridis.et mundi-
ficare ſtomachum:et epar:et ſpleneʒ.et renes et matrices
mulierũ:⁊ educere materias a iuncturis ꝓpter qđ vocauit.
Democritus agaricũ medicinã familie: qr ad ſingularũ par
tiuʒ corporis cõmoditatẽ ſe hʒ ⁊ valet ad oẽs dolores intrin-
ſecos corpis.Et eſt medicina mirabilis ad ſodã antiqꝫ:⁊ epi-
lepſiã:⁊ vertiginẽ ꝓprie.Et cõfert ẽt manie ⁊ melie:⁊ egritu
dinib⁹ neruorũ ⁊ apatib⁹ cerebri.Et ẽ ex medicinis bonis aſ
mati.⁊ difficultati anhelit⁹ ⁊ vlcerib⁹ pulmonis ⁊ pectoris:⁊
ſanat dolores ſtomachi ⁊ viſceꝝ.Et ẽ medicina oppilationũ ⁊
egritudinũ oĩm:quarũ mater eſt oppilatio ſicut eſt icteritia
ꝓprie ⁊ hydropiſis ⁊ groſſities ſplenis.Et cõfert dolori epa-
tis iuuamẽtũ manifeſtũ ⁊ ſplenis ſilr ⁊ renũ.Et curat apata
eorũ.Et prouocat vrinã ⁊ mẽſtrua ⁊ mundificat matricem.et
vſus ei⁹ aufert feditatẽ coloris cutis acquirens ei coloreʒ bo
nũ.Et eſt ex medicinis educentibus vermes ⁊ confert etiam
ſciatice ⁊ dolorib⁹ iuncturarũ.Et eius quidẽ iuuamentũ ad
febres antiquas diuerſarum materiarũ:⁊ ad typum earum
magnum eſt:⁊ ꝓprie cũ eo qđ conuenit ex potibus.(Doſis).
Eius contriti potio eſt a.ʒ.j.vſqꝫ ad.ij.⁊ in decoctione a.ʒ.ij.
vſqꝫ ad.v.Conſeruatur aũt per annos quattuor.

¶De colloquintida. Cap.iiij.

COlloquintida eſt quã p ſe vocant cucurbitã deſerti que
naſcitur in planta quã etiã fel terre vocant eo ꝙ in toto
ambitu eius interficit herbas:⁊ eſt ſicut venenum eis.Unde
vocant eam Arabes necem plantarum ⁊ eius folia ſunt am-
pla piloſa.Et extenduntur rami eius ſuper facieʒ terre:ſicut
extenduntur cucurbita.Et terra ſuper quam iacet ⁊ videtur
ſicut aduſta.(Electio).Duorum eſt modorum maſculus.ſcʒ
et femina.ex eis ẽ maſculus ſuper quẽ naſcitur ſicut lanugo:
et eſt grauis cũ duricie ⁊ aſperitati attinens et nigridini.Et
laudatur ex.eis femina:et proprie habens proprietates has

bonas. Ut ſit colloquintida groſſa: et leuis et quanto lenior melior: ꝛ ſit laxa ꝛ alba. et lenis et complete maturitatis. Et cuius pars interior eſt pulpoſa et laxa et lenis: ꝛ alba vehementis albedinis. Uerum que non eſt completa in maturitate mala eſt. conturbat enim ſuſcipientem eā: ꝛ ventoſitatē cū difficultate facit. Et ſoluit ſupabundanter: et ſolutione educit ſanguinē ꝛ forſitaſſe interficit. ꝛ cum ſigillatur cū toto germine plante: vt naſcatur colloqntida. vna eſt illa mala pernitioſa imo eſt venenum et cū in tota regione nō eſt niſi plāta eius vna p ſe naſcēs eſt mala. Et que naſcitur in terris fortibus: ꝛ puluerulentis: aut iuxta loca reptilium: aut in locis termarum colloqntidas facit minores. Et ſunt ſimiliter male. Que aūt naſcitur in terris laxis: ꝛ arenoſis. ꝛ liberis eſt q̄ eligitur: Et cuꝫ extrahit pulpa eius aū tps debilitat eaꝫ. Tēpus aūt collectionis eius eſt autumnus. ꝛ ꝓprie dum iam citrineſcit: et remouetur viriditas ipſius. (Complexio ꝛ ꝓprietas). Eſt calide cōplexiōis et ſicce in tertio. et eſt cōpoſita ex partibus igneis: ꝛ partibus terreis aduſtis et eſt ſolutiua et attractiua ſupfluitatum. et eius attractio eſt multum a remotis. et ē reſolutiua iciſiua ꝛ abſterſiua. (Rectificatio). Quattuor ſunt corrigibilia in ipſa. Nocet enim ſtomacho: cordi: et epati: ꝛ eſt conturbatiua ſubuerſiua viſceruꝫ faciens operationes difficiles et aperit orificia venaruꝫ apertione ſanguinē fluere faciente ꝛ opatur illud vehementius ꝙ aloes et velocius. Et excoriat vias. Emendatur aūt primum et ſm nocumentum ex ea cōmiſcendo cū ipſa ex medicinis cordialibus et ſtomaticis ꝛ epaticis que meliorare pñt conditioneꝫ eius ſicut additur ei ꝓprie maſtix: ꝛ gallia: et ſilia. Emēdatur aūt tertium ꝛ quartū nocumentum ex ea cū rebus acq̄rentibus ei viſcoſitatē ꝛ glutinationeꝫ ꝛ remouētibus ab ea ſerroſitatem ꝛ cito lubricare eā facientibus ſicut eſt dragagantū proprie: et bdellium: ꝛ gummi et maſtix ꝛ ſilia. Et dixit Grecus. Fiunt ex ea ꝛ laudano ptes ſumēdo equales: poſt fricationē eius cū oleo roſato pille et ſunt bone ſane ad ea q̄ opꝫ. Modus rectificādi eius ſm q narrauit filius Serapiōis. Infundat pulpa eiꝰ in aqua mellis: ꝛ ꝓprie decoctiōis ruthe: ꝛ exiccetur poſt illud etīteratur vltima cōtritiōe: et adminiſtret cū aq̄ mellis ꝑdicta. Modꝰ rectificatiōis eiꝰ ex inuentiōe nr̄a ici

dat minutiſſime cū inciſorio ⁊ iuoluat ſubtili iuolutiōe cū gla
tino dragagāti: aut bdelli: ⁊ exiccet ⁊ ꝯterat poſt illud vltima
ꝯtritiōe: ⁊ fiāt trociſci cū pauco maſtice: reſoluto i oleo roſato
vel cū laudano vel cū aq̄ mellis. hec em̄ ars illā facit ſine mo
leſtia. Et ſcias ꝙ ꝺ decoctione rez cōpletā ſuſtinet. ⁊ dixit fili⁹
Zezar. Non opꝫ eniꝫ vt multū cōteratur. Ultima em̄ eius pul
uerizatio excoriat vias et venas. et dixit filius Serapionis.
Oportet vt ꝑueniatur ad vltimū pulueriƷationis ei⁹. Aliter
em̄ vlcerat viſcera. Et mihi q̄dem vꝫ ꝙ ſi in vltime puluerizata
cōfrāgitur virtus a ꝑmixtione adiunctorū ei ⁊ ꝑtrāſit loca vi
ſcerū abſq̧ impſſiōe nocumētoꝝ in ipſis. Et forſitā i ea i qua
nō exq̄ſite fit illud ꝑs ſenſata ex ea adherēs in vijs: ⁊ inuolu
tiōibus aꝑat ⁊ vlcerat. expellit autem nocumēta ipſius a cor
pore aqua paſſularuꝫ cū oleo amigdalino: vel oleo nucū: aut
aqua mellis cū oleis ꝑdictis. (Poſſe). Solutiōe educit flegma
⁊ humores viſcoſos attrahens ipſos a profunditate mēbroꝝ
⁊ dixit Humain. Solutione etiā educit colerā citrinā. et eius
operatio ad neruos ⁊ iuncturas extendit ur: ⁊ dixit. Diaſco
rides. Non efficit operationem in materijs que ſunt in venis
de qua ſit curandum niſi in materijs que ſunt in locis pro
fundis diſtantibus et eius poſſe eſt magnum in mundifica
tione cerebri: ⁊ neruorū: et lacertoruꝫ: ⁊ pulmonis et pectoris
et eſt magna medicina egritudinum eorum ſicut eſt dolor ca
pitis ātiquus: et dolor cranei et emigranei difficilis et epile
pſia et appoplexia. et confert egritudinibus neruorum om
nibus: ⁊ vertigini: et deſcenſui aque ad oculuꝫ: et eſt res ma
gni iuuamēti ad aſma et antiquā tuſſiꝫ. et ad dilatationē an
helitus et eſt eius opatio virtuoſa ad dolores iuncturarū. et
podagrā frigidam et ſciaticā ꝓprie: ſm oēm moduꝫ admini
ſtrationis eius etiaꝫ in clyſteribus ⁊ collirijs. ⁊ confert etiam
colice flegmatice: ⁊ inflatiue iuuamētum vltimum et hydro
piſi. Et ſi ſupponatur cū maſtice occidit fetum: ⁊ ſi ex ea cum
aceto forti fricetur morphea: ſanat eam. et ſilr lepram et ele
phantiam: et ſi euacuetur quod eſt in teſta ei⁹: et impleatur
oleo et bulliat in cinere calido ⁊ iungantur capilli: denigrat
eos et tardat caniciē ⁊ ꝓhibet caſum eorū. Et ſi diſtilletur ex
ea in aurē ſanat dolorē eius: et confert ſonitui in ea et ſi im
pleatur aceto forti ⁊ colluatur ex eo os: poſt bulitionē ipſius

ſanat dolorem dentis.(Doſis.)Ipſius eſt a kiractis.vj. vſq; ad.x.Is autem qui ſunt eam timeat frigus & eſtum.

De polipodio. Cap.v.

Polipodium eſt radix: cuius plante eſt ortus ſuper arbores:et ſuper lapides:et vocauit eam grecus filicē arborum.(Electio.)Quod naſcitur in lapidibus humiditatē habet ſuꝑfluam indigeſtam:cauſantem ventoſitatem:& ſubuerſionem & nauſeā.Uerum melius ex eo eſt arborum: et ꝓprie quod naſcitur ſup arborem ferentē glandes:et quod eſt cum ꝓprietatibus octo bonis:et ꝓprie quod eſt groſſuʒ et ſolidū & nodoſum:et cuius color ſecundū aliquid participat nigredinē et rubedinē:ſed parū et cuius confractum eſt ſicut color fiſtici & in quo eſt ex aromaticitate aliquid: et in cuius ſapore eſt dulcedo cum ſtipticitate delinquens in guſtu ex amaritudine aliquid vltimo & quod eſt recens.(Complexio & proprietas.)Dixit Dyaſcorides.Calidum eſt in tertio:ſiccū in ſecundo Et dixit hali.calidum eſt et ſiccum in ſecundo. Et eſt reſolutiuum humiditatum viſcoſarum et groſſarum.Et eſt exiccatiuum et abſterſiuū et ſolutiuū.(Rectificatio).Et eſt ex maxime extenuātibus et deſiccantibus corpora.Et facit ſubuerſionem & nauſeam.Et eſt eius operatio debilis et tarda: & tollitur ab eo nocumentum primū:adminiſtrādo illud cum aqua mellis aut cū aqua paſſularū aut aqua ordei. Inquit hamech.Coquitur cū iure gallorum et gallinarū:& fit ſolutiuū bonū.Et ſimiliter cū aqua caſei fit ſolutiuū conueniēs.et aufertur ab eo nocumētū ſcd̄m:ſi admiſceatur ei aliq̄d ex ſedātibus animam:ſicut ſunt ſemina redolētia & ſpecies ſicut daucus ꝓprie:& aniſuʒ et ſemē feniculi & ʒinʒiber et ſimilia. De decoctiōe aūt ſufficiēter ſuſtinet.(Poſſe.)Solutione educit colerā nigrā cū facilitate & flegma groſſum & mucillaginoſum & materias iuncturarū.Et confert colice ſm̄ omneʒ modum adminiſtrationis eius.Et duriciei ſplenis & proprie cuʒ epithymo & ſale indo.Et cōfert ad melancolicas febres:& ꝓprie cum aqua mellis & ſanat ſciſſuras que fiunt in manibꝰ. (Doſis).Eius eſt a.ʒ.ij.vſq; ad aureos.iiij.

De ſquilla. Cap.vj.

Squille:ſicut dixit Gal.duplex eſt iuuamentū. Solutiōe eniʒ educit materias:et ꝑparat ad ſoluendū.(Electio).

Melior eſt habēs parez.Sola enim ſicut dicitur eſt yeneno-
ſa.Et adhuc eſt melior que ſaporē habet cōpoſitū ex dulcedi
ne et acuitate et amaritudine:⁊ que ſplendorē habet in lami
nis ſuis et que naſcitur in locis liberis.Orta eniz in locis ter
marū:aut orta ſingularis eſt mala.(Cōplexio ⁊ proprietas).
Calida eſt in tertio:ſicca ad ipſum.Eſt aūt cōpoſita ex parti
bus igneis poſitis in ſupficie ipſius:dātibus ei acuitatis ve
hementiā.Et ex partibus terreis aduſtis dātibus ei amari-
tudinē.Et ex partib⁹ aereis mediocribus q̄re eſt in ea de dul
cedie aliq̄d.Eſt eniz inciſiua:vlceratiua:aduſtiua:reſolutiua
⁊ attractiua materierū ad exteriora ſubtiliatiua partiū groſ-
ſarū ⁊ viſcoſaꝝ fixaꝝ ⁊ adherentiū ⁊ conſeruatiua a putrefa-
tiōe.(Rectificatio).Aſſatio acq̄rit ei facilitatem in ſoluendo
⁊ preparatio ipſius in aceto ponit materias groſſas adherē
tes et ſubmerſas faciles ad expellendū.Modus operationis
eius in aſſatione.Accipiuntur lamine ipſius ⁊ ſeparatiz in-
uoluuntur in paſta et ſepeliuntur in cinere calido donec co-
quātur ſufficiēter:poſtea extrahuntur ex paſta ⁊ adminiſtrē
tur vbi oportet.Modus alius aſſationis ipſius. Ponatur in
vaſe luteo vitreato :ſtricti orificij:et ſigilletur ligatione forti
cuz pergameno:et dimittatur diebus.xl.et proprie dieb⁹ ma
ioris eſtus:⁊ moueatur vas et mutetur viciſſim omni hora:
ita ꝙ equaliter in ſingulis partibus caleſiat.Deinde extra-
hatur ſquilla ⁊ adminiſtretur vbi oportet.Et q̄nq̄ admiſce-
tur ei poſt aſſationē tantundem farine orobi : quantum ipſa
eſt et fiunt inde trociſci et conſeruantur vbi oportet . Scōm
aliquos hic ponitur modus preparationis aceti ſquillitici q̄
etiā in antidotario late inuenitur.Et dixit Paulus.Lamine
eius ſicut ſunt ponatur in aceto in principio veris vſq̄ ad fi-
nem eſtatis in vaſe vitreato ſigillato ⁊ expoſito ſoli :et poſt il
lud adminiſtretur vbi oportet.Et ſcire debes : quod ſquilla
de decoctione rē ſuſtinet mediocrem.(Poſſe).Solutione edu
cit humores groſſos ⁊ viſcoſos:et dixit Hali.etiam⁹ cum hoc
ſolutione educit coleram nigram:et eius iuuamētum eſt ma
gnum ad egritudinis capitis ſicut cephalea et epilepſia : et
ꝑprie ſm omnē modum adminiſtrationis eius:et vertigo et
ſcothomia ⁊ oximel eius pōit materias viſcoſas faciles ad ex
pellendum ⁊ ſubtiliat chimoruz groſſitudinem.Et ipſa quis

dem ſm omnē modū adminiſtratiōis eius cōfert iuuamentū
magnū egritudinib⁹ iūcturarū. ⁊ eſt medicina bona pulmo=
nis et pectoris et egritudinū in eis: et ꝓprie electuarium ex
ſucco eius et melle ſumptū: lābēdo clarificat vocē: et ſilr oxi
mel eius et acetuz ipſius et eſt ex medicinis bonis ſpleni: et
groſſitati eius et eſt ex rebus ꝑſeruantibus corpus a putre=
factione et cōſeruantib⁹ ipſum in ſanitate ſua: ⁊ acqrit vſus
eius maciē corpori et cōſeruat in iuuētute ⁊ acetū eius exci=
tat et cōfortat gingiuā laxam et putridā ⁊ confirmat dentes
motos et collutio ex eo. et ſimiliter potus ipſius ē medicina
magna fetori oris faciens ipſum odoriferū. et ſanat dolorem
ſtomachi et adiuuat ad digerendum. et vſus eius ſm omnez
modū adminiſtrationis ipſius confortat corpus: cui accidit
laxitas: et mollificatio et colorez efficit bonū. (Doſis). Potio
ei⁹ aceti eſt a. ʒ. v. vſq; ad. xij. et oximellis eius ab aur. vj. vſq;
ad. ℥. iij. et trociſcorū eius a. ʒ. ij. vſq; ad. iiij.

## De hermodactilis. Cap. vij.

HErmodactilus eſt radix herbe montane et eius alius lō
gus ſicut digitus: alius rotundus. (Electio.) Ille de quo hic
loquimur eſt rotundus et eius alius eſt albus: ali⁹ rubeus:
alius niger. Melior ex eis eſt habēs ꝓprietates tres bonas
ſcilicet qui eſt albus et vere albedinis intus et extra: et qui ē
groſſus: et qui eſt duriciei mediocris. Rarus vero et laxus et
leuis eſt debilis. Rubens vero ⁊ niger ambo mali ſunt: cuius
hortus eſt in locis pinguibus aut humidis eſt malus: pro=
pterea quod additur ei ad humiditatem ſuperfluaz et infla
tiuam. Et ortus eius in vicinitate ſquille melioratur in cōdi=
tiōibus ſuis ⁊ ſilr in vicinitate raffani. Melius vero tempus
collectionis eius eſt ver. Et meliores ſunt in quibus iam pre
terijt medius annus poſt bonam eoruz exiccationem. (Com
plexio ⁊ proprietas.) Calidus eſt et ſiccus in principio ſcdi. ⁊
in ipſo eſt humiditas ſupflua cauſa ad inflationem ⁊ ventoſi
tatē ⁊ nauſeā quare ē malus ſtomacho et reumatizantibus
ad ipz ſupfluitatibus ex alijs membris. (Rectificatio.) Tria
ſunt corrigibilia in eo. Primum eſt nocumentum quod dixi=
mus: quod imprimit i ſtomachuz. Et ſcdm eſt: quod generat
ventoſitatem cām ad ſubuerſionē: et nauſeam: et tertium eſt
qm̄ eſt debilis et tardus in ſoluendo. Et dixit alexander in iſ

micatur ſtomacho aggregãs in ipſo ſupfluitates plurimas ⁊ generans in eo vẽtoſitates groſſas: ⁊ tollitur hoc nocumẽtuz ab eo in pmiſcẽdo cum eo ciminũ ⁊ maſticẽ et zinziber et ſiKr piper longũ cũ eo:et mentaſtruz:et cheiſim remouẽt hoc nocumentũ ab eo:et dixit Alkãzi:ſi ex eo et pauco zinzib.fiant trociſci cũ ſucco raffani vigoratur in opationibus ſuis. et ex eis q̃ magnificãt illud et meliorãt cõditionẽ eius ẽ ſquilla ⁊ ꝓprie ſi ex ea aſſata aut ſucco eius fiãt trociſci.et ꝓprie cuz pauca ſpica et zinzib.Et ex reb⁹ ſibi additis ꝓhibẽtibus diſcurſum materiei ad ſtomachuz p ipſum ſunt mirabolani eo.ꝙ aggregãt et cõfortant ſtomachũ et faciunt citũ diſcenſum eius cum ſit ex tarde deſcẽdentibus.(poſſe).Solutione educit flegma groſſum ⁊ a iuncturis ꝓprie.Et eſt medicina artetice magna ⁊ podagre ſumptus et ẽt cataplaſmatus:et ꝓprie cum farina ordei:⁊ vitellis oui:aut cum mica panis et vſus eius impinguat corp⁹:et augmẽtũ efficit in ſpermate:⁊ eſt medicina bõa vulneribus.Abſtergit enim ſordes eoruz:⁊ conſumit carnes putridas in eis.(Doſis).Ei⁹ eſt ab aur. j.vſqȝ ad.ij.Conſeruatur aũt per annos tres.

¶De yreos. Cap.viij.

IReos inquit Grec⁹.Eſt radix herbe que dicitur:lilialis: cuius due ſunt ſpecies.Eſt eñ q̃ florez habet purpureũ hñtem gradatiões diuerſitatis in purpureitate:ſicut habet arcus terroris et eſt iris.Et ꝓpter hoc vocatus eſt ireos:et ẽ alius cuius flos eſt albus.(Electio).Habens florem albũ debilior eſt in omni re.Et eſt ex eis melior cuius radix eſt alba participans rubedinẽ.ſm aliqđ:⁊ groſſa et dura et ſpiſſa:et in qua ẽ aromaticitas ſicut odor violarũ proprie et cuius ſapor eſt acutus mordicatiuus ꝓpter acrimoniã ipſius:⁊ hñs nodos breues et collectos.Melior pars plante eſt radix poſt illam flos.Et melius tp̃s collectionis ipſius eſt principiũ veris.(Cõplexio et proprietas).Calide cõplexionis et ſicce eſt in.tertio.Et in ip̃o eſt acreto ⁊ acuitas.Et eſt abſterſiu⁹:maturatiuus:lenitiuus:aperitiuus:oppilationuz ſedatiuus:reſolutiuus:mundificatiuus:et ſolutiuus nature:et prouocatiuus.Florem vero habens album calidus eſt ⁊ ſiccus in ſecũdo.Et eſt reſolutiuus:abſterſiuus cum equalitate:⁊ ſubtilioris.ſubſtantie:propter quod et oleum eius eſt ſubtili⁹ ⁊ ma-

loris penetrationis.(Rectificatio).Nocet ſtomacho prop ter quod propinatur cum aqua mellis ⁊ paſcha ſpica.Et emendatur in conditionibus ſuis ſimiliter cum aqua caſei et melle ⁊ pauco maſtice ad cauſas pectoris:⁊ etiam pulmonis cū rob.Operatio olei.℞.ex floribus ipſius quantitatē quā volueris:⁊ ex radice medium ipſius:et exequere de operatione illud quod diximꝰ de oleo roſatoꝛ violato. Operatio autem ſucci eius eſt ſicut operatio ſucci abſinthij.De contritione autem ⁊ decoctiōe ſuſtinet mediocriter.(Poſſe).Solutione educit flegma groſſum:et coleram permixtam.Et educit etiam aquam citrinam cū facilitate.Et eius aſpectus eſt ꝓprie:et maxime ad pulmonem et pectus ⁊ eſt maturans ſubtilians ⁊ educens ab eis materias cum facilitate:et proprie groſſas et viſcoſas ⁊ adherētes.Et eſt alius aſpectus eiꝰ ad epar et membra vicina ei ⁊ ad ſplenem remouens oppilationes eorū et curans morbos oppilationū in ipſis.Et educens materias ab eis ſicut eſt hydropiſis ꝓprie.et ē ex bene reſoluentibus duriciem eorū et apata ⁊ dolores ipſorū ⁊ eſt medicina bona lenitiua et reſolutiua oīs duriciei et proprie iuncturarum et neruorum et apatum durorum et ſcrofularū:et ꝓprie coctū cū aqua ficle:aut caulium:aut cū vino et ꝑmixtū cum melle et oleo camomille:Et confert dolori capitis antiquo:et proprie emplaſtro facto ex eo. Et caputpurgio facto ex ſucco ipſius.Et cōmouet ſternutationē ⁊ educit ꝑ viā naſi ſuperfluitates plurimas ex cerebro.ꝓnas fluere ad partes cordis occultas:et eius adminiſtratio proprie cū rob.cōfert iuuamentū manifeſtū tuſſi antique:cuius cauſa eſt humiditas groſſa et viſcoſa et difficultati anhelitus.Et mūdificat viſcera et matrices ⁊ confert ſuppoſitus et emplaſtratus doloribus earū et educit menſtrua ⁊ facit aborſum.et eſt medicina magna vulnerū antiquorum ⁊ putridorū mundificās ea et generās in eis carnē laudabilem:imo ēt oſſa nuda veſtiēs carne.Et emplaſtratio ⁊ clyſterizatio facta ex eo confert ſciatice et colluitur os ex aceto decoctiōis ipſius:et remouet dolorem dentis ⁊ ſedat reumatiſmū eius et ſuppoſitio facta ex eo aperit orificia emorroidarum:⁊ confert vſus eius ei qui effundit ſemen ſuum inuoluntarie et fit ex ſucco ipſius et farina fabarum:et cicerum linimentum bonum: mundificans

faciem et

facie ⁊ abſtergens maculas eius. Oleū vero eius confortat neruos et iuncturas ⁊ cōfert ſpaſmo humido et confert dolori pectoris ⁊ pleureſi et peripleumonie et confert diſtillatio eius in aurē dolori eius et diſtillatur ad fetorē naſi: ⁊ remouet eū et inunctio eius in temporibus facit dormire ⁊ cōfert dolori capitis et maturat catarrum: ⁊ confert inunctio eius dolori epatis et ſplenis et renum et confert dolori matricis ⁊ iuncturarum ⁊ podagre. (Doſis). Eius eſt a.ʒ.ij. vſq; ad.vj. et conſeruatur per annos duos.

¶ De cucumere aſinino. Cap. ix.

Cucumer aſininus eſt fruct⁹ ſicut cucumer paruus aſperitatis plurime: ⁊ amaritudinis vere et eius planta hꝫ folia ſimilia folijs cucumeris tñ aſperiora. (Electio). Melior pars plāte eius eſt fruct⁹ ipſius ⁊ ꝓprie ei⁹ cōpleti ſuccus: et poſt ipſuꝫ radix. Et calidior fructus eius eſt citrinus completus: expoliatus tñ a viriditate et q̄ eſt amaritudinis vere: et cuius ſuccus eſt alb⁹ habēs ſicut de pinguedine aliq̄d: incōpletus vero eſt malus educēs ſanguinē ſolutiōe. ⁊ radix ei⁹ ingreditur in medicinis multaruꝫ vtilitatuꝫ. ⁊ melius tēpus operatiōis ſucci ei⁹ eſt finis eſtatis: ⁊ collectiōis radicis eius eſt finis veris. (Cōplexio ⁊ ꝓprietas.) Calide cōplexiōis eſt ⁊ ſicce in tertio. Eſt aūt cōpoſitus ex partibus igneis: ⁊ partibus terreis aduſtis. eſt aūt reſolutiuus ſubtiliatiu⁹ aperitiuus oppilationū ⁊ orificiorū venarū abſterſiuus extenuatiuus ⁊ exiccatiuus et ſolutiuus. (Rectificatio). Excoriat et aperit orificia venarū quare gñat tortiones faciens cū ſolutiōe anguſtiā ⁊ eſt tarde opatiōis et emēdatur nocumētum primū. ſi in opatione ſucci eius adiūgatur ex bdellio aliq̄d. Aut ex dragaganto. Aut ſi ꝓpinetur cū lacte dulci recenter mulſo. Aut cum aqua mellis ⁊ ſale et vigoratur et facilitatur eius opatio ſi in opatione ſucci ipſius miſceatur ſalis gēme quātitas aliqua ⁊ ſcito ꝙ ſpecies alefangine addunt virtuti ipſius Opatio ſucci eius. Accipe ex ſucco eorum quātitatez quā volueris: ⁊ ꝓprie qñ citrineſcūt et ſunt maturitatis cōplete et fiat extractio ſucci cum facilitate nō cum compreſſione laborioſa ⁊ exiccetur: ſicut exiccatur ſcamōea et aloe. Et q̄daꝫ accipiūt aliquas ex ſpeciebus aromaticis ⁊ ligāt in pāno et ſuſpēdūt in eo donec incipiat inſpiſſari: ⁊ poſtea re-

mouent. Et aliq̃ ponũt alia ſm intentiões alias. Expellit aũt nocumẽtũ eius a corpore aqua ordei mellea ⁊ ſimiliter vinũ ⁊ oleũ. (Poſſe.) Dixit Joannitius. Soluit ſicut ſcamonea et ſm veritatẽ rei educit flegma cũ virtute ⁊ p vomitũ ⁊ per vẽ trẽ ⁊ interdum colerã ⁊ ꝓprie ſi inueniatur ei ꝓparatio. ⁊ educit mirabiliter aquoſitates a ptibus difficilis eradicationis earũ et educit materias que ſunt in iũcturis. ⁊ curat dolores eaꝶ ⁊ ꝓprie ſucc⁹ eius: ⁊ etiã radix ipſius cũ aceto cataplaſmata: ⁊ ſi decoquãtur radices eius cũ abſinthio in aqua et oleo vſq₃ duꝫ ſint bene excocta et embrocẽtur tpa et ex aq̃ eorũ calida ⁊ ex oleo ⁊ fiat ex fece emplaſtrũ: ſtringendo circa tpa ⁊ reſoluitur emigranea laborioſa difficilis. Et caputpurgiũ ex ſucco eius valet ſilr: ⁊ ꝓprie cũ ſucco ⁊ lacte pauco. Educit eñ ex via naſi ſuperfluitates cerebri plurimas: et vꝫ ad fetorẽ naſi. Et ad dolorẽ capitis antiquũ ⁊ epilepſiam. Et mod⁹ emplaſtratiõis quẽ diximꝰ reſoluit apoſtemata gorſſa et dura ⁊ ſcrofulas: et ꝓprie ꝯmiſcẽdo ei aliq̃d ex ſtercore caprarũ cũ melle. Succus vero ei⁹ ⁊ ſucc⁹ radicis ipſius eſt medicina bona hydropiſi. Extrahit eñ aquã citrinã cũ fortitudine: ⁊ ſilr decoctio radicis ipſi⁹. Et cõfert ictericie: ⁊ oppilatiõi epatis ⁊ ſplenis ⁊ cõfert ſciatice iuuamẽtuꝫ manifeſtum emplaſtrat⁹: ⁊ clyſterizat⁹. Puluis vero radicis ei⁹ cũ melle: attenuat cicatricẽ fedam ⁊ remouet veſtigia magna q̃ remanent poſt ꝑcuſſiones. Et fit ex ſucco radicũ ipſi⁹: ⁊ farina fabarũ linimentũ bonũ abſtergens ſordiciẽ faciei. ⁊ feditatem cutis. Et ſi icatur morphea cum radice eius: et aceto forti: ⁊ aufert eam. Et ſilr valet ad lẽtigines. Et cito q̃ ſolutio ex eo quando ſuperflua eſt educit ſanguinem. Conſeruatur ſucc⁹ eius triẽnio. Et eſt adminiſtrandus poſt ſex mẽſes. (Doſis.) Succi eius a. x. granis vſq₃ ad. ℨ. j. tertiam pulueris radicis eius a granis. xv. vſq₃ ad. ℨ. ß. et aque decoctiõis radicis eius ab. ℥. ij. vſq₃ ad. iiij.

¶ De centaurea. Cap. x.

Centaurea Alia: maior. Alia minor. Inter quas diſtinguũt ꝓprietates note. (Electio.) Minor melior ẽ in omni re: cui⁹ flores et cura colorẽ habẽt citrinũ pallearẽ: et melior ps plãte ſunt flores et ſemina ipſius. Et melius tꝑs collectiõis ipſi⁹ eſt pricipiũ eſtatis. (Cõplexio ⁊ ꝓprietas.) Ca=

lide cōplexiōis ē et ſicce in ſecūdo. Et dixit ruffus. Eſt in pri-
cipio tertij. et eſt cōpoſita ex ptibus terreis aduſtis in pte dā
tibus ei amaritudinē: et ex partibus nō aduſtis cū pmixtiōe
aquoſitatis a qb9 ineſt ei ſtipticitas. Et eſt ī ea de dulcedine
aliquid a ptibus aereis. Et in ipſa ex acredine aliquid a par
tibus igneis. Sed amaritudo in ea plus eſt ſtipticitate ip-
ſius: et ſtipticitas plus dulcedine acredine & acredo in ipſa
eſt remiſſa ſine mordicatione. Quare eſt ex maxime curanti
bus vulnera: imo ſigillantibus ea: immo eſt ipſa abſterſiua
exiccatiua: cōſumptiua: ſuperfluitatum: & ſolutiua ventris.
Et quando ſuperfluit purgatio ex ea ſolutiōe educit ſangui
nem. Aperit enim orificia venarum apertione ſanguinē ma-
nare faciente. Dubitauit enim hermes in ea de eo quod di-
citur quod eſt aperitiua venarū: et effuſiua ſanguinis cū ſit
ſigillatiua vulnerum et ſanatiua. Adhuc aūt dicit Alkindus
Confert ſputo ſanguinis & aggregat ad retentionem eius et
ſigillationem loci manationis ipſius. Inquit hebeñ. Meſ.
Satiſfacit inquiſitioni perſcrutatio compoſitiōis ipſius. Et
enī in ea amaritudo et ſtipticitas ſunt ſicut dn̄ans que ſunt
ad aggregandū magis: et fit prima cōſecutio opationis per
ipſas. A dn̄ante enim virtus promptior. Cum aūt ſuſcitatur
caliditas ipſius et acrimonia poſt longā eius actionē cū agi
tatiōe in corpore. fit cōſecutio opatiōis a virtute ſubſtantie
acute ipſius et calide: quare opatur q̄ diximus & nō ſemp ſ
illud pprie qñ ex eo purgatio ſupfluit. (Rectificatio.) Eſt ex
faciētibus ſolutionē tardā et eſt coturbatiua et apitiua orifi-
ciorū venarū. Confortatur aūt eius opatio cū aqua mellis et
oximelle: & pauco ſale. Uel cū aqua decoctiōis ameos melli-
ta pprie et ſal gēma et remouetur cū hoc eodē nocumentum
ſcdm et remouetur tertiū admiuiſtrādo aliqd de maſtice cū
ea. Coctionē aūt et cōtritionē ad plenū ſuſtinet. (Poſſe.) So
lutiōe educit flegma crudū et pprie minor et colerā citrinā
et materias a iūcturis & mūdificat neruos: et confert dolori-
bus eorū et cōfert ſciaticis: iuuamētum magnū emplaſtrata
et clyſterizata. Et ſilr emplaſtratio cōfert dolori neruorū et
cōtritioni lacertorū & pprie cū mica panis: & ſale pauco & mel
le vel oleo. Et eſt medicina oppilationum epatis et ſplenis &
prouocat mēſtrua et ſanat dolorē matricis: et educit fetū. Et

cõfert colice ⁊ dolori ventris et interficit vermes et ſolutione educit eos.iuuamēta aūt ex re ſtipticitatis eius ſunt:qm̄ abſcidit ſputū ſanguinis et ſanat vulnera et mūdificat ea et cõſolidat:et ꝓprie difficilis cõſolidatiõis et ꝓprie puluis ei⁹.Et vnguentū factū ex ea et vinū decoctionis ipſius eſt potus ad hoc:et proprie ad fiſtulas et vlcera magna.Et quidem dixerunt ſuperſtitioſe.qm̄ ſic coquitur cum carnibus.conſolidat eius partes diuiſas.(Doſis.)Eius eſt a terna.ℨ.j.vſqꝫ ad.j.⁊.ß.et in decoctionibus ab.ℨ.j.vſqꝫ ad.iiij.

¶De carthamo. Cap.xj.

Carthamus duorum modorũ eſt.Eſt enim domeſticus ⁊ ſilueſtris.Et dixerunt quidã ꝙ nil ē ex ſpeciebus carthami:et elōgati ſunt.(Electio.)Cartham⁹ de q̄ loq̄mur ē domeſticus ⁊ melior pars plāte ei⁹ ē ſemē ei⁹.poſt illud flos eius. Et melius ſemen eſt quod eſt album ⁊ planum groſſũ ⁊ plenū cuius medulla eſt vnctuoſa pinguis:et cortex eſt tenuis. Et melior flos eſt qui eſt ſicut pili croci.(Complexio et ꝓprietas.)Calide eſt in primo ⁊ ſicce in ſecūdo.et flos eius eſt minus calidus:et ſilueſtris eſt calidior et ſiccior.eſt enim in eo virtus lacticiniorum remiſſa.eſt autem carthamus abſterſiuus aperitiuus et conturbatiuus:et faciens nauſeam.et ineſt ei virtus educendi per vomitum: et per ventrē et eius nutrimentum eſt prauū:et multū nocens ſtomacho.⁊ dicitur ꝙ caſeat lac ⁊ mãmilla:⁊ ſtomacho.(Rectificatio.)Nocet ſtomacho faciens faſtidiū:et eſt tarde et debilis ſolutionis ⁊ dimittit veſtigia lenitatis in viſceribus.Emendatur autem primū nocumentum ex eo permiſcendo ei aliquid ex medicinis ſtomaticis ſicut aniſum proprie et galāga et maſtix et ſimilia.et confortatur eius ſolutio et emēdatur nocumentum quod imprimit in inteſtinis ꝑmiſcendo cum eo aliquid ex medicinis acutis:ſicut cordumeni proprie ⁊ zinzib.et ſal panis:⁊ ſal gē ma:et ſimilia.Jnquit Paulus.Accipe medulle eius.ʒ.x.cordumeni auř.j.fac ex eis grana ſicut cicer ⁊ da.ʒ.v.Soluit eñi ſufficiēter.Dixit etiam.Liga ex medulla eius quantitatem ſufficientem in pãno:et ſuſpende in oximelle qñ coquitur:et erit ſolutiuum:et proprie ſi fuerit oximel ſquilliticuȝ.Jnquit Alchanzi.Accipe meduli ipſius auř.xij.penidiaruȝ auř.iiij. cordumeni:zinzib.añ.auř.j.aggregentur omnia cum melle:

et fiant forme ſicut nuces; ⁊ da vbi opꝫ vnam vel duas. Et dixit Sal. Decoquatur medulla eius in iure galli vel gallina rũ cũ ſpeciebus:⁊ ꝓpinetur vbi oportet. Et dixit etiam ex me dulla eius:⁊ tertia ponderis ipſius ex amigdalis: et ſexta ex pineis:⁊ aggregẽtur omnia cum melle cocto et ſucco ſquille et fit lohoc iuuamenti mirabilis ad ea que dicemus. Extrahi tur ab eo oleũ iuuamẽtorũ multorum:⁊ eiꝰ operatio eſt ſicut operatio olei de been:⁊ olei amigdalarũ. (Poſſe). Solutione educit flegma p̃ ventrẽ et vomitũ: ⁊ ſilr̃ aquoſitates: ⁊ valet ad egritudines ex eis: ſicut eſt colica. Et clyſterizatus valet ſilr̃: et mũdificat pectus ⁊ pulmonẽ: et proprie lohoc p̃dictũ; et alij modi adminiſtrationis eius ⁊ clarificat vocem: et ſilr̃ oleum ipſius: et vſus ipſius in ſpermate augmentuꝫ facit. Flos vero eius cum aqua mellis remouet icteritiam. (Doſis). Eius eſt a.ℨ.iiij. vſqꝫ ad aur̃.v. et floris eius a.ℨ.ſ. vſqꝫ ad aur̃.ij.

## De ben. Cap̃.xij.

Ben eſt granum almeſus. Et eius aliud magnum aliud paruum. Magnum autem eſt in magnitudine fructus auellane triangulatum. Paruum vero eſt ſicut cicer. Et vtrũ qꝫ habet medullam vnctuoſam lenem et albam. (Electio.) Maius incolume eſt. Paruum vero malignũ eſt. Magnũ au tem melius eſt cuius cortex eſt albus planus: tenuis:⁊ cuius medulla eſt alba lenis multe vnctuoſitatis. Et quod eſt anti quum melius eſt recenti. Et paruum melius eſt ſubnigrũ de clinans ad albedinem: et cuius medulla eſt vnctuoſa alba et lenis:⁊ antiquum melius eſt recenti. (Complexio et proprie tas.) Magnum calidũ eſt in principio tertij: ſiccuꝫ in ſecũdo ⁊ in ipſo eſt humiditas ſuperflua cum acredine. Et eſt inci ſiuum abſterſiuum: mundificatiuum et aperitiuuꝫ: ⁊ oppila tionum: ſubuerſiuum: viſcerum: conturbatiuum propter hu miditatem eius ſuperfluam preparans ad vomitum. Et mi nus fortius eſt in omni re faciens operationes difficiles ⁊ la borioſas perducentes ad caſum virtutis et ſudorem frigi dum. (Rectificatio.) Parui prohibenda eſt adminiſtratio niſi in emplaſtris: et fricationibus: et olei ipſius ſimiliter ni ſi in vnctionibus. Magni autem malitia eſt corrigibilis. Et ſunt hec corrigibilia in ipſo. Nocet enim ſtomacho faciens

in eo ſubuerſionem.et eſt laborioſe ſolutiõis et tarde. Et nos quidem diximus in canone: quod aſſatio eius reſoluit ab ea ꝛ maturat humiditatem ſuperfluam ꝛ acrem cauſam ad ſubuerſionem ꝛ nauſeam et dimittit ei: vt ſit ſolutiuum per ventrem tm̃. Semen autem feniculi ꝛ aniſi cum eo rectificat nocumentum primum et proprie mixta decoctioni ipſius et fiunt ex medulla eius: poſt coctionẽ ipſius et medio ponderis ꝛ amigdalis dulcibus et melle paſſularum: forme ſicut auellane et ſunt iuuamenti magni vbi oportet. Operatio decoctionis eius. Accipe ex eis integris quantitatem quam volueris: ꝛ inuolue in paſta ꝛ coque in cinere calido: vel extrahe medullam eorum ꝛ contere contritione multa et pone ex ſeminibus ꝛ ſpeciebus aliquas et inuolue papyro: et deſuper inuolue paſtam ꝛ fac ſicut ſuperius diximus. Oleum autem eius extrahitur ſicut oleũ de amigdalis. (Poſſe.) Per vomitum ꝛ ventrem educit flegma crudum ꝛ groſſum et eſt mirabilis medicina ad colicam flegmaticã et ventoſam: ꝛ etiã clyſterizatum et ſuppoſitum et fit emplaſtrum ex medulla eius: ꝛ farina ordei et melle et reſoluit apoſtemata et ſcrofulas: et cum melle tantum valet ſimiliter ad egritudines neruorum frigiditas: ſicut eſt contritio et ſpaſmus. Calefacit enim eos et lenit duriciem eorum ꝛ nodoſitatem ꝛ emplaſtratur ſuper epar ꝛ ſplenem. proprie cum farina lupinorum ꝛ ſpica et confert duriciei: ꝛ oppilationi eorum. Ben autem parum emplaſtratũ egritudinibus iam dictis eſt virtuoſius ꝛ ſimiliter oleũ eius. Oleum autem de ben notum confert veſtigijs vlcerum ꝛ lentiginibus et feditati cutis ꝛ morphee. et diſtillatum in aurem confert dolori eius ꝛ ſonitui in ipſa et ſurditati ꝛ ſibilo. (Doſis.) Eius eſt a.ʒ.ß.ad.ʒ.j.ꝛ ß.

## De lapide armenio. Cap. xiij.

Lapis Armenus. Inquit Alex. a verificatoribus eſt inuentus prerogatiua habere in educẽdo nigram colerã cuius opatio eſt incolumior ellebORO nigro et virtuoſior lapide lazuli. (Electio). Melior eſt habens colorem medij iter viridem ꝛ obſcurum terreũ ꝛ indum. Et habet macularũ ꝛ diſtinctiones virides at nigras: ꝛ qui nõ eſt in lapidis termino immo eſt facile diſſolubilis ꝛ pulueriʒabilis et qui eſt tactus lenis carẽs aſperitate. (Complexio ꝛ proprietas). Calide cõ

plexionis eſt in principio ſcdi:et ſicce in ipſo.et eſt reſolutiuus abſterſiu⁹:ꝛ eſt ex ꝯturbātibus ꝛ ſubuertentibus ſtomachū:ꝛ educit per vomitum ꝛ ꝑ ventrē.(Rectificatio).Nocet ſtomacho generans ſubuerſionē ꝛ faciens cū anguſtia ſolutiones.Et dixit Alexander.Non lotus per vomitū ſoluit et per ventrē ꝛ cū labore.Lotus aūt ſoluit per ventrez et ſine moleſtia.Ars aūt in lauando ipm̄ eſt hec.Teratur cum facilitate in vaſe lapideo:deinde fundatur ſup ipm̄ aqua dulcis ꝛ lauetur ſicut terendo:ꝛ fiat illud trigeſies ſemper innouādo aquā:ꝛ adhuc decies poſt illud lauetur aqua roſata. et dixit Alkindus lauetur cū aqua bugloſſe poſt purgationē eius.Acq̄ritur enim ei mirabilis ꝓprietas ex hoc ad egritudines melicas.(Poſſe).Solutione educit colerā nigrā ꝛ cū virtute mūdificat cerebrū ab ea:ꝛ valet ad egritudines eius melancolicas:ſicut eſt mania et melancolia et vertigo.et dolor capitis ꝛ epilepſia:ꝛ ad egritudines timoris ꝛ ſuſpitionis ꝛ ad leprā:et ad egritudines ſplenis:ꝛ ad cancrum et ad morpheā nigrā:et melancolicas febres.(Doſis).Nō loti potio eſt a.ʒ.ſ.℈.vſq̄ ad.ʒ.j.℈.Et loti potio a.ʒ.j vſq̄ ad.ij.

¶De lapide ſtellato. Cap.xiiij.

LApis ſtellatus eſt lapis de genere marmorū habēs maculas ex auro:ꝛ eſt alius albus:ꝛ dr̄ marchaſita. Alius viridis clarus celeſtis:ꝛ vocatur lapis lazuli.Et qñq̄ minera fert vtrunq̄ ſimul.(Electio).Melior eſt cuius color et viridior in colore lazuli:et habet maculas aureas et mixtus cum marchaſita eſt non bonus:ꝛ non maculatus eſt nō bonus ꝛ ſimilr̄ lenis.(Cōplexio et proprietas). Eſt calidus in ſcdo:et ſiccus in tertio:et dixit humain.eſt in vtroq̄ in tertio ꝛ eſt in ipſo acuitas nō vacuata ſtipticiate aliqua et eſt ex ꝑte acuitatis eius aduſtiuus:vlceratiuus:putrefactiuus:abſterſiu⁹:et inciſiuus.Et in non loto eſt ꝓprietas radēdi pilos.Lotus aūt conſeruat ꝛ ꝓlongat eos.Et generat pilos in palpebris. (Rectificatio).Sunt in eo nocumenta que diximus in lapide armeno ꝛ expedit tollere nocumenta eius ſimiliter cum ablutione:ſicut diximus ſuperius.De trituratiōe autē ſuſtinet pluſq̄ lapis armenus.Quidam aūt ex ſapientibus poſuerūt ipſum poſt eius ablutionē in confectionib⁹ letitie: et proprie ʒ.viij.ex eo ad lib.vnam ex confectione et dabant cum ſuc-

co bugloſſe depurato: ⁊ vino ſubtili antiquo: et eſt medicina ſolennis ad egritudines cordis melancolicas: dilatat em̄ animã ⁊ facit in ea mineram gaudij. confectio lapidis lazuli ex inuẽtiõe noſtra. Accipe ex ſeta tincta ex charmes lib. j. Submerge eam in ſucco pomorum dulciũ ⁊ aqua roſarũ. añ. lib. ſ. ⁊. ſ. ⁊ dimitte die vna. Deinde fac modicũ bullire vſq̃ duz aq̃ rubeat: deinde extrahe ab ea ſetaz ⁊ pone zuccari tabarzet. ʒ. cl. et coque vſq̃ dum habeat ſpiſſitudinẽ mellis ⁊ remoue ab igne ⁊ proijce in eo calido ambre crude fruſtatiz inciſe. ʒ. vj. ⁊ dimitte liquefieri in eo. Deinde p̃ijce ſuper eũ puluerez rerũ harum. Accipe ligni aloes crudi ⁊ darſeni. añ. ʒ. iiij. lapidis lazuli loti ⁊ preparati. ʒ. xij. margaritarũ. ʒ. ij. auri boni. ʒ. j. muſci. ʒ. j. tertiã confice cũ predictis. Eſt em̄ hec medicina maximi iuuamẽti ad pulſuz cordis: ⁊ ſyncopin: ⁊ alguſgues ⁊ triſticiã ſine cauſa. Et eſt ex rebus animã cõfortantibꝰ cõfortatione mirabili. (Poſſe). Solutione educit melancoliã et humores aduſtos: et mundificat venas et ſanguinem ab eis: ⁊ non lotus educit per vomitum et per ventrem humores groſſos ⁊ calidos ⁊ melancolicos. ⁊ confert ad egritudines cerebri et cordis: ſicut eſt in epilepſia: et mania. et melancolia: quarum eſt materia humor melancolicus. Et confert iuuamẽtũ ſublime egritudinibus timoris et tremori cordis; et ſincopi: et confortat cor et aufert nocumenta eius; et dilatat aiam. Et mundificat pectus: et pulmonem: et cõfert aſmati ab humoribus groſſis: ⁊ egritudinibus ſplenis: ⁊ eſt ex rebus conſeruantibus iuuentutem ⁊ beatificantibus vitam. ⁊ ipſe quidem preſeruat a lepra: ⁊ ſuppoſitus educit mẽſtrua: et datur patientibus febres melancolicas: ⁊ curat eas. ⁊ confert vſus eius ad emoroidas recẽtes. (Doſis). Eius ẽ a. ʒ. ſ. vſq̃ ad. ʒ. ij. ⁊. ſ.

## De ſene. Caplm. xv.

Sene eſt foliculus plante quas vocant per ſe abalzemer. Et. eius ortus eſt ſm̄ ſemitam horobi. ⁊ inuenitur ex eo domeſticum ⁊ ſilueſtre. (Electio). Melior pars plante eiꝰ eſt foliculus: deinde folia. Sed tamẽ in eis eſt virtus debilis valde: ⁊ melior foliculus. eſt cuius color accedit ad viriditatem: et ſubnigredinem quandaz: ⁊ in quo eſt de amaritudine res modica cum ſtipticitate: et qui eſt magis completus: ⁊ i quo

ſunt ſemina ampla compreſſa. Subalbidus autē non eſt bonus et completus ſimiliter. et meliora folia ſūt viridia. Subalbida vero et tenuia non bona et antiquum ex eo eſt ſine ſpiritu et ſtipites eius ſunt inutiles. (Complexio et proprietas.) Calidum eſt in prin. ſecundi: ſiccum in primo: et folia ſunt in principio calida. Et eſt abſterſiuū: mundificatiuum conuenienter et reſolutiuum. (Rectificatio). Eſt ſolutionis debilis et tarde: et debilitat ſtomachum. Uerum confortatur eius operatio in permiſcendo cum eo aliquid ex rebus acutis ſicut zinziber proprie et ſal gemma: et ſal indus: et medicine cordiales cum eo: et ſtomatice felicitant opus eius. Et dixit Gal. Decoquatur cum iuribus gallorum: aut gallinarum: aut carnium: et ſoluit ſine moleſtia: ſed oportet vt eius quantitas ſit multa. Et ſi infundatur in aqua caſei cum ſpica. deinde coquatur ebullitiōe aliqua eſt medicamē bonum. Et ſi propinetur puluis eius in lacte dulci fiet medicamen bonum. Similiter precipit quidam: vt quantitas eius ſubmergatur in muſto: et ſit muſtum album ⁊ poſt tres menſes propinetur vbi oportet. Eſt enim vinum ſolutiuum mundificans cerebrū ⁊ ſenſus ⁊ generans leticiā. Et ſunt q̄ ꝓpinant decoctionem eius ⁊ prunorū ⁊ ſpice cum eis. et fit ſolutiuum bonū. De decoctione aūt ſuſtinet mediocriter. (Poſſe.) Solutione educit cum facilitate melancoliam et coleraȝ aduſtam. Et mundificat cerebrum: cor: ⁊ epar: et ſplenem: et membra ſenſuum ⁊ pulmonē: ⁊ cōfert egritudinibus eorum: et aperit oppillationes viſcerū. Et confortat ventrē eo in iuuentute: ⁊ generat gaudium. Cām aūt triſtitie amputat. Et ponuntur folia ei⁹ in lauacris ad caput: ⁊ ꝓprie cū camomilla. et cōfortat cerebrum et neruos: ⁊ ſm omnem adminiſtrationem ei⁹ addit in viſum et corroborat auditum. Et eſt medicina bona febrium melancolicaruȝ ⁊ antiquarum. (Doſis.) Eius infuſi potio eſt ab aureis. iij. vſq; ad. ℨ. ſ.

## ¶ De ſpeciebus ſalis. Cap. xvi.

Salis famoſe ſpecies ſunt quattuor. Sal panis. Sal gēma. Sal naptic⁹. ⁊ ſal indus. Sal panis alius eſt mineralis durior ⁊ amarior. Alius marinus: quem ſi aqua inueniat facile diſſoluit.. Sal gēma vero ē ſicut chriſtall⁹ ſcindibilis. Sal indus: alius ſubniger: alius ſubruffus obſcur⁹. ſal napti

tus quoqꝫ niger eſt habens odorē napte.(Electio.) Minera lis fortior ē marino. ⁊ ſal gemma eis: ⁊ ſal napticus illis in dus aūt omnibus. Et ſubrubēs melior eſt ſubnigro. Et ſub niger eſt fortior. ⁊ omnis quanto amarior tāto fortior. (Cō plexio et proprietas.) Calidus eſt et ſiccus in ſcdo: et quan to amarior tāto calidior eſt ⁊ ſiccior. Eſt aūt compoſitus ex partibus terreis aduſtis: et amaris. ⁊ ex partibus aqueis ſi ne ſapore: que ſi ſint equales ſalſus ſapor perficitur. Domi= nantibus aūt terreis ad amaritudinē pronior. Aqueis vero in ſalſedine remiſſior. Eſt autem ſal liquefactiuus: inciſiuus ſubtiliatiu⁹: ⁊ inſpiſſatiuus: ſolutiuus conſtrictiuus: et pre= ſeruatiu⁹ a putrefactiōe: exicatiuus mordicatiuus: ⁊ ē ſub= uerſiuus ſtomachi: ⁊ conturbatiuus preparans ad vomitū. (Rectificatio.) Sal non eſt ſicut radix in re medicine: ſed nec in cibis ꝙꝗ̄ ex ſe ſit ſolutiuus: ſed ponitur ſicut res dans vi gorem radici. Confortat enim medicinas omnes tarde et de biliter ſolutionē facientes: tñ ex miſcibilibus cū eo melliorā= tibus conditionēꝫ eius non eſt equiualens ad remouendūꝫ ferroſitatem ipſius ſicut mirabolani: ⁊ illud ꝑpter operatio nem ſubſtantiarū inuicem. Res ēt inſipide ſimiliter faciunt. et ſilr inſpiſſant. (Poſſe.) omnis ſal ſolutiōe educit groſſos humores et viſcoſos. Et eius ſolutio eſt liquefaciēdo quod inuenit ex humiditatibus: ⁊ poſt illud ſtringit ⁊ ſal panis fa cilem efficit ſuꝑfluitatum egreſſionē et remouet faſtidiū ci= borū et excitat apetitū. ⁊ cliſteriꝫ at⁹ educit flegma vitreum ⁊ flegma viſcoſuꝫ. Et mixtus cū aliis medicinis ſolutiuis cō fortat eas in ſoluendo. Quod aūt ex eo toſtum eſt cū tāto pō deris vaſorū factorū de Seni quantū ipſe eſt fit dentifriciūꝫ bonum mundificans dentes et auferēs feditatem: et confir= mans gingiuam laxam ⁊ miſcetur cum eo lapis: quo alij la= pides inciduntur: ⁊ fit dentifriciū bonū ad ea que diximus ⁊ ſimiliter fracture vitri. Et ſunt qui miſcent eis cyperum et ſpumā maris maſſacumiā: et cornu ceruinū: et ſimilia. et ſal bullitus cū oleo ponitur tepid⁹ ſuper cōbuſtionem ignis et prohibetꝫ a deſiccatione. et iunctus ſuper neruos confortat eos. ⁊ ſimiliter coctus cum oleo: et pauca terebentina poni= tur ſuper puncturam nerui cecam: et ꝓhibet ab apoſtemate et ſpaſmo. Et ſimiliter ſuper flobothomiam cecam. Et ſimili

ter mixtꝰ cū furfure:et melle valet cōtritioni neruoꝝ et caſui ſupermembꝛuꝫ ⁊ doloꝛi auris. Et ſal mixtus cum oleo et mel le remouet veſtigia percuſſionuꝫ nigra ⁊ omnes quidē ſpēs ſalis cōſumunt et auferunt additiones in oculis ſicut eſt pan nus et vngula et caro putrida et ſimilia. Et conferunt ſinan chie et caſui vue: et molificationi lingue: et omnes faciunt ſubuerſionem ⁊ vomitum ⁊ diminuūt ſperma et eoꝛum vſus generat ſcabiem. Sal gēma quoqꝫ educit ſolutiōe flegma vi treum:⁊ expellit humoꝛes: quoꝛum eradicatio eſt difficilis. Et mundificat inſtrumenta ſenſuū. et valet ad vertiginem: ⁊ pꝛopꝛie mixtus cum agarico:⁊ tribus mirabolanis:et abſter git pectus ⁊ mundificat ſtomachum et confert doloꝛi eius. et fit ex eo dentifriciū bonū mundificās dentes. Napticus vero ⁊ ſal indus foꝛtioꝛes ſunt illis in omni re ⁊ educunt ambo me lancoliam ⁊ flegma: et pꝛeſeruant coꝛpoꝛa a putrefactione et valent ad lepꝛam et ad egritudines melancolicas. Verū nō adminiſtrantur per ſe ſed ponuntur in confectionibus pꝛo= pter illud quod diximus. ⁊ pillulis:et enematibꝰ et collyꝛijs. ⁊ alijs modis adminiſtrationum.

¶ De baurach. Cap. xvij.

Baurach. Aliud minerale. Aliō artificiale. Minerale ali= ud armenuꝫ. Aliud africanum. Aliud romanum. Aliud egyptium. Armenum vero eſt laminoſum: album hñs per= mixtionem rubedinis et aliquid purpureitatis: ⁊ eſt falſum moꝛdicatiuum. Alie vero ſpecies in his pꝛopꝛietatibus ſunt remiſſioꝛes et debilioꝛes. artificiale autem ſicut dicitur eſt ſpuma nitri. que eſt alba: leuis: et ſalſa moꝛdicatiua. et eſt aliud ſicut artificiale: quod eſt flos parietū: et eſt ſicut flos ſalis. (Electio.) Minerale eſt foꝛtius artificiali et armenum eſt foꝛtius egyptio: ⁊ egyptiuꝫ africano et romano. et melius ex eis eſt quod habet pꝛopꝛietates. vij. ſ. quod eſt laminoſuꝫ. Et quod eſt frangibile et quod habet in fracturis ſuis lucidi tatem: ⁊ qꝫ eſt leue ſpumoſum et quod eſt album habens per mixtionē rubedinis. ⁊ quod eſt ſalſuꝫ et moꝛdicatiuum et ex artificiali: melius eſt flos pietis. et qō eſt nitro foꝛtius. (Com plexio ⁊ ꝓpꝛietas.) Caliduꝫ eſt in pꝛincipio tertij et ſiccum in ipſo: et eſt in ipſo ſalſedo ſm plurimum: et de ſtipticitate ali= quid quare eſt conueniens ſua abſterſio: eſt aūt exiccatiuū ⁊

ciſſiuū materierū groſſarū: reſolutiuū abſterſiuū ⁊ mūdifica-tiuum.(Rectificatio).Nō eſt ex medicinis que ſunt ſicut fun-damentū in cōfectionibus.ſed eſt ſicut hic ꝓprie de ſale dixi-mus.(Poſſe.)Adminiſtratur in cōfectionibꝰ ⁊ medicinis ⁊ cly-ſteribus et ſuppoſitorijs ⁊ ſolutione educit flegma crudū ⁊ vi-ſcoſuꝫ a ptibus difficilis eradicatiōis eius ⁊ adminiſtrat cuꝫ melle.⁊ educit ipſuꝫ p vomitū et cōfert dolori ſtomachi:⁊ iter ficit vermes:⁊ educit eos.⁊ confert ſm oēm modum admini-ſtratiōis eius:colice flegmatice.et ventoſe et ꝓprie clyſtere ex eo cuꝫ aqua vel oleo rutaceo vel aqua decoctiōis rute.et confert emplaſtrū cū ficubus:⁊ ſtercore multe proprie hydro piſi:⁊ dolori ſplenis:et ſtomachi frigido.

¶De ſarcocolla. Cap.xviij.

Sarcocolla eſt gūma arboris que eſt ſicut frutex:⁊ eſt ſpi noſa cuius rami ſunt nodoſi:collecti ad arborem:⁊ col-ligitur ex ea gūmi:⁊ eſt eius aliud album ſicut thus et aliud ſubcitrinum.(Electio.)Fortius eſt ſubcitrinum albo et quod eſt amarius melius.(Complexio ⁊ proprietas.)Calida eſt in ſecundo.Et eius ſiccitas eſt minor caliditate ſua:⁊ eſt matura tiua:⁊ abſterſiua:et reſolutiua: ⁊ aperitiua: et eſt in ea vir-tus ſigillatiua vulnerum ⁊ conglutinatiua et mundificati-ua:et incarnatiua.(Rectificatio.) Tarde ſolutionis eſt ⁊ de-bilis:⁊ conturbat eum in cuius ſtomacho dominatur colera: quare oportet ne ei in cuius ſtomacho dñatur caliditas: ⁊ in quo eſt colera ꝓpinetur.Uigorat aūt eius operationē ʒinʒi. ⁊ cordumeni.¶Cōfectio pillularū ⁊ ſarcocolla quas fecit ha li ſenex.℞.ſarcocolle.ʒ.iij.turbith.ʒ.iiij.interioris colloquin-tide.ʒ.ſ.et ſ.ʒinʒib.tantūdem ſalis gemme.ʒ.ſ. diſſolue ſarco collam in aqua roſata ⁊ confice et fac pillulas. Sunt eniꝫ mi-rabiles ad ea que dicemus.Nutritur aūt ſarcocolla in lacte aſine omni die lac infundendo ſup eā in ſcutella vitrea p' qn ꝗ dies:⁊ eſt medicamen bonū egritudinū oculorū.(Poſſe.) Solutione educit flegma crudum et humores groſſos ⁊ pro-prie quod eſt in iuncturis ⁊ anchis et mundificat cerebrum ⁊ neruos et pulmoneꝫ et confert tuſſi:et aſmati:et eſt ex rebus cōferentibus ſenibus et proprie flegmaticis.Uſus tñ eiꝰ gene rat caluicium.Inqt Dyaſco. Uſus eius impinguat corpora ⁊ augmentū efficit in ſpermate ⁊ ipſa eſt medicina ſublimis

obtalmie et lippitudini et proprie nutrita ſicut diximus. Et
cōfert vlceribus putridis in aure et ſanioſis et ꝓprie licinio
inuncto in mellicrato: et inuoluto in puluere eius et poſito
in aure eſt virtuoſa ad illud et eſt medicina ſublimis omniū
vulnerū recentiū et putridorum et antiquorum et mūdificat
ea: et generat carnē in ipſis ⁊ conſolidat. Et hec eſt ꝓprie vir
tus eius. (Doſis). Eius eſt a.ʒ.j. vſqꝫ ad.ij.

¶De ſerapino. Cap. xix.

Serapinum eſt gūmi albaſce hundeg: et eſt arbor ſimi
lis oleādro mōtano. (Electio.) Melius eſt cui⁹ color eſt
inter ſubrubeum ⁊ ſubalbidum: et qđ habet odorem porrorū
et qđ eſt facile reſolubile in aqua. et qđ eſt clarū cum ſpiſſa
ſubſtantia: ⁊ qđ ex eo eſt lenius eſt melius et ꝙ nō eſt in ve
hementia odoris aſſe nec hꝫ odorem galbani. Ipſum eñ eſt
ſic adulteratū. (Cōplexio et ꝓprietas). Minus eſt ſiccū ꝙ ca
lidum et eius caliditas ē in tertio. Siccitas vero eſt in ſcđo ⁊
in ipſo eſt amaritudo cū acuitate: ſicut acuitas porrorum ⁊
eſt cōpoſitū ex ſubſtantia ſubtili ignea et terrea. Sed ſubſtā
tia ſubtilis eſt dñans et eſt reſolutiuum carminatiuū vētoſi
tatum groſſarum ſubtiliatiuum: extenuatiuū: ſolutiuū: ⁊ ꝓ
uocatiuū. (Rectificatio.) Nocet ſtomacho et epati. Uerū tol
lunt nocumenta eius alique ex medicinis ſtipticitatē haben
tes ſicut maſtix proprie et ſpica. Enula quoqꝫ ſigillat ei pro
prietatem mirabilem ad ea que oportet. Et narrauit Meſue
modos preparationis eius duos ſatis bonos. Primus ꝓfore
tur colloquintida: et abijciātur grana eius tm̄: et impleatur
aqua cū pauca ſpica et maſtice et bulliat in cinere calido vſqꝫ
ad conſumationē tertie ipſius. Deinde nutriatur ſerapinū
cū hac aqua ſemꝑ aut modicū infundendo vſqꝫ dum pingue
ſcat. Deinde exiccetur et fiant trociſci. Sūt eñ vltimi ad egri
tudines iuncturarū et aquā citrinā. Et alius modus eſt pro
ximus huic: et fit permutatio ab aqua colloquītide ad aquā
mirabolanorum tantum. Modus alius ex inuentiōe noſtra.
Accipe ſucci enule ſicut eſt.℥.xvij. et infunde in ea ſpice ⁊ ma
ſticis.añ.ʒ.iij. et bulliant vſqꝫ ad conſumptionem medietatis
poſt illud coletur et nutriatur ſerapinum cum eo ſicut dixi
mus. Nutritur etiam ꝓpter egritudines oculorum cum ſuc
co rute: aut feniculi et aliquo ex fellibus et ꝓprie auiū rapa

cium et fit medicamẽ ſublime ad ea que oportet.(Poſſe.) Solutione educit humores viſcoſos et flegma groſſum et aquã citrinã ⁊ eius proprietas eſt mũdificare cerebrum et neruos et educere materias eorũ et conferre egritudinibus eorũ frigidis et proprie ſm omnem modum adminiſtrationis ipſius que ſunt dolor capitis antiquus ⁊ emigranea difficilis ⁊ epilepſia et vertigo ⁊ paraliſis et tortura ⁊ tremor. Et fit linimẽtum ex eo et ſucco rute et aceto: et cõfert ſilr egritudinibus nunc dictis et contritioni lacertorũ. Et eſt ex rebus valde bonis ad mundificandu; materias q̃ ſunt in pectore ⁊ proprie nutritũ cũ aqua rute: aut cũ aqua enule ꝓprie et cõfert dolori eius bibitũ et linitum et dolori laterum et tuſſi antique et difficultati anhelitus. ⁊ eſt ex medicinis magnis hydropiſi. Extrahit em̃ aquã citrinã: et proprie cũ duplo ponderis eius ex mirabolanis citrinis: et modi nutricatiõis eius p̃dicti. ſũt ad hoc mirabiles et cõfert duriciei ſplenis: ⁊ reſoluit inflationẽ eius ſumptũ in potu et ſuplinitum cum ſucco capparis et aceto et reſoluit ſcrofulas et durities ⁊ nodoſitates mẽbrorũ ⁊ nutritũ cũ ſucco rute: et fellibus ſicut dixim⁹ ↄfert obſcuritati viſus. Et ẽ medicia magna deſcẽlui aq̃ ad oculũ ⁊ ꝓprie ad cohol factum ex eo. Et linitur cum aceto ſuper ordeolum ⁊ delet ipſum ⁊ confert ſm omnẽ modu; adminiſtratiõis ei⁹ doloribus iuncturarũ et eſt potens in eradicando materias eorũ: ita ꝙ ex anchis et ꝓfundis iũcturis et clyſterizatũ valet ſimilr et bibitum et clyſterizatu;: confert colice frigide et vẽtoſe ⁊ dolori vẽtris et bibitũ et ſuppoſitũ ꝓuocat mẽſtrua et interficit fetum et confert dolori matricis et p̃focationi ipſius. (Doſis). Eius eſt a.3.ſ. vſq ad aur.j.

De euphorbio. Cap. xx.

Euphorbium eſt gummi excedens omnia genera gũmi in calefaciendo et ſubtiliando. Eſt enim ex rubificantibus et exiccantibus. Et eſt ex arbore deſertorum locorũ hyſpidorum cuius folia in primis cum eleuantur ſunt ſicut lanugines: deinde cadunt et naſcuntur folia ſimilia polio marino. (Electio.) Melius eſt leue frangibile habens colorẽ pallearem et clarum ⁊ quod eſt vehementis acredinis ⁊ odoris valde acuti: ⁊ quod eſt recens ſuper quod iam preterijt annus. Recens vero anni ſui eſt ſicut venenum ⁊ ignis. Et ẽ ex

gummis q̄ diſſoluuntur in oleo ⁊ ꝓprie ꝙ eſt recēs. Antiquū vero fortaſſis nō diſſoluitur. (Cōplexio et proprietas.) Calidum eſt et ſiccum in quarto ⁊ eſt calidius ⁊ ſubtiliꝰ omni eo quod calefacit ex gummis et eſt in eo virtus aduſtionem faciens: et rubificationem et eſt penetratiuum abſterſiuum excoriatiuum et eſt ex facientibus operationem cum labore ⁊ anguſtia vehementi perducente ad ſincopin et ſudorem frigidum. (Rectificatio.) Eſt inimicum cordi epati et ſtomacho propter vehementiam virtutis ſue qm̄ eſt acutum vehementer terroſum et inflammabile: oportet ergo virtutē eius frāgere et proprie cum rebus obtundētibus acumen eius ⁊ extinguentibus inflāmationē ⁊ acquirentibus ei lubricitatem et oportet vt ſit earum quātitas multa veſtiens ⁊ tegens ſuperficiem eius et oportet vt non multum teratur. Dixit Alzanzi. Accipiantur fruſtra citri et ſepeliantur grana eiꝰ prius inuoluta ī oleo amigdalino in acetoſitate ipſiꝰ. Deinde inuoluātur paſta et decoquātur. Rectificatur autem ex hac arte et remouetur acumen eius. Modus alius virtutem eiꝰ frangens. ſicut narrauit hamech. iuoluatur in oleo amigdalino: deinde ſepeliatur in ſucco liquiritie aut tereniabin diſſoluta: aut in aliquo ex robub diſſolutis ſipticis: ⁊ ſit eorum quātitas multa et fiant ex eis pillule: et ꝓpinentur vbi oportet. Et dixit humain. Propinetur cum aqua mellis: et aliquibus ſpeciebus aleſanginis. Maſtix aūt et ſpica ſūt ex rectificantibus cōmunibus emēdantibus queciꝗ̄ ex acuitate medicinarum timentur. Audaciam aūt eius expellūt medicine lubrificatiue: et extinctiue ſicut eſt aqua ordei proprie cum oleo amigdalino et fiat exhibitio poſt exhibitionē freqnēs. (Poſſe.) Solutione educit flegma viſcoſum et groſſum a locis ꝓfundis corporis mundificās iuncturarum vacuitatē ab humoribus groſſis difficilis eradicatiōis. Nec eſt ei res ſimilis ad hoc: ⁊ eſt ex rebus mundificantibus neruos et conſumētibus humiditates imbibitas in eis: et diſſoluitur in oleo de cheiri ⁊ inungitur cū eo et confert egritudinibus neruoꝝ frigidis: ſicut ē paralyſis et ſtupor et tremor et tortura ⁊ ſpaſmus et eſt res mirabilis ad illud. Et iūgitur ſuꝑ epar ⁊ ſplenem et confert doloribus eorum frigidis et ventoſis: ⁊ fricatur puluis eius ſuper morpheam cum aceto fricatione forti

et delet eam. Et ſumptum in potu ſm modum emendatiõis eius: eſt medicina magna doloribus ventoſis qui vadunt ⁊ veniũt per iuncturas: et eſt ex rebus que faciũt ſternutatio nem cum fortitudine: et eſt medicina bona litargie et obliuioni ⁊ proprie inunctio ex eo cum oleo de ſpica in occipitio. Et eſt ex medicinis educentibus aquam citrinam: ⁊ dixit Dyaſcorides. Aureꝰ vnus ex eo interficit. (Doſis.) Eius eſt chirat. j. vſq; ad. iij. conſeruatur autem quadriennio. Recẽs autem anni ſui eſt pernicioſum. Is autem qui ſumit ipſuʒ timeat frigus: conſeruatur autem ne cito ſeneſcat in milio vel fabis vel lentibus.

¶ De oppoponaco. Cap. xxi.

Oppoponacuʒ eſt gummi plãte ſimis ferule cuiꝰ ſtipes eleuatur ſuper terrã circiter cubitũ vnuʒ vel duos. ⁊ folia eius ſunt minora folijs ferule. Et eiꝰ tyrſus ẽ palearis i colore ⁊ eleuant̃ ſup eũ flores odoris boni coloris auri: ⁊ ſũt ꝫ ſemitã florũ aneti. Et faciũt cultores eiꝰ inciſiões paruas inter radicẽ ⁊ eleuationẽ tyrſi eiꝰ circiter palmũ mediũ et egredit̃ hũiditas aurea q̃ coagulat̃ ⁊ fit oppoponacũ. (Electio.) Melius ex eo qđ eſt citrinũ extra ⁊ ſubalbidũ intꝰ: ⁊ ꝙ eſt amarũ ⁊ qđ facile frãgit̃ ⁊ facile diſſoluit̃ in aq̃ ⁊ ꝙ eſt odoris boni ꝓ ꝓrij. Et ſunt ex hoibus q̃ adulterãt ipm cũ armoniaco ꝓprie ſup coloraͣdo grana minuta ex eo: ſed odor ⁊ albedo fracture deocultãt fallaciã. Et melior ps plãte eius ẽ gũmi eius ⁊ radix ipſiꝰ. (Cõplexio ⁊ ꝓprietas.) Calidũ eſt et ſiccũ in tertio et radix eius ẽ in ſecũdo et ẽ reſolutiuũ: carminatiuũ: viſcoſitatũ groſſarũ: ſubtiliatiuũ: lenitiuũ: mũdificatiuũ: et abſterſiuũ: ⁊ ſilr radix ipſiꝰ. (Rectificatio). Nocet ſtomacho faciens ſitim. ⁊ eſt opatiõis tarde. De rectificatiõe aũt fac ꝙ i ſerapino diximus. (Poſſe.) Solutiõe educit flegma groſſuʒ ⁊ viſcoſum a ptibus remotis et iuncturis proprie et mũdificat cerebrum ⁊ neruos ⁊ cõfert egritudinibus eorum frigidis. et eſt ex rebꝰ addẽtibus in viſu ꝓprie ꝫ omnẽ modũ adminiſtrationis ipſius ⁊ mundificat pectus et confert tuſſi antique: et difficultati anhelitus ſilr ⁊ radix eius. Et fit emplaſtrum ex eo et ſucco apij ⁊ aceto bono ſup ſplenem reſoluẽs duriciem eius. ⁊ dixit quidã. ponitur pars aliqua ex eo in muſto ⁊ adminiſtratur poſt tres mẽſes ⁊ cõfert hydropiſi et magnitudini ſplenis

ni ſplenis

ni ſplenis ⁊ emplaſtratur ſup nodoſitates mēbroꝝ ⁊ ſup ſcrofulas ⁊ reſoluit eas. Et colluitur os cū aceto decoctiōis ipſi⁹: ⁊ cōfert dolori dētium ⁊ corroſioni eoꝝ ⁊ bibitur cum aqua mellis calida ⁊ cōfert guttationi vrine ⁊ prouocat ipſam ⁊ mēſtrua ⁊ facit aborſuꝫ. ⁊ eſt medicamē bonum preſ focationi matricis ⁊ egritudinibus ipſi⁹ frigidis et eſt medicina magna doloribus iuncturarum: ⁊ podagre: ⁊ dolori genuum ⁊ fortis ſciatice ⁊ ꝓprie ſm oēm modū adminiſtratiōis ipſi⁹: etiā linituꝫ ⁊ emplaſtratuꝫ ⁊ ꝓprie cū ſucco caulis: et melle ⁊ ſale pauco ⁊ eſt ex medicinis bonis exptorꝫ iuuamētoruꝫ vulnerib⁹ antiq̄s ⁊ putridis ⁊ eis que ſūt difficilis cōſolidationis. Facit eñ in eis naſci carnē ⁊ veſtit oſſa nuda ⁊ ē ei ꝓprietas i hoc. Et narrauit Chēgezar q̄ ſi ex eo ⁊ medio pōderis ipſi⁹ ⁊ raſura pāni antiq̄ ſubtilis mūdi ⁊ vino ⁊ melle ⁊ oleo roſaceo fiat vnguentum ſic terēdo in mortario: nūc oleū nūc vinū īfundēdo illud fit mirabile ad implēda vulnera carne: ⁊ ꝓprie in q̄bus vr̄ difficilis incarnatio. Et poſteriores addiderūt ex litargirio ⁊ aloe: ⁊ myrrha: ⁊ ſarcocolla ſicut ſi. quartā ptē quātitatis oppoponaci ⁊ fit medicamē mirabile ſanās fiſtulas ⁊ vlcera fraudulēta: et ē medicamē exptuꝫ rigori febriū: ⁊ ꝓprie bibituꝫ cum aceto añ horā paroxiſmi ⁊ linitū in ſpina diſſolutū cō ſucco apij. ⁊ oleo anetino. (Doſis.) Eius a. ʒ. ſ. vſq ad. ij.

¶De mezereon. Cap. xxij.

Mezereon eſt plāta vocata apud Perſas rapiēs vitā ⁊ a q̄buſdā faciēs viduas ⁊ a pluribus leo terre vocatur ⁊ eſt planta cuius ſtipes eleuatur ſup terrā circiter cubitos duos. ⁊ folia ei⁹ ſunt ſimilia folijs oliue ſꝫ maiora. et ꝓducit grana nigra in magnitudine fructus myrthi et eſt plāta lacticinioꝝ maior: cuius ſpēs ſunt plures. eſt eñ q̄dā magna hñs folia ⁊ ſubtilia: et ē q̄ua habēs folia ſicut folia oliue: ⁊ ſpiſſa nimis: ⁊ eſt habēs folia criſpa ⁊ aſpa et ex eis aliud eſt hñs colorē viridē ⁊ aliud hñs colorē ſubnigrū ꝓducentē colorē pauonis. (Electio.) Melius eſt hñs magna folia tenuia ⁊ viridia: et q̄d oritur in locis liberis et in vicinitate plantarum ſpeciei ei⁹. Et quādo oritur ex eo planta vna in toto ambitu loci eſt mortalis. Et que oritur in locis termarum eſt ſicut venenum ⁊ parua habens folia ⁊ ſpiſſa

eſt malum.⁊ ſimiliter hñs criſpa et aſpa:et quod eſt ſubni grū ſimiliter.(Cōplexio ⁊ ꝓprietas.)Calidus eſt et ſiccum in.iiij.Et dixit filius zezar eſt in fine tertij.Sed nō vertificat illud.eſt em̄ in eo virtꝰ acuta ignea ⁊ acrimonia vehemēs et ē excoriatiuus vlceratiuū ſerroſus et inflāmabile et eſt cōſumptiuū et diſſolutiuū virtutis.(Rectificatio.)Eſt ꝓximū veneno nocēs mēbris q̄ ſūt minuere virtutū debilitās et diſſoluēs eas.Conandū eſt igiť frāgere malitiā ⁊ acuitatē eiꝰ:et hoc facieſ cū auxilio rerū frāgētiū ea ⁊ ꝑmutantiū inflāmationē ⁊ ſerroſitatē eiꝰ ſicut ſūt olea frigida:et ꝓprie res extictiue ſicut ē mucillago pſilij et ſuccꝰ portulace et ſuccꝰ endiuie ꝓprie.Et enim mirabile ⁊ aqua alchechēgi ⁊ aqua ſolatri humidi ⁊ altaraſſecō ⁊ aqua berberorum: et frangūt adhuc acuitatem eiꝰ res inſpiſſatiue et ponticitatem habentes ſicut ſunt mirabolani.Sunt em̄ ſublimes ad illud.⁊ dixit filius zezar.Duplum ipſiꝰ ex abſinthio tritū cū eo emendat malitiā eius.Inquit Diaſcorides.Infūdantur folia eius in aceto die vna.⁊ exiccentur et frangiť cum arte hac virtus ipſius ſerroſa et inflammabilis:et dico ꝙ ſi in aceto coquantur aut infundanť citonia aut maciana aut berberis erit melius ⁊ ſigillatur almezerion bonitas ex hoc ad ea q̄ oportet.⁊ ſi ex aceto infuſionis eiꝰ aut decoctionis ipſius fiat ſyrupus acetoſus inuenitur expertorū iuuamentorū vbi oportet.et dixit Gal.Infundātur folia eius i ſyrupo roſaꝝ parū anteq̄ terminetur coctio ipſiꝰ et ꝓpinetur ſirupꝰ vbi oportet. Nō eſt em̄ in eo timor.⁊ dixit iterum.Decoquatur in iure galloꝝ antiquorū et ē ſine nocumēto.⁊ quādoq̄ almezereon adminiſtratur cum ꝑmixtiōe aliarum medicinarum virtutē eius fractiuam habentes ⁊ eius operatio ē talis.Accipe folioꝝ eiꝰ.ʒ.xl.et ſup ea ꝓijce aqua dulcis.lib.iij.et dimitte die ac nocte.deinde fac bullire lento igne donec redeat ad lib. vnam et mediam: et in colatura eiꝰ ponatur olei ſumpti ex amigdalis dulcibus.ʒ.viij.⁊ bulliat faciliter vſq̄ ad aque cōſumptionē:tūc ſi ponatur oleum cū folijs ⁊ aqua et bulliāt ſimul ad aque cōſumptionez erit in virtute fortius.Et dixit Raſſus.Submergatur in aqua ex folijs eiꝰ circiter.ʒ.ij.in cado magno muſti ⁊ dimittatur mēſibus tribus:⁊ erit res mirabilis ad

hydropiſi. Expellit eñ ſine nocumēto aquā citrinā. ¶ Cōfectio almezerion ex īuentiōe nr̄a. Recipe foliorū almezereon ꝑparatorū partes .x. carniū citoniorꝝ elixatorū ī aceto vini ⁊ zuccari tabarzet. añ. partes .lxx. tereniabin ptes .lx. aq̄ caſei īfuſionis agarici partes .xxx. olei. Almezerion partes xij. Diſſoluatur zuccarū et tereniabin in aqua caſei predicta et miſceat cū carne citoniorū ⁊ coquatur cū facilitate vſq ad mellis ſpiſſitudinē: et inuoluatur puluis foliorꝝ almezereon cū oleo iā dictō et cōficiat cū eis. Eſt eñ medicamē bn̄dictū ad hydropiſi. Cōfectio pillularū almezereon valentiū ſimiliter ad hydropiſim: ⁊ ad expellendū aquā citrinā cū fortitudine ſine timore. Recipe foliorū preparatorū. ʒ.v. mirabolanorꝝ citrinorū. ʒ. iiij. chebulorꝝ. ʒ. ij. cōfice cū tereniabin vel tamarindis diſſolutis in aq̄ endiuie. Et ſcito ꝙ almezereon de decoctiōe modicum ſuſtinet: ⁊ cōtritio laborioſa virtutē eius. expellunt aūt nocumēta eius a corpore aqua ordei et aqua pſſularū. Uerū aqua endiuie et altarazacō auferūt inflāmationē relictā ab eo in corpore. Et ſciuiſti ꝙ medicine cōpreſſiue audaciam medicinarū expellunt. (Poſſe.) Solutiōe educit aquā citrinā cū fortitudine vehemēti. Et dixit Alexāder. Juncta cū rebus educentibꝰ melācolia educit eā et cū rebus educētibus flegma educit ipſū. Et abſinthiū duplicatū ei: aut mirabolani addūt ei bonitates notas ⁊ faciūt educere colerā. Maius autē iuuamentū ꝙ ex eo expectatur eſt ad hydropiſi. Aquā enī educit aggregatā in vētre. Nocet tñ epati: imo olbꝰ membris nutritiuis. Et interficit lūbricos ⁊ vermes ⁊ ſolutione educit eos: ⁊ ſerpētes viſcerū. Et ſi fiāt tēte ex eo ⁊ melle curat fiſtulas ⁊ vlcera fraudulēta: et fit collutio ex aceto decoctiōis ipſius. Et cōfert dolori dētiū ⁊ corroſiōi eorū ⁊ gingiue ſanguinee ⁊ mollificate. Et fit vnguētū ex eo ⁊ aceto et oleo ⁊ cera ad ſcabiē bonū: ⁊ fit ex eo linimētū cū ſulphure: ⁊ melle ⁊ aceto forti ad morphea ⁊ albaras ⁊ lentiginē ⁊ delet eas. Et q̄nq fit ꝯfricatio ſup morpheā ⁊ baras cū folijs eiꝰ et aceto forti: ⁊ eſt vltimū. Et dixit Johannitius. Ualet ad q̄rtanā. (Doſis.) Eius eſt a. ʒ. ß. vſq ad. ʒ. j. Et hoc in cōfectionibꝰ. et pulueris a charactis. ij. vſq ad. v.

¶ De alſebram. Cap. xxiij.

Alſebram eſt ſpēs lacticiniorū et ē ſolutiuū ruſticorum et eius aliud eſt magnū hñs radices rotūdas ⁊ groſ ſas ⁊ ſpiſſi corticis ⁊ dēſi ⁊ pōderoſi. Et aliud eſt paruū hñs radices ſubtiles ⁊ eſt tenuis corticis. (Electio.) Magnū eſt malū abſcindēs viſcera. Paruū vero eſt illud quod eligit. Et melior ps plante eſt cortex radicis eius ⁊ lac ei⁹ eſt acutius ⁊ fortius. Et melior radix ipſius eſt habens proprietates. v. bonas. ſcʒ cui⁹ cortex eſt ſubtilior ⁊ lenior ⁊ facile frāgit: ⁊ eſt hñs de rubedine aliquid ſicut caſſia ꝓprie ⁊ ſuper quā iam preterijt mediū anni. Recens vero mēſis ſui tm̄ ē mala. Nigra vero eſt ꝑnitioſa. Et orta in locis terrarꝫ ſimiliter ⁊ melius tp̄s collectiōis radicis ipſi⁹ eſt ꝑncipium veris et lactis eius in fine ipſius. (Cōplexio ⁊ ꝓprietas.) Calide cōplexionis eſt et ſicce in ꝑncipio tertij. Et lac ei⁹ calidius ⁊ ē cōpoſitū ex ſubſtantia ignea acuta et ſubtili: et ex ſubſtātia terrea ſtiptica et ē inciſiuū ſubtiliatiuū exiccatiuū materierū ſubmerſarū: liq̄factiuū ⁊ apituū diſruptiuuꝫ orificiorꝫ venarū. (Rectificatio.) Nocet cordi epati et ſtomacho: ⁊ diſrūpit venas ⁊ excoriat viſcera: derelinquit inflāmatiōes faciētes cadere in febres et emēdat primū nocumētū qđ ex eo timetur ꝑmiſcēdo ei aliquas ex medicinis cordialib⁹ et ſtomaticis ⁊ epatis cū eo ſecundū ⁊ tertiū nocumentū corrigit addēdo ei bonitatē cū medicis cōglutinatiuis ⁊ coadunātibus et cōſolidātib⁹: ſicut eſt dragagātuꝫ ꝓprie ⁊ gūmi ⁊ bdelliuꝫ ⁊ mucillago pſilij: et ſuccus portulace et ſimilia. Et quartū nocumētū eius tollitur ꝑmiſcēdo ei ex reb⁹ refrigerātibus et extinguētib⁹ aliq̄s. Et ex hoc faciētibus apud me eſt: vt infūdat in ſucco altaraxacō aut in ſucco endiuie ⁊ pauco aceto aut in ſucco portulace: aut ſolatri ⁊ aceto. Et ſi fuerit acetū decoctionis aut infuſionis citoniorum erit melius. Mirabolāni quoq; ſigillant ei bonitates notas ⁊ abſinthiū ſilr ⁊ aloe ⁊ dixit inde⁹. Infūdat in lacte dulci: aut aceto ⁊ remoueatur in eo lac multotiens exiccetur. Reprimitur em̄ ſic a ſua malitia. ⁊ dixit ruffus. Si ſolutio per ipſ ſupfluit: aut laborioſe ſiat ſedeat ſolut⁹ i aq̄ frigida. Mihi quoq; videt verbū incōueniēs. Circūſtans em̄ frigidū: includit ⁊ coadunat virtutē medicine: ⁊ corroborat eā: necnō ⁊ medicinas ad vias expulſionū repellit materia ſicut te ſcire

fecimus.ſuccurrēdū eſt igitur tunc ſicut in canone diximus.
Cōfectio pillularū de alſebraz cōferētiū hydropiſi. Recipe eius pparati ptes.iiij.mirabolanorū citrinorū ptes.iiij.aloes ptes.v.Cōfice cū ſucco feniculi aut endiuie ⁊ ē doſis earū.a.3.j.et ß.vſq ad.iij.Et qdaȝ ex lacte eius: et farina faciunt oblatas ⁊ ſoluūt cū eis.Et qdā faciūt cū aceto ⁊ zuccaro et lacte ipſius:⁊ qdaȝ cū carne citoniorū et maſtice faciūt ſolutiuū bonū.(Poſſe.)Solutiōe educit flegma vehemēter et aquā citrinā ⁊ humores melācolicos:⁊ materias a iūcturis.et ꝯfert dolorib9 earū ⁊ eſt ex medicinis magnis ad hydropiſim.Uerūtñ nocet epati:et deſiccat corpus vtētis ipſo ⁊ ꝯſumit ſperma ⁊ lac ei9 hoc vehementi9 facit:et facit cadere in febres.(Doſis.)Corticis radicis ei9 a characteris.ij.vſq ad.vij.et lactis eius a characto.j.vſq ad.iij.

## De luf. Cap.xxiiij.

Luf.i.ſerpētaria eſt planta que dicitur collū draconis ⁊ ex ea alia eſt plana hñs folia.alia criſpa: ⁊ radix plane eſt ad nigredinem attinens exterius:interius vero alba eſt.Criſpe vero exterius cineritia.interi9 vero alba et ad citrinitatem declinat a ſuper vtriuſq radicē eleuantur tyrſi habentes maculas ad modum ſerpētis.(Electio.) Melior pars totius plante eſt radix.Et melior radix eſt groſſa com pleta ⁊ orta in locis liberis:et meli9 tempus collectionis eſt ver.et principiū eſtatis.(Cōplexio et ꝓprietas.)Inqt dyaſcorides criſpa calidior eſt quam plana ⁊ dixit Ruffus.Plana calida eſt in primo gradu.criſpa in ſecūdo.⁊ dixit Bar. Plana calida eſt in principio ſecundi : criſpa in fine ei9.Et eſt quaſi verius ⁊ ē in vtraq caliditas ⁊ acuitas que poſita in ſupficie cum ſubſtantia terrea ⁊ vicens plus:⁊ vtraq eſt abſterſiua inciſiua penetratiua ⁊ aperitiua ſubtiliatiua humorū groſſoruȝ ⁊ viſcoſorū adherētiuȝ.criſpa autē ad hec omnia eſt fortior.(Rectificatio.)Nocet vtraq acuitate ſua ⁊ ſtomacho et epati debilibus faciens reumatizationem et mordicationem.Et reumatizat ad ſtomachum materias a vicinis mēbris.Et illud quod magis ſapiētes elegerunt ad corrigēdū primū nocumētū i ea eſt:vt ꝓpinet cū rob aut cū melle paſſularū ⁊ ſpeciebus aleſanginis.Et tollit ſcdm nocumētū eius permiſcēdo ei aliquid ex rebus ſtomaticis

ſtipticis ſicut eſt maſtix et citonia et ꝓpinare trociſcos dia rodō poſt eiꝰ exhibitionē. Tollit.n.ſcōꝫ nocumentū ipſius. Electuariū qđ ſibi cōparat. hamech ſup iuuamēto cuiꝰ nō eſt dubietas in reſoluendo humorem cruduꝫ in ſtomacho ⁊ membris nutritiuis et renibꝰ et ſanat emorroydas ⁊ reſoluit ventoſitates earū et confert dolori earuꝫ et doloribꝰ renū ⁊ excitat coitū: cuius permixtio hec eſt. Mūdetur radix criſpe ⁊ lauetur i vino. Deinde coquatur in aqua et qū ꝙ nō coquitur: ⁊ eſt fortius ⁊ teratur ⁊ ſint eius lib.ij.rob.li.vj. Et alibi habet. Mellis ⁊ rob.añ.lib.iij.piperis cynamomi zinzibe.mac.gar.añ.ʒ.vj (Doſis.) Eiꝰ eſt a.ʒ.iij. vſqꝫ ad ʒ.vj. ¶ Confectio iere luf deſcriptione hermetis ſup quaꝫ expectatur fiducia exptorū iuuamētorū ad doloreꝫ capitis ⁊ emigraneā ⁊ vertiginē ⁊ epilepſiā ⁊ tremorē et torturaꝫ ⁊ paralyſim. Et educit ſuperfluitates humorū viſcoſoruꝫ ⁊ groſſorū ⁊ ſubtiliū a capite ⁊ neruis: a ſtomacho ⁊ iuncturis: ⁊ a toto corpore. Et confert iuuamētū doloribus iſicturarū et doloribus renum: et doloribus matricis: cuius hec ē permixtio. ℞. aloes.℥.j. Interioris colloqntide.ʒ.viij. Radicis vtriuſqꝫ luf ſicce. yreos. turbith. agarici. ſerapini. mirabola. citri. chubulis indorū. añ.ʒ.j.⁊ ß. zinzibe. cynamomi. maſticis. ellebori nig. euforbij aſſari. caſſie lignee ſalis idi. croci. caſtorei apij. cheiſim. ſemis mezereō. ſticados. añ.ʒ.j. ſquille. aſſate.ʒ.ij.⁊ ß. ſcamonee.ʒ.ij. Fiat olm contritio: bona ⁊ inuoluatur puluis in ſucco cucumeris aſinini quātitate qua bene inuoluatur: deinde ſiccetur ⁊ iterū denuo inuolatur in predicto ſucco ⁊ oleo pauco nucū. deinde ſiccetur ⁊ inuoluatur melle diſpumato: quātitate qua fiat totū ſicut paſta ⁊ propinetur poſt ſex menſes. ⁊ ſit doſis eiꝰ a.ʒ.j. vſqꝫ ad.ij. Dixit phylagrius. Fiāt tortele ex radice plane recentis. ⁊ munde ⁊ trite vltima contritione cum pondere ſui de farina tritici: ⁊ coquatur ſicut panis ⁊ propinetur omni mane habētibꝰ emorroydas ⁊ delet eas. Utraqꝫ añt luf de decoctiōe ſuſtinet ad plenū. (Poſſe.) Solutiōe educit flegma ſubtile et groſſum ⁊ mundificat ⁊ confortat renes. et puoſ catorinam ⁊ excitat coitū. et eſt ex rebus mundificantibus pectus ⁊ pulmonē ⁊ cōfert eis ſup q̃bus timetur frequētia aſmatis: ⁊ tuſſis ꝑpter exuberātiā humoris viſcoſi in eis. ⁊

ꝓprie lohoc ex ſucco eius cū melle et rob: ⁊ quandoqꝫ ad miniſtratur cū ouis ⁊ valet ſimilr. Dixit Democritꝰ. Juuamētū vtriuſqꝫ ſpeciei eius eſt magnū oībus dolorībꝰ emorroydarū ⁊ ventoſitatibus earū ſm oēm modū adminiſtrationis ipſius etiā ſuppoſitū ⁊ emplaſtratū ⁊ nos experti ſumus. Et ē magni iuuamenti ſuper crudū humorē q̄ eſt in ſtomacho ⁊ renibꝰ. Et dixit Gal. Reſoluit apoſtemata dura ⁊ duritiem ſplenis et aliorū membrorū. Et confert vlceribus fraudulentis ⁊ fiſtulis ⁊ cōſumit additiones carniū in eis: ⁊ cōſumit additiones carnium in naribus ⁊ ꝓhibet corroſionem fieri in eis ⁊ cancrū. Succus aūt eiꝰ cū melle diſtillatur in aurē: ⁊ cōfert tinnitui ⁊ ſurditati ⁊ dolori auris ⁊ abſtergit ſordicies eius ⁊ exiccat vlcera ipſius. Utraqꝫ ipſius ſpecies eſt ex rebꝰ que mūdificant facieꝫ ⁊ abſtergit feditatē cutis ⁊ delet pannū ⁊ lētigines et morpheā ⁊ proprie cū melle ⁊ fiat emplaſtrū ex ea cū melle ⁊ ſtercore caprarū ſup podagrā ⁊ contuſionē neruorū: ⁊ confert doloribus eorū. Suppoſitio facta ex ea educit mēſtrua ⁊ facit aborſum. ⁊ dr̄ ꝙ fugat ſerpētes ⁊ viperas ⁊ oēs venenoſos.

¶ De alfeſcera. Cap. xxv.

Oleũ de amigdalis dulcib⁹ aſperitatẽ lenit gutturis:et pulmonis:⁊ ptiũ oim exteriorũ:⁊ oẽs durities:et ſiccitates mẽbrorũ ⁊ iuncturarũ:et cõfert ethicis et impinguat:et augmentat ſperma. Et iniectũ cõfert ardori vulue ⁊ veſice. Et modus operationis eſt. ℞. ex amigdalis mundatis ab vtroq₃ cortice quãtitatem quã volueris:⁊ tere cõtritiõe vltima.⁊ fac paſtones ex eis:⁊ dimitte in loco calido p ſpatiũ ſicut horarũ .v. Deinde iterum tere:⁊ pone in zainari:⁊ ſtringantur.⁊ exprimantur ⁊ emanabit oleum. Si autem in vaſe duplici: ſicut p hore ſpatium coxeris deide impreſſeris i zaynari emanabit abundantius. At ſi amigdalis tritis faſcellos impleueris:⁊ ſub cinere calido aut arena calida iter pannos ſepelieris:⁊ poſtea expreſſeris abundabit oleum. Modus operationis alius eſt malaxãtur in tina ſicut paſta malaxatur et ſit domus in qua malaxantur calida: et fundatur deſup aqua calida parũ et ſtet pila declinis vbi emanat oleũ:et dum ſic expreſſeris abundabit. zaynari aũt plãta inferior ſit habens concauitatẽ ⁊ emunctoriam in parte decliniori:⁊ in inferiori parte ſit globus iuxta formã capacitatis cõcauitatis vt ſigillet omni hora ambitu vacui: hic ergo erit modus forme eius.

O Leū de amigdalis amaris eſt aperitiuū oppilationū carminatiuū vētoſitatū: ⁊ reſolutiuū: ⁊ cōfert dolori auriū: ⁊ ſurditati: ⁊ ſibilo: lenit aſperitates: ⁊ delet pannū faciei: ⁊ cōfert doloribꝰ neruoꝝ ⁊ duritiē eorū lenit: ⁊ modus cōpoſitionis eius eſt ſicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

o Leū de nucibꝰ groſſarū ventoſitatū eſt reſolutiuū ⁊ cōfert tumoribus ⁊ cōtritionibus neruorū ⁊ pūcture eorū ⁊ proprie cū calce lota. ⁊ confert ſcabiei: ⁊ modus cōpoſitionis eius eſt ſicut diximus.

o Leū de auellanis: ⁊ cōfert dolori artetico ⁊ dolori neruorum: ⁊ eius modus eſt ſicut diximus.

o Leum de criſomillis ſedat dolorem ani: et emorroydarum: ⁊ reſoluit tumores in eis: ⁊ tumores vulneruꝫ: ⁊ impedimenta lingue ⁊ dolores auris. Et modus cōpoſitionis eius eſt ſicut diximus.

O Leum de perſicis oppilatiōes aperit: ⁊ ꝯfert dolori auris ⁊ occidit vermes i eis ⁊ linitur ſumme calidū ⁊ necat vermes vulnerū: ⁊ ꝯfert dolore ani ⁊ emorroydarū. ⁊ tumoribus eorū ⁊ operatio eius eſt ſicut diximꝰ.

o Leum de ben incidit: abſtergit mundificat et aperit oppilationes: ⁊ iniectū p aures cōfert ſurditati: ⁊ ſibilo ⁊ doloribꝰ earū: ⁊ reſoluit: ſcrofulas iniectū ſiľr ſup apoſtemata dura: ⁊ ſplenē: et epar et cōfert ſpaſmo: et egritudinibus neruoꝝ frigidis: ⁊ cōfert morphee: et feditati cutis ⁊ veſtigijs vlcerū: ⁊ lentiginibus: ⁊ cōfert doloribus iunturarū. Et modꝰ opatiōis eius eſt ſicut olei de amigdalis.

O Leū de cherua groſſas vētoſitates diſſoluit: ⁊ carmiat: flā q̄s viſcoſuꝫ attenuat: ⁊ ꝯfert dolori ſtōachi et dolori colon. ⁊ ileon cū virtute et cōfert hydropiſi inunctum aut bibitū: aut clyſterizatum. Et eſt operatio eius ſicut diximꝰ.

o Leum de carthamo cōfert icteritie oppilatiōi: et dolori ſtomachi: et dolori colon: et confert iuuamentū manifeſtū oppilationi pectoris et pulmonis et mūdificat ea et clarificat vocē: modus operationis eius eſt ſicut diximus.

o Leū de nuce idica: cōfert dolori neruorū et lenit pectꝰ et pulmonē et clarificat vocē et impingnat: et addit in ſpermate. Et eius operatio eſt ſicut diximus.

Oleū de ceraſis articuloꝝ doloꝛi cōfert cū virtute: ⁊ mūdificat ⁊ abſtergit feditatē cutis. ⁊ delet pannum ⁊ lētiginis ⁊ iuuat ad pulſionem lapidis qui in renibus ⁊ veſica eſt. Et eius operatio eſt ſicut diximus.

Oleum de almahaleb foꝛtius eſt in omni re ꝙ oleū de ceraſis. Et eius operatio ſicut illius.

Oleū de granis citri ⁊ citranguloꝝ. Cōfert doloꝛi artetico: ⁊ tumoꝛib⁹ ſupuenientibus: ⁊ ſunt lelenge: ⁊ expellit lapidem renū et veſice. Et eius opatio eſt ſicut dixim⁹.

Oleum de fiſticis ⁊ pineis. Impinguat epar et confert doloꝛibus eius ſtomacho tū nocet: ⁊ cōfert doloꝛi renū potēter ⁊ auget ſperma. Et eius opatio eſt ſicut diximus.

Oleū laurinū ꝯfert doloꝛi epatis: ⁊ emigranee frigidis et doloꝛi neruoꝝ: ⁊ iuncturarum et cōfert neruis leſis a frigiditate: ⁊ ꝯfert doloꝛi ſtomachi: ⁊ doloꝛi colico: et renū ⁊ doloꝛi matricis epatis ⁊ ſplenis: ⁊ doloꝛi viſcerū ⁊ modus eius eſt talis. Accipe de granis lauri maturis ꝙtū volueris: et dū adhuc ſunt recētia tere in pila: ⁊ fac bullire cū aq̄ in caldario. Deinde exprime in zaynari plano nō hn̄te cōcauum: ⁊ collige ex aqua ꝙ ſupnatat oleū. Deinde iterū exprime grana cōtrita i zaynari habēti vacuū ⁊ īfunde aquā calidā et collige oleū: ⁊ repone et adminiſtra vbi opoꝛtet.

Oleū de granis viridib⁹: ⁊ eſt albotin cōfert ſigillationi vulnerū: ⁊ eſt materia emploꝛum multoꝛum: ⁊ confert ſpaſmo ⁊ tetano et duriciei neruoꝛum: ⁊ modus operationis eius eſt ſicut olei de granis lauri.

Oleum de ſtincho: ſtomachū et mēbra neruoſa confoꝛtat et iuncturas laxas et carnes robuſtas reddit: ⁊ fit ſicut oleum de lauro vel oliuis.

Oleū de balſamo fit ex planta lōgitudinis cubiti vni⁹: aut duoꝛum ad plus ſimilis rute agreſti. Coꝛtici cui⁹ ſi acciderit ſcarificatio: aut ſcalpellatio ex parte oꝛtus ſolis fluunt ſicut lachꝛyme pinguedinis: ⁊ eſt dimel balſen. i. pinguedo balſami. Et qñq₃ accipiunt palmites plāte i pn̄cipio veris ⁊ terūt in pila: ⁊ coquūt in aqua: ⁊ exprimūt in zaynari et vocāt oleū balſami. Et qñq₃ terūtur palmites: ⁊ funditur ſup eos oleū antiquū: et ponitur in ſole dieb⁹ quadraginta. Deinde coquatur in duplici vaſe: ⁊ iterū inuoluant

in eo alij palmites:⁊ ita tertio. Deinde colatur ⁊ recõditur.

OLeum de granis ſiſami impingnat:⁊ addit in ſperma te:⁊ lenit durities:⁊ aſperitates:⁊ clarificat vocem:et lenit guttur et eſt materia alioꝝ oleorum multorũ. Et modus cõpoſitionis eius eſt ſicut olei de amigdalis preterꝗ̃ op3 vt grana ſiſami prius excorticent. Et modus operationis eius eſt. Mũdetur ſiſamꝰ ab oibus imundituȷ̃s. Deide roret ſup ip̃m aqua cũ ſale pauco:⁊ cõfricetur manibꝰ iterũ ꝗ roretur donec madefiat:poſtea expandatur vt exiccetur deinde aſſetur aſſatione modica:⁊ ponatur in ſacculo panni aſperi:⁊ fricetur multum donec excorticetur:deinde mũdetur a corticibus:⁊ molatur cum molis ⁊ fiat alrachine:⁊ decetero trahatur oleũ ſicut de amigdalis. Et qñꝗ trahit oleum p̃terꝗ̃ excorientur:⁊ eius operatio eſt.vt aſſetur primo ſiſamus:deinde molatur et fiat alrachine ; et trahatur oleum ſicut diximus.

OLeũ de ſemine lini cõfert ad ſpaſmũ et lenit duriciem neruoꝝ ⁊ iuncturarũ:⁊ eſt medicina magna egritudinibus ani.ſicut ſunt ap̃ata ⁊ emorroyde:⁊ ragadie ⁊ dolori pulſatiuo. Et modus operationis eiꝰ eſt ſicut olei ſiſamini preterꝗ̃ non oportet vt excorientur ſemina lini.

OLeum de granis papaueris cõfert febri ⁊ ſahare:⁊ lenit pectus multe aſperitatis:et impinguat et fit ſicut de ſemine lini.

OLeũ de ſemine lactuce valet ſicut oleũ papaueris. Et modus operationis eius eſt ſicut illius.

OLeum de ſemine cucurbite citrulli.⁊ cucumeris et melonis cõfert febribus inflãmationũ:⁊ oi inflammationi ⁊ ardori vrine.⁊ ſũt efficacia. Et modus operatiõis eoꝝ eſt ſicut diximus de ſiſamo excorticato ſiue ſeparatim:ſiue cõiunctim facere decreueris. Ex multis aũt ſeminibꝰ olea fieri pñt ⁊ habent virtutem ſeminũ eorum de ꝗbus ſermonem nõ edimus et ex multis nucleis fructuũ ſiľr et ex multis fructibus.quorum operatio ſimilis eſt eoꝝ que diximꝰ. Fiũt aũt olea per impreſſionẽ ſicut imprimit forma ſigilli i re habili ſuſcipere illam ⁊ ꝓprie qñ aliquid ſtans ſicut materia ponitur in neceſſitate factum habile vt ſuſcipiat ꝟtutem quã res alia ſortita eſt a ſpecie ſua,⁊ modi oleorũ hu=

ius ꝑparationis diuerſi ſunt:et nos harū diuerſitatū modos multos trademus ſi deus voluerit.

OLeum roſatū cõpletū eſt cõfortatiuū.ꝛ reſolutiuum cõuenięter lenitiuū ꝛ ſedatiuū.Rude vero eſt extinctiuū inflãmationum cõfortatiuum aggregatiuū inſpiſſatiuum et ꝓhibitiuum curſuū ꝓpter ꝙ potentiſſimū eſt potatū ad diſſinteriā ꝛ ad fluxum materierū ꝑ corpus.ꝛ differt cõpletū a rudi qm̃ cõpleti materia eſt ex oliuis cõpletis ꝛ folijs roſarū cõpletarū.Rudis aũt materia eſt ex oliuis quibus nondū accidit cõplexio ꝛ maturatio.ꝛ ex folijs que non reſerarunt nodos ſuos.Et modus cõpoſitionis ei⁹ eſt vt accipiatur oleum de oliuis:aut oleum ſiſaminū recẽs lauetur cū aqua fontiū lauationib⁹ pluribus.Deinde accipe folia roſarū rubeaꝝ recẽtiū cõtuſarū quãtitatẽ ſufficiẽtem:ꝛ ſepelias in oleo ꝙ mõ lauiſti:ꝛ recõde ĩ vaſe vitreo:ꝛ obtura orificiū eius:ꝛ exponas ſoli per dies.vij.Deinde coque in vaſe duplici per horas tres.Deinde fac ꝑmutationem:folioꝝ roſarū:ꝛ vtere alijs recentibus:et dimitte ꝑ alios dies.vij. Deinde exerce coctionem in eo ſicut feciſti prius et fac denuo permutationẽ folioꝝ roſarum:ꝛ proijce ſup illud aque infuſiõis roſarū quã tradidim⁹ in cap̃lo de ſyrupis ſicut q̃titas olei:ꝛ ſtringe orificium vaſis.ꝛ dimitte in ſole ꝑ dies.xl. deinde excola:ꝛ iterū expone ſoli:ꝛ dimitte tp̃e extenſo.

MOdus oꝑationis eius alius eſt:ꝛ acq̃ritur ex hoc qđ ſit reſolutiuū magis.Accipe ſucci roſarū:ꝛ aque infuſionis roſarū ꝑdicte:añ.partẽ.j.olei loti et ꝑparati ſicut diximus partes tres:folioꝛum roſarū cõtuſarū quãtū ſufficit recõde in vaſe vitreo:ꝛ expone ſoli ſicut diximus. Deinde operare de decoctione eius.ꝛ ꝑmutatione folioꝝ roſaruꝫ: et expoſitione in ſole ſm̃ quod diximus de permutatione ſucci:ꝛ aque infuſionis: ꝛ hoc fiat bis.Ultimo vero oleum ſolum cū ſucco roſarū.et aqua infuſionis earum recondat in vaſe et exponatur ſoli per.xl.dies.

TErtius modus oꝑationis ei⁹ eſt.Accipe amigdalaꝝ dulciū purgatarū quantitatẽ aliquã:ꝛ tere in pila cõtritione vltima.Deinde quãtitatẽ aliquã earū cū folijs roſarum tritis iterū ꝛ fac paſtones:ꝛ dimitte in loco calido ꝑ diem vnum.Deinde iterum tere ꝛ malaxa in pila malaxa-

tione vltima ſine intermiſſione:et fundatur ſuper illud aq̄ infuſionis roſarum calide parum:⁊ indeſinenter malaxa: et manabit oleum.Ultimo vero malaxa et exprime in ſay=nari.Cum autē expreſſeris totum pone in vaſe vitri:⁊ ſtringe os eius ⁊ expone ſoli:⁊ vtere quando oportet.

Modus operationis ei⁹ quart⁹ eſt ſm̄ quod hic proxime dixim⁹ de operatione eius cum amigdalis.hic tn̄ dicendum eſt fieri debere cum ſiſamo excorticato.Sȝ amigdale ſunt melior materia ad oleum roſatū rude:⁊ ſiſamū ad oleum ro ſatum completum.

Oleum camomillinum eſt oleum benedictuȝ expertorū iuuamentorum.Et enim reſolutiuum conueniens ſedatiuum dolorem:et eſt in eo ꝓhibito curſuum materierū ꝓpter ſtipticitatē eius modicam ⁊ confortat neruos ⁊ confert doloribus eorum ⁊ cōfortat neruoſa.omnia.Et modus operatiōis eius eſt ſicut olei roſati preterq̄ oportet vt fiat cum oleo de oliuis cōpleto:aut oleo ſiſamino cum illis modis preparationum quos diximus.

Oleū violatū inflāmationes ſedat vbicūq̄ ſint:et lenit aſperitates etiā pectoris ⁊ pulmonis:et ſedat apata calida ⁊ pleureſim.Et modus opationis eius eſt ſicut olei roſati excepto q̄ debet fieri cum oleo viridi aut amigdalino:aut ſiſamino cū illis modis operationū quos diximus.

Oleum anetinum eſt ſedatiuum doloꝝ:reſolutiuū prouocatiuum ſudoris:quare confert rigori febris inunctum in ſpina:⁊ membris neruoſis ꝓuocat ſomnū ⁊ cōfert dolori capitis:⁊ reſoluit apoſtemata ⁊ durities ⁊ mod⁹ operationis eius eſt ſicut olei de camomilla.

Oleum de lilio cōfert dolori pectoris ⁊ ē ſedatiuū dolorū qui fiūt a frigiditate:⁊ cōfert dolori matricū ⁊ frigiditati ei⁹ ⁊ calefacit renes ⁊ veſicā ⁊ cōfert colice.Et mod⁹ cōpoſitiōis ei⁹ ē ſicut olei camomillini ꝑterq̄ opȝ:vt citrinitas eoꝝ tota abijciaṫ. Et ſecūdus modus opationis eius eſt.Accipe ex folijs liliorū ℥.viij.maſticis:calami aromatici:coſti:carpobalſami.añ.℥. ſ.gariofilloꝝ:cynamomi.añ.℥.ſ.croci.ʒ.iij.Omnia ꝑter folia lilioꝝ infundantur in aqua ſufficiēti:⁊ dimittātur die ac nocte:poſtea bulliāt ebullitiōe vna aut duab⁹.Deinde ꝑs

ũce olei ſiſamini ſup ea: aut olei de oliuis cōpletis .lib.ij. et pōe in vaſe vitreo cū folijs lilioꝝ. ⁊ dimitte in ſole p dies .xl. deinde cola et admiſtra. Oleū aūt d' elilio qñ fit ex lilijs: ⁊re os eſt magis reſolutiuū calefactiuū penetratiuū. Factū aūt ex lilijs notis: eſt magis ſedatiuū ⁊ lenitiuū et maturatiuū.

OLeum ⁊rinum eſt abſterſiuum reſolutiuū: ⁊ maturatiuū: ⁊ ſedatiuū dolorum frigidorum. ⁊ ſubtiliatiuum et maturatiuum materierum que ſunt in pectore et pulmone. ⁊ ꝯfert doloribꝰ epatis ⁊ ſplenis ⁊ calefacit ea. Et ꝯfert doloribꝰ iuncturarū ⁊ lenit durities eaꝝ ⁊ apoſtemata dura ⁊ ſcrofulas. et confert dolori et frigiditati matricis. iuuamentum manifeſtum. Et confert ſpaſmo et diſtillatur in aurem et confert dolori ipſius et fetori narium. et fit hoc modo. Accipe radicum eius quantitatem aliquam et florum eiꝰ duplū. ⁊ aque decoctiōis radicū eius quātū ſufficit. ⁊ funde ſuper ea oleū ſiſaminū. aut de oliuis maturis quantū opꝫ. ⁊ decoque in duplici vaſe. Deinde permuta radices et folia liliorum. ⁊ fac vt diximus de oleo roſato.

OLeum ſambucinum lenit et mundificat cutim et confert doloribus neruorum et confortat eos. Et fit ſicut oleum roſatum.

OLeū de cheiri quod ex cheiri citrina fit eſt melius et ſubtilius: deinde qđ ex alba. eſt autē oleū de cheiri reſolutiuum ſedatiuum dolorum qui ſunt in neruis et iūcturis pectore renibus et veſica et fit ſicut oleum de camomilla.

OLeum de papauere ſedat dolores calidos et facit somnū: ⁊ fit ſicut oleū violatū ⁊ proprie ex floribus eius et capitibus papaueris et folijs ipſius.

OLeum de lactuca. Confert ſicut oleum de papauere: ⁊ fit ſicut illud.

OLeum de melliloto confert ſicut oleum de camomilla: ⁊ fit ſicut illud.

OLeum de nenufare confert ſicut oleum violatum ⁊ fit ſicut illud.

OLeum de cucurbita cōfert ſicut oleum de nenufare: ⁊ fit ſicut illud. Preter quod fit ex ſucco raſure cucurbite et floribus eius ⁊ oleo.

## De oleis.

OLeum de citoniis ſtomachum et mēbra nutrientia cōfortat et neruos quibus accidit laxitas: prohibet multitudinem ſudoris: et fit hoc modo. Accipe carniū citoniorū tritorum cum cortice ſuo. quibus medietas accidit maturatio et ſucci eorum. añ. partes equales olei ex oliuis incōpletis quātū ſufficit pone in vaſe vitreo per dies. xv. ad ſolem. deinde coque in vaſe duplici per horas quattuor. poſt illud fiat permutatio citoniorū et ſucci eorū et fiat ſicut diximus bis vel ter. deinde cola et reconde.

Oleum myrtinum ſtomachum et cor cōfortat et neruos: et fit ſicut illud oleum de citoniis.

Oleum de pomis rabiole labiole: et ſunt poma mandragore et cōfert inflāmationibus oībus: et facit ſomnum. Et fit hoc modo. Accipe expreſſionis eorū cōpletorū et oleū ſiſami: añ. ptes equales. decoq̄ in vaſe duplici vſq ad ſucci cōſumptionē. deinde iterū cum tantundē expreſſionis decoque ſicut prius: et ſic tertio. deinde recōde et vtere.

Oleū de enula ē calefactiuū ſubtiliatiuū et reſolutiuū et ɔfert rigori febriū et ad egritudīes neruoꝝ frigidas matricis et veſice et reſoluit morbos vētoſitatū et colicā vētoſam: et fit hoc mō. Accipe radices enule ɔtuſe et ſucci eiꝰ radicis et olei ſiſami: añ. ptes eq̄les: odoriferi vini ptē. ß. Fac ſicut diximꝰ i oleo myrtino. Alius modꝰ operatiōis eiꝰ eſt. Adde ɔmixtioni predicte folioꝝ lauri cordumeni ſpice ide calami aromatici maſticis: añ ſextā partis vnius et decoque ſicut diximꝰ.

Oleum de cynamomo confert. ſicut oleū de enula et modꝰ operationis eius eſt ſicut illius:

Oleum de ſauina confert ſicut oleum de enula et eius operatio eſt ſicut illius.

Oleum de pulegio cōfert ſicut illa et fit ſimiliter.

Oleum de ruta renes et veſicam et matricem calefacit et cōfert doloribus eorum et dolori laterum. Et modꝰ operationis eius eſt ſicut olei myrtini.

OLeū nardinū eſt oleū benedictū multorū iuuamen toꝝ et ꝓprie ad oēs egritudines frigiditatis et vētoſitatis et ꝓprie neruorū ſtomachi et epatis et ſplēis renū veſice et matricis et ɔfert dolori auris vētoſe et dolori capitis et emigranee ſm oēm modū adminiſtratiōis eiꝰ et ſa

cto ex eo caputpurgio purgat caput et colorē efficit bonū ⁊
corpis odorē. Et fit ita. Accipe ſpice aromatice. ℥. iiij. vini et
aque: añ. ℥. ij. ⁊. ß. olei ſiſami. li. ß. decoquātur in vaſe dupli-
ci lento igne quaſi ꝑ horas q̄ttuor ⁊ frequenter moueatur.
¶ Secūdus modꝰ opationis eius eſt: accipe ſpice ide. ℥. iij.
ſanſuci. ℥. ij. xiloaloes enule folij indi calami aromatici fo-
liorū lauri cyperi ſquinanti cordumeni: añ. ℥. j. ⁊. ß. pijciant
ſuper ea prius ꝙ̄ fuerint cōtrita vini ⁊ aque fontis quantū
ſufficit olei ſiſamini. lib. vj. de ide fiat ſicut primū ⁊ coquat
horis. vj. et agitetur omni hora. ¶ Tertiꝰ modꝰ opationis
eius eſt. Accipe ſpice inde. ℥. iiij. ſtoracis gariofilorū: añ. ℥.
iij. nucis muſcate. ℥. v. olei balſami. ℥. vj. olei ſiſamini. li. iij.
Fiat ſicut illud ⁊ coquatur horis. v.

Leū maſticinū confortat ſtomachū neruos epar ⁊ iun
o cturas et lenit apoſtemata dura ⁊ ſedat dolores. Acci
pe maſticis. ℥. iij. olei ſiſamini: chiſt. j. coque in vaſe du
plici. ¶ Secūdus modus operationis eiꝰ eſt. Acccipe olei
roſaꝝ. ℥. xij. maſticis. ℥. iij. vini bōi. ℥. viij. i alio. iiij. decoque
ſicut primū ad vini conſumptionem.

Leū de ſtorace cōfert doloribus iuncturarū ⁊ neruo-
o rū a frigiditate ⁊ mrīcū ⁊ renū ⁊ veſice ⁊ calefacit ea et
lacertos. Accipe olei ſiſamini. ℥. xij. ſtoracis. ℥. iij. vł. iiij. Fac
ſicut oleū maſticinū. deiñ coletur ⁊ adminiſtret̄.

Leū coſtinū neruos ⁊ lacertos calefacit ⁊ apit oppila-
o tiōes eorū et cōfortat oīa membra neruoſa et cōfert ſto
macho ⁊ epati et cōfortat capillos et prohibet caniciē
et facit colorē ⁊ odorē corpis bonū et fit ita accipe coſti ama
ri. ℥. ij. caſſie. ℥. j. extremitatū ſā̄ſuci. ℥. viij. vini odoriferi quā̄
tū ſufficit ad infundēdū noctibꝰ duabꝰ olei ſiſamini. li. iij.
decoq̄tur ſicut oleū nardinū horis. vj.

Leū de alchanna cōfortat mēbra neruoſa ⁊ capillos ꝓ
o hibet a canicie. Accipe florum alchāne. ℥. iiij. olei an-
tiq̄. ℥. x. fiat ſicut oleū roſatū. In defectu aūt florū fiat
cū folijs. Et iteretur coctio eius cum modico vino.

OLeū de ſanſuco cōfert dolori capitis ⁊ cōfortat et cale-
facit neruos ⁊ cōfortat ſtō3. ⁊ fit ſicut oleu3 de myrto.

Leum de mezereon confert hydropiſi ⁊ vlceribꝰ frau
o dulentis ⁊ abſtergit feditatem cutis. ⁊ fit hoc modo.

Accipe foliorum almezereō.ℨ.iiij.⁊ proijce ſuper ea aque. lib.j.et dimitte die ac nocte.deinde fundatur ſuper ipm lactis dulcis ⁊ recentis.ℨ.vj.olei ſiſamini.ℨ.viij.coquatur vſqꝫ ad lactis et aque conſumptionem.deinde coletur ⁊ reponatur.

Oleum de alhaſech: ⁊ eſt oleū ſericinū cōfert dolori re= nū veſice iliorū et difficultati vrine ⁊ proprie iniectū ꝑ foramen virge aut facto ex eo clyſteri: ⁊ fit ita. Accipe alhaſech.ℨ.iiij.zinziberis.ℨ.j.⁊.ß.funde ſuper ea in vaſe vitrea= to ſucci extremitatum alhaſech.ℨ.iiij.olei ſiſamini.ℨ.xiiij. aque dulcis q̄tum ſufficit: ⁊ decoque vſqꝫ ad aque conſumptionem. ¶Modus alius quod bibitur et iungitur ſuper loca dolentia et fit ex eo clyſtere. Confert dolori iuncturarū et confortat eas et confert debilitati renum et veſice dorſi et dolori illorum et colorem efficit bonum et auget deſide= rium coeundi. Cuius doſis eſt.ℨ.j.cum rob.aut cum vino: aut cum aqua mellis accipe olei ſiſamini et ſucci alhaſech et lactis vaccini recētis: añ.li.ij.albarum penidiarum.ℨ.v. zinziberis albi.ʒ.xij.et decoquatur vſqꝫ ad ſucci et lactis cōſumptionem et adminiſtretur.

Oleum de cucumere aſinino confert cū virtute dolori iuncturarū et fit ex eo caputpurgium ad dolorem ca= pitis emigraneam et epilepſiam ⁊ valet ad fetores nariū et diſtillatur in aures propter ſcrofulas ⁊ cōfert ſurdi= tati et delet pānū et veſtigia nigra. Et mod⁹ compōnis ei⁹ eſt: accipe ſucci cucumerum cōpletorū olei ſiſamini.añ.partes eq̄les coque vſqꝫ ad ſucci cōſumptionē. ¶Modus alius eſt.accipe ſucci radicum eius et radicū eius cōtritarū: añ. li.ß.olei ſiſamini.li.j.coquatur ſicut diximus et adminiſtretur.

Oleum de pomis citranguli cōfert doloribus iuncturarum et allelégi: accipe poma citrāgulorum.xij.et ſint proprie antiqua: et pone ea integra in vaſe figuli vi= treato et funde ſuper ea olei de oliuis: aut olei ſiſamini.ℨ. xxvj.aut pl⁹ ſm magnitudinē et puitatem citrāgulorꝫ et aq̄ fontiū ⁊ aq̄ maris añ.lib.j.coquātur ad cōſumptionē aque deinde funde ſup ipm aq̄ dulcis clare li.j.⁊.ß.⁊ pijce ſuper ea penidiarū albarū.ℨ.viij.decoque vſqꝫ ad aq̄ conſumptionē ⁊ adminiſtretur in potibus et cibis et pulmentis. de farina doſis eius eſt ab.ℨ.j.vſqꝫ ad.iij.

OLeũ de croco ꝯfert doloribꝰ neruoꝝ ⁊ cõfortat eos ⁊ lenit duritiẽ eoꝝ et confert ſpaſmo et dolori matricis ⁊ colorē efficit bonũ Quod ſic fit. Accipe croci.℥.j.myrrhe pure.ʒ.iiij.cordumeni.ʒ.ix.calami aroma.ʒ.viij.Infundãtur medicine in aceto diebus.v.ꝑter cordumeni.Die ſexta proyciat̃ ſuꝑ ea cordumeniꝰ ⁊ dimittatur die.j.Deinde fundatur ſuꝑ ea olei lib.j.⁊.ß.⁊coquatur lento igne vſq; ad aceti conſumptionẽ ⁊ ſunt qui loco aceti vinum ponunt.

OLeum de piperibꝰ expertum: ad egritudines neruoꝝ frigidas ſicut eſt paralyſis ſpaſmus tortura tremor: ⁊ mollificatio et confert ad epilepſiam et veram ſciaticam et dolori iuncturarum et dorſi et colicam et aperit oppilationes.Et confert matrici iuuamentum manifeſtũ ⁊ calefacit eam: et confert humiditati eius: ⁊ confert dolori ani a frigiditate ⁊ dolori renum ⁊ veſice et frangit lapidem ⁊ modus cõpoſitionis eiꝰ eſt: accipe triumpiperũ.aã.℥.iij.chebuloꝝ belliricorum emblicorũ ⁊ indorũ.aã.ʒ.v.radicũ apij fenicu li.aã.ʒ.iij.⁊.ß.ſerapini oppoponaci iuſquiami albi.aã.ʒ.ij.⁊.ß.turbith albi boni.ʒ.xij.zinziberis.ʒ.iij.caulis recẽtis haſech humidi folioꝝ rute humide q̃tum de ſingulis manu capi põt.Decoquatur oĩa poſt cõtritionẽ earũ cũ aqua.li.xxiij.vſq; ad tertiã ꝑtem.Deĩde colet̃ ⁊ ꝓijciat̃ ſuꝑ ea olei d̃ cherua emine.ij.⁊ coquat̃ vſq; ad ꝯſumptionẽ aq̃ ⁊ ſunt ex hoĩbꝰ q̃ addũt in eo ireos.ʒ.vj.tapſie.ʒ.ij.aniſi cordumeni aã.ʒ.j.⁊.ß.calami aroma.ʒ.ij.⁊.ß.⁊ ſpice ide.ʒ.j.expreſſiõis alhaſech ſextaria.ij.Admiſtret̃ vbi opꝫ ⁊ ſũt q̃ loco olei de. cherua ponũt oleũ ꝛrinũ aut oleũ de cheiri aut oleum de amigdalis amaris.aut ex omnibus partes conuenientes.

OLeũ d̃ euforbio ẽ medicĩa ſolẽnis ad egritudĩes neruoꝝ frigidas ⁊ dolori eoꝝ ⁊ dolori iũcturaꝝ ⁊ dolori epatis ⁊ ſplenis ⁊ fit caputpurgiũ ex eo ad ſodã emigraneã ⁊ litargiã.Qđ ita fit: accipe euforbij.℥.ß.olei d̃ cheiri.℥.v.vini odoriferi tantũdẽ decoq̃ vſq; ad vini ꝯſumptionẽ ⁊ vtere.¶ Alius modꝰ: accipe ſtaphiſagrie ꝯdiſi: aã.ʒ.iiij.piretri.ʒ.vj.calamẽti mõtani.ſicci.ʒ.xij.coſti.ʒ.x.caſtorei.ʒ.v.Tere ⁊ decoq̃ in vaſe vitreo cũ vini odoriferi.li.iij.⁊.ß.poſtq̃ĩfuſa fuerit in eo diebus duobus vſq; ad mediũ vini.Deinde frica manibus fricatiõe ve

hementi ⁊ cola ⁊ funde ſup ipſm olei de cheiri aut olei ſiſamini.lib.j.⁊.ß.Et decoque vſq ad cōſumptionē vini.Dein de proijce ſup ipſum euforbij recentis ⁊ albi triti cōtritione vltima .ʒ.iij.et coquatur cum eo ⁊ vtatur.

Oleum vulpinū ⁊ eſt medicamē nobile vltimū ad arteticam ⁊ podagrā ⁊ dolorē renū ⁊ dorſi ⁊ modus operationis eius eſt:accipe vulpē integrā cuius īteriora ſint euulſa:⁊ pone in vaſe ⁊ funde ſup ipſam aque fontium et aque marine:añ.chiſt.j.olei antiqui clari chiſt.ij.et.ß.⁊ decoque lento igne cum ſalis.ʒ.iij.vſq ad aque cōſumptionē.Deinde pone in vaſe ⁊ proijce ſuper ipſam herbe aneti ⁊ halſſech: añ.lib.j.⁊ funde ſup ea aque dulcis vbi cocte fuerint ex eiſdem herbis:añ.manipulū.j.decoque ſicut prius vſq ad aque conſumptionē ⁊ adminiſtretur.Eſt enim mirabile:⁊ qñq preter oleum coquitur vulpes in aque fontium ⁊ aqua ſalſa ⁊ ſit aque q̄titas multa cū eiſdem herbis ⁊ adminiſtretur lauando in tina:⁊ eſt efficax.Hoc quoq non p̄termittimus q vulpes tā diu debet coqui:ſiue in faciēdo oleum ſiue aquā ad abluendū donec diſcocta ſit vt eius artus oēs laxantur ⁊ diſſoluantur.

Oleū de ſerpentibus mūdificat cutim et ſanat impetigines qd ita fit.℞.ex ſerpētib⁹ nigris circiter lib.ij.⁊ ſint ſerpētes nigri itegri⁊ fūde ſup eos olei ſiſamini:chiſt j.et.ß.et pone in vaſe terreo vitreato ſtricti orificij:et ſigil la orificium vaſis ⁊ decoque lento igne vſq dum diſſoluantur ſerpētes ⁊ caueat ſibi operator a vapore eius ⁊ cum coctū fuerit dimittatur infrigidari ⁊ recōdatur in vaſe vitreo ⁊ adminiſtretur liniendo cū penna.

Oleū de ſcorpionibus lapidem in renibus ⁊ veſica frāgit et expellit eum ⁊ ꝓprie in renibus et femore et ſupra collum veſice inſictum ⁊ iniectum p virgā:expellit em̄ eū ⁊ modus operationis eius eſt.℞.ſcorpiōes circiter.xx. vel plus vel minus ſm q̄titatē eorū et pone in vaſe vitreo ⁊ funde ſup eos olei amigdalarū.li.ij.⁊ ſtringe caput vaſis et dimitte in ſole diebus.xxx.Deide cola ⁊ vtere.¶Mod⁹ operatiōis eius alius eſt.℞.ariſtologie rotūde gētiane cyperi corticū radicis capparis añ.ʒ.j.fūde ſup ea olei amigdalarū amararū:chiſt.j.et pone in ſole.xx.diebus.Deinde

proijce

projice ſup ea ex ſcorpionib9 a.x.uſq; ad.xv.⁊ iterū ſtrige ori ficiū vaſis ⁊dimitte i ſole p dies.xxx.Deīde colet ⁊reponat eſt em̄ mirabile de q̄ patiēs poſtq̄ tina egredit vnguat ſi cut dixim9 ⁊ ex eo p virgā inijciat modicū hora poſt horā.

Oleū de ranis confert dolori artetico ⁊ podagre cali dis ⁊ inungitur ſu tēpora febribus inflāmationum et facit ſomnum q̄ ita fit.℞.ranarum antiquarū: capitum circiter.li.ſ.et fūde ſup ea i vaſe vitreo olei ſiſamini chili. ſ.et obtura orificium vaſis:⁊ decoque ſicut diximus i oleo ſerpētino.ex multis aūt rebus fiūt olea ſm hūc modū que rerū ex quib9 fiunt virtutem habent:de q̄bus multi ex ſa pientibus ſcripſeruntt in quibus ſermonē non extendim9.

Iſtū aūt olea p reſolutionē diuerſis modis:de q̄b9 ſer monē aggrediemur cū dei ſpūs largitate:⁊ponem9 ex planationes mirabiles.de q̄bus ſermone latiori loquunt: q̄ que ſunt occulta in rebus manifeſtant et detegunt : hos quoq; aggredere rei huius cupidus tam famoſe cū illis.

Oleum de ouis in multis exptū eſt. Cutim mūdificat: et impetiginē et ſerpiginem et alios morbos cutis cu rat:et facit naſci capillos ⁊ cōfert fiſtulis ⁊ vlceribus malis et fit hoc modo.accipe vitella ouorū elixatorū circiter.xxx. et comminue ea manibus et pone in ſartagine lapidea et frige ſuper ignem mouendo cum ligneo:aut ferreo coclea ri donec rubeſcant et reſoluatur ab eis oleum.et tunc exp̄ me ea cum coclcari et manabit abundantius.

¶Alius modus eius cōpoſitiōis eſt.℞.vitella ouorū elixa ta.Cōminuantur molendo cū mola.Deinde malaxētur ſi cut dixim9 in capitulo de oleo amigdalino:⁊ manabit oleū.

¶Tertius modus eius eſt vt diſtilletur in cazola.⁊ a lābi co ſicut in oleo phorum dicemus.

Oleū de frumēto impetigines et cutis aſperitates cu rat.¶Modus o perationis eſt.Pone frumentum ſup laminam ferream et ſuper ipſum aliam laminam ferream ignitam non multum:⁊ comprime ⁊ manabit oleum.

¶Secundus modus ponatur frumentum excorticatū in vaſe ſublimationis.et fiat ſicut dicemus.

Oleum ſinapinū confert doloribus frigidis.⁊ litargie et obliuioni.Et fit ſicut oleum de frumento.

OLeum de iunipero confert infectionib⁹ cutis et malo
mortuo tybiarum. et ſerpigini et cancro et vulnerib⁹
malis. Accipe ex lignis iuniperi quātitatē ſufficientem. et
ſcinde in fruſta. et imple ex eis dolium magnum vitreatū
interius cuius orificiū ſit arctum. et fac foueā in terra: et
prepara parietes eius cum terra figuli. Deinde pone ollā
vitreatam ex directo in fundo fouee habentē orificiū am-
plum. et cooperiatur lamina ferrea ſubtili pforata forami-
nibus multis ſicut cribratoriū tritici. ita ꝙ lamina vndiqꝫ
olle orificium coopiat. Deinde ſup laminā p̄parec orificiū
dolij ex inuerſo. ⁊ p̄parec cū terra figuli. vt nihil ex vtriuſqꝫ
orificijs reſpiret. poſt illud accende ignē ſup totū corpus
dolij et dimitte ardere ſic p horas duas. manabit enim ex
arte h ac oleum qd reconde. et adminiſtra vbi oportet.

OLeum fraxininum valet ſicut oleum de iunipero ⁊ cō
fert ſpleni et fit ſicut illud.

OLeum de gagatis eſt oleum ſacratum conferens de-
moniacis epilepticis: paralyticis ſpaſmoſis: tetano-
ſis arteticis. et confert iuuamentum magnū p̄focatiōi ma-
tricis. ⁊ adiuuat ad ꝯceptū. ℞. ex lapidib⁹ gagatis quātū
vis. ⁊ fac ex eis ſicut dixim⁹ in oleo de iunipero. ¶ Secūd⁹
modus eſt cum opere ſublimationis vt dicemus.

OLeū philoſophorū eſt oleum in quo cōcordati ſunt
antiq. ⁊ verificauerunt eſſe olum ſecretorū iuuamē
torū. Alij illud oleū ſapientie dixerunt. ⁊ alij oleum
benedictū. ⁊ alij diuinū. ⁊ alij vero ſanctum. et a pluribus
oleū perfecti magiſterij vocatum eſt: et ē in eo virtus cale
factiua reſolutiua penetratiua conſumptiua ſuperfluita-
tum: et confert epilepſie vertigini: obliuioni ⁊ paralyſi iu-
uamentum magnū: ⁊ dolori ſplenis renum et veſice ⁊ ma-
tricis: ⁊ egritudinibus neruorum ⁊ iuncturarum frigidis:
podagre ⁊ dolori dorſi: et genuū. Eſt autem eius aliud qd
fit a natura: et profert illud minera: alias mare. et eſt loc⁹
manationis eius in inſulis: et ſcopulis maris: et vocatur
napta. Cuius tres modi ſunt: eſt enim quoddam ſubalbi-
dum: ⁊ quoddam ſubrubeum: tenue: et aliud groſſum ſub
nigrum. Subalbidū vero eſt melius alijs. Subrubeū eſt
poſt illud. Aliud vero poſtea: ⁊ eſt aliud quod fit ab arte et

modus operatiõis eius eſt. Accipe ex lateribꝰ antiq̄s multẽ antiquitatis: ⁊ ꝓprie factis ex terra rubea: ⁊ comminue eos in fruſta: ⁊ accende ſuper eos igneȝ carbonũ ſine fumo vſq; dum inflãmentur: ⁊ rubeant. Deinde ſubmerge eos in cõca plena oleo de alchichil: aut oleo antiquo claro vſq; dũ imbibant imbibitione vltima: ⁊ pone ĩ cazolis: ⁊ permitte exiccari per ſe poſt illud cõminue eos cõminutione vltima ⁊ pone in cazola. ⁊ ſigilla orificiũ cazole cũ orificio alẽbici: ⁊ ſigilla cum luto alchimiſtarũ: ⁊ pone in fornace: cuiꝰ ignis ſint prune: et coquatur vſq; dum diſtilet oleum: ⁊ tu ordinabis vas ſub roſtro alẽbici in quo fluat oleũ. Deinde reconde illud: ⁊ ſtringe orificiũ vaſis in q̄ recondis ⁊ adminiſtra vbi opꝫ: ⁊ q̄to antiquius tãto melius.

¶ Joannis nazareni filij Meſ. grabadin medicinarũ vniuerſalium explicit.

¶ Particulariũ autẽ medicinarũ cũ dei auxilio librũ incipimus qui eſt ſequens.

¶ In noĩe dei miſericordis Joãnis nazareni filij Meſue. grabadin medicinarũ particulariũ Incipit.

Sanat ſolus lãguores deꝰ ⁊ de frugalitatis ſolio ꝓduxit ĩ largitate ſua medicinã bñdictus glorioſus ⁊ excelſus. Tñ th auxiliari nõ deſinẽs: curãdi doctrinã timẽtibꝰ eũ explicauit. totꝰ igit̃ dei timor ꝑueniat ⁊ ꝑncipiet opa tua: ⁊ felicitabit ea: tñ ꝯſidera ne te amor aut odium circumueniat vt declines a recto. Eſt eñ excelſus glorioſus q̄ iudicat. Sũt ⁊ celi q̄ arguũt. Elementa que ſeuiunt. Et ſi nõ aliud ſuper eſt ĩ poſterũ cruciatus gehenne. Inquit Sal. Nolite prauarũ egritudinũ onus ſuſcipere: ne mali medici nomẽ ſubeatis: per omnia o tu corporum curam gerens auxiliari ne differas: quia ſemel perẽpti nulla deinde ſuffragia proſunt. Ratio clamat ad iudiciũ ſi miſericordiam deſeris ſtulte: de large tributis gaudens parua negans. Triſtẽ igitur te cerne habentem irritum donum dei: vt ſi abundanter de ipſius largitate ſuſcipis ne parcus eſto: ꝓ vnum eñ plura: et magna exuberant. Deum in cunctis prepone: ⁊ preponet te. Honora eum: ⁊ honorabit te. Time eum et ſecurus cuncta

experieris. Ne diuertas dū recta potes. Nomē eīn rē hñs medici: quē nulla mouent: quē ⁊ cōstantia moꝝ: īceſſus grauitas ⁊ ſermonum onus inſignit. Geſtiunt munera bñ q̄dē ad vitam. Sed melius eſt nomen preclarum cunctis diuitūs. Nimirū exultat ꝙ experta hꝫ ille multa q̄ nūꝙ̄ tractauit. Jō expta tua ſunt in qbꝰ ꝯſiderationē feciſti.

¶ Triſectū erit opꝰ hoc qđ aggredioꝛ. Et pria erit ſectio eiꝰ de medicinis egritudinū pticulariū q̄ ſunt a capite vſq; ad pedes. Scđa de medicinis egritudinū vniuerſaliū. Tertia de medicinis q̄ ſunt ad oꝛnādū ⁊ decoꝛādū.

¶ Prima igitur ſectio cōtinet .v. particulas.

¶ Pria eſt de medicinis egritudinū mēbꝛoꝝ capitis.
¶ Secūda de medicinis egritudinū mēbꝛoꝝ ſeruiētiū ſpūi.
¶ Tertia de medicinis egritudinū mēbꝛoꝝ nutritiōis.
¶ Quarta de medicinis egritudinū mēbꝛoꝝ expulſionis.
¶ Quita de medicinis egritudinū iūcturarū.

¶ Secūda ſectio cōtinet q̄ttuoꝛ particulas.

¶ Prima eſt de medicinis ad febrē.
¶ Secunda de medicinis apoſtematū.
¶ Tertia de medicis ſolonū ꝯtinuitatis ⁊ ſepatiōis ꝯtinui.
¶ Quarta de venenis.

¶ Tertia ſectio ē ſūma ſingularis. Et ſic capit hoc opꝰ i toto ptículas .x. quas p ſūmas diſtinguimꝰ: ⁊ p capitula cū auxilio ⁊ grā ſpūs dei bñdicti ⁊ glorioſi.

¶ Prima aūt pticula ſectionis prie ꝯtinet .viij. ſūmas.

¶ Summa pria de medicinis egritudinū capilloꝝ.
¶ Summa ſcđa de medicinis egritudinū cutis capitis.
¶ Summa tertia de medicinis egritudinū cerebri.
¶ Summa q̄rta de medicinis egritudinū neruoꝝ.
¶ Summa q̄nta de medicinis egritudinū oculoꝝ.
¶ Summa ſexta de medicinis egritudinū auriū
¶ Summa ſeptia de medicinis egritudinū partiū naſi
¶ Summa octaua de medicis egritudinū oꝛis.

¶ Repleat igit̄ ſpūs dei ꝑcepta hec miſericoꝛditer grā ſua. Et ſcđm q̄s ex terra medicinas ad vſus īdigētiū edidit ſecūditate ꝓferat ſalutē. Quā ſine ipſo nihil icolume: ⁊ ab ipſo ſanatiuum omne.

¶ Particula pria ſectionis prime de caſu capilloꝝ.

Cura hui⁹ egritudinis eſt tres res. Pꝛia ē oc cupatio circa capitis mūdificatiōne ſi ē ma teria ledēs ꝛ ꝑyꝛie cū eis que dicemus iaȝ. Scđa eſt regimē cibi ꝛ pot⁹ ꝛ aliorū emēdā tiū malitiā cōplexiōis: ꝛ gñantiū humores laudabiles. Tertia eſt adminiſtratio medi cinarū caſum eorū ꝓhibentiū ꝛ ex eis eſt medicamē galieni valēs ad caſuȝ capilloꝝ: ꝛ initiū caluici. Et mod⁹ opationis ei⁹ eſt. ℞. ſucci extremitatū myrti humide ꝛ ſucci oliuarū ſil ueſtrium. añ. ℥. ij. roſaꝝ ſiccaꝝ. ℥. ß. abſinthij romani ſicci. ℥. ij. bulliāt hec oīa cum aceti. li. ß. vſq; ad cōſumptionem me dietatis ei⁹. Deinde cola ꝛ infunde in eo calido laudani. ℥. ij. ꝛ dimitte ꝑ dies duos. Deīde tere ꝛ fūde ſup ipȝ nūc oleū myrtinū ꝛ alia vice vinū ſtipticū donec ī ſubſtātiā mellis re digatur. Deinde miſce cū eis ramich. ℥. ij. capilloꝝ veneris ℥. iij. ꝛ ß. in puluerē redactis. Ultimo vero aromatiza cū gal lie. ℥. j. ꝛ ß. vel. ij. ꝛ vnge locū poſtq; fricaueris ipm̄ cū panno aſpero: et poſtq; vnxeris ꝑ tres dies laua. Deinde redi ad vngendum vſq; dum appareat ſanitas.

¶ Unctio alia ex nr̄a inuētione ꝓhibēs caſuȝ capillorū. ℞. corticū cāneyſtorū: ꝛ corticū auellanarū vſtorū: granoꝝ myr ti: añ. ℥. iiij. abſinthij gallarū: añ. ℥. ij. ꝯfice poſt triturationē eoꝝ cū oleo myrtino. ꝛ vnge exptum eſt.

¶ Mahomet fili⁹ zacharie ad caſuȝ capillorū: ꝛ initiū calui tij exptū. ℞. capilloꝝ veneris: foliorū myrti olim aſſorū: vt te ri poſſint ꝛ corticum pini: et olibani: añ. Pulueriza ꝛ accipe laudani ptes. ij. myrti partē. j. Et cum vino veteri ꝛ oleo de ſemine raffani tere. Deinde cetera cū eis miſce. Et epithy metur cū eo in nocte ꝛ lauetur in mane cū aqua decoctiōis capilli veneris ꝛ ſicle ꝛ foliorū myrti. Et aſſiduetur medica men hoc quoniam ſanat.

¶ Aliud eiuſdē: emblici ꝛ folia myrti: ꝛ capilloruȝ veneris. ꝛ galle: coquātur in aqua vſq; dū fiat turbida: poſtea cum tantūdem olei onfacini coquatur ad aque cōſumptionem. Deinde adde oleo q̄ remāſit laudani. ℥. xij. maſticis. ℥. viij. ꝛ fac coqui cuȝ vino. Deinde tere donec impinguet. Et mi ſce cū eis ramich. ℥. iij. Et linīantur cuȝ eis radices capillo rū: eſt eñ mirabile. Dixit archigenes. ℞. granorū iuniperi

laudani abſinthij capillorū veneris.añ.permiſce oīa cū vino ⁊ oleo myrtino:⁊ dimitte dieb⁹.vj.Deinde coque eavſqꝫ ad vini conſumptionem ⁊ cola ⁊ vnge caput poſt fricationē eius:deinde laua ſicut diximus.

¶Summa ſecunde ſectionis prime de medicinis egritudinum cutis capitis.

¶De alopitia.

Cura hui⁹ egritudinis ſunt quattuor res. Pria eſt mūdificatio capitis ab hūore ſub cui⁹ malitia eſſe vr̄:ſicut dicemus iā.Secūda eſt vt adequatio fiat in corpore⁊ in hmōi occupatiōe conuertere regimē ad ea q̄ laudabiliū materierū elemēta ſunt.Et hoc eſt regimē laudabile in generibus rerū.vj.Tertia eſt occupari circa id qđ factū eſt de malitia in cute.Quarta eſt ad ḡnationē pilorū auxiliari.De prima dicemus poſt.De ſcđa ꝑtermittimus nūc qꝛ nō eſt huius inquiſitionis.De tertia ⁊ quarta loquemur nunc.Si alopitia de humore fuerit flegmatico fiat linimētum de inuētione nr̄a. ℞.alchitran euforbij:rute mōtane:bacchaꝝ lauri.añ.ʒ.iij.ſulfuris vii elleborni albi:añ.ʒ.ʃ.⁊ ß.Tere que terenda ſunt ⁊ miſce cū oleo laurino ⁊ oleo antiq̄ ꝯtruꝫ opꝫ vt hēant mediocritatē inter ſpiſſum ⁊ tenue:⁊ line cuꝫ eo ſup locum poſtq̄ fricaueris eū cum cepe muris:aut alleis fricatione acquirente rubedinem in loco.

¶Inq̄t iude⁹.Linimētū ad alopitiā exptū.℞.euforbij ſpume maris:fimi colūbini:añ.ʒ.ʃ.ell'i albi:feminis rute mōtane corticū auellanaꝝ:⁊caſtaneaꝝ:naſturcij:ſpice:caſſie.añ.ʒ.ß.amigdalaꝝ amaraꝝ ꝯbuſtaꝝ cū corticib⁹ſuis.ʒ.ʃ.cū vino cocto ⁊ oleo raffani aut laurino:aut roſato fac vngtm̄ et caput vnge:⁊ dimitte tota nocte.Deide lauabis aq̄ vbi ſicle ⁊ fabe cocte fuerint.Et hoc fiat ſine itermiſſiōe donec ſanetur⁊ hec oīa fiāt:poſtq̄ fricationē.i loco feceris.Deide fricaueris cuꝫ cepe muris aut alleis aut cepe acuto.

¶Ruff⁹.Cōfectio epithymatis ad alopitiā.℞.euforbij:rute montane:baurach:ſinapis arthemiſie.añ.partes eq̄les. Cōfice cū aqua cepe:ſquille:aut cū aqua cepe acute.Et epithymetur cum eo poſt fricationem rubificantem.

¶Hali.Cōfectio epithymatis ad alopitiā exꝑti.℞.euforbij

rute mōtane.ah.ʒ.iiij.nigelle cōbuſte.ʒ.j.ſeminis armel cō buſti.amigdalarū amararū cōbuſtaꝝ cum corticibus ſuis ah.iij.corticum arboris fici ⁊ folioꝝ eius:ſpume maris cō buſte:ah.ʒ.ij.Cōfice cū expſſione ſquille ⁊ epithymetur cū eo diebus.x.donec rubeat loc⁹ ⁊ veſiccetur. Deide epithy metur ſup ipm ariſtologia rotūda:⁊ laudanū:⁊ abſinthi um cōbuſtum ⁊ ſiſimbrium ⁊ litium:ah.cum aqua ſolatri.

¶Fili⁹ zacharie.epithyma ad alopitiā mirabile.℞.ſpu me mariſ.ʒ.x. baurach:ſulfuris:q̄ nō tenit ignis euforbij: ah.ʒ.ij.gūmi rute agreſtis:ſtafiſagrie.ah.ʒ.j.cātaridarū.ʒ. j.pmiſce ea cū fece olei antiqui ⁊ line ex eo poſt fricationez cum cepe acuto donec locus rubeat:⁊ cum mordicat ⁊ am pule apparuerit:vnge p aliquot dies cū adipe anatis:aut vrſi:aut cum vnguēto de ceruſa.Deinde redi advngēduz: Si aūt alopitia ex humore fuerit colerico fiat linimentum deſcriptōe iudei quod.℞.ſpume maris:baurach:amigda larum amararum cōbuſtaꝝ corticum auellanarū cōbuſta rum:radicis canne cōbuſte:ſtercoris muris.ah.Cū aceto ⁊ adipe anatis fiat linimentū.poſt fricationē th̄ loci cum ſpu ma maris ⁊ pāno aſpero.Ultima debet eſſe intētio occupa ri ad capilloꝝ gñationē:⁊ vt curetur caluiciū. Philagrius Medicamē faciēs naſci capillos vbi opꝫ:⁊ ſanās caluiciuꝫ. ℞. carnium limatiarum ⁊ ſanguiſugarū et apum ⁊ veſpa rum:⁊ ſalis toſti:ah.ptes equales.Pone in vaſe vitreo hñ te foramina multa in fundo eius ſicut cribratoriuꝫ:⁊ pone ſub eo vas vitreum:⁊ manabit poſt diem ⁊ diem: humidi tas que cōſerue‍t i vaſe.Et qñ oportet fricetur ſup caluitiū poſtq̄ fricaueris ipm vehementer cuꝫ pāno aſpero:aut cū ſpuma maris et pāno aſpero.

¶Filius zacharie.Linimētū ſanās caluiciū:⁊ generās:pi los in barba:aut ſupcilijs.℞.cere.ʒ.v.olei de cheiri.ʒ.ij.et ß.laudani.ʒ.viij.euforbij gummi rute agreſtis:cātaridaꝝ. ah.ʒ.iij.ſeminū citrāguloꝝ cōbuſtoꝝ veſparū ſiue apū:ah. ʒ.ij.ſtoracis liquide myrrhe:ah.ʒ.ij.⁊.ß.Fiat vngtm̄:⁊ linia tur ex eo in nocte ⁊ lauetur in mane:⁊ hoc fiat poſt loci fri cationem vehementem cum aūt pili naſci incipiūt ſepe ra dantur vt ingroſſantur:⁊ firmi fiant ⁊ ſpiſſi:⁊ proprie quā do exiles naſcuntur ſicut lanugines.

¶Aliud eiuſdē valēs ſimiliter ℞.cineris abrotani.ʒ.x.ve
tris cātaridarum.ʒ.ij.laudani.ʒ.iiij.auellane cōbuſte.ʒ.ij.
Terātur oīa cum oleo veteri ⁊ aromatizētur cū aliquātulo
gallie:⁊ vngat̄ in nocte ⁊ abluatur in mane poſt fricationē
⁊ poſtq̄ veſicauerit dimittat̄ die.j.aut.ij.deide itere t̄ quo⸗
niam ſanat.¶Aliud valēs ſilr.Re.olei de beē.ʒ.j.cantari⸗
daruʒ quarū abſciſſa ſint capita ⁊ ale.ʒ.iij.terātur ſufficiē
ter ⁊ miſceant̄ cū oleo:⁊ coquātur in ola vitreata ſufficiēter
agitādo oī hora cū ſpatula:⁊ dū cocta fuerit deponātur ab
igne ⁊ cū modico muſci aut ambre aromatizetur.Eſt eni ex
pertū ⁊ proprie inunctuʒ poſt fricationem loci vt diximus.

## ¶De furfuribus.

Furfura ſi ex frigido fiant humore.Accipe fel taurinū
vel caprinū ⁊ baurach equaliter. Tēpera cū ſucco ſi
cle et oleo vino:et line in ſero et in mane:laua cū aqua de
coctiōis lupinoꝝ:⁊ fenugreci aſſi.¶Si ex calido fiant hu⸗
more:cōfert medicamē illō mirabile:mirabolanoꝝ citrino
ruʒ aſſorū.ʒ.x.cū ſucco ſicle et ſolatri et aceto diſtempera et
line cū eo:deide laua cū aqua furfuris ⁊ lupinorū ⁊ myrte.

## ¶De ſaphati.

Cura hui⁹ egritudinis ē quattuor res:ſicut diſtin
guim⁹ i alopitia.¶Filius zacharie.Cōfectio epi
thymatis ad ſaphati recētem que accidit in cor⸗
porib⁹ teneris.Recipe alchanne de mecha ami⸗
gdalarum amararuʒ combuſtaruʒ cū corticibus ſuis:ſter
coris.muris venarū celidonie:coriandri ſicci:ſcorie argēti
venarū tinctorū curcume ariſtologie corticum granatoruʒ
merdaſengi:añ.partes equales.Cōfice cuʒ aceto ⁊ oleo ro
ſato.⁊ line poſt fricationem.
¶Gal.dicit ſe curaſſe multos hec linimēto.Chartas com
buſtas tere ⁊ diſtempera cum aceto: ⁊ line ſuper locum et
nos quidem experti ſumus apud neceſſitatem
¶Democrit⁹.Linimentū curās ſaphati.℞.chartarū cōbu
ſtarū:calcis lote: argēti vini.añ.ʒ.j.Cōfice cū aceto et oleo
nucū ⁊ line cū eo poſt fricationē loci ſufficiēt̄ cū pāno aſpo.
¶Alexander.Linimentū ſanās ſaphati antiquā i corpori⸗
bus duris.℞.bubegi:ſtercoris muris capitum ranaꝝ cō⸗
buſtaꝝ:colcothar vſti:venarū celidonie:ſalis aduſti:galla

ruꝫ:ſulfuris viui:curcame:litargiri:ariſtologie:tubel eris. añ. partē.j.chartarū cōbuſtarū partes.ij.ꝛ.ß.cineris acher ua:ſarcocolla:añ partē.ß.argēti viui partē.j.ꝛ.ß.amigdala rum amararū aduſtarum partes.iij. Confice cum aceto vi ni ꝛ oleo antiquo ꝛ adminiſtra poſt fricationem cum cepe acuto:aut ſquilla:expertum eſt verax:deinde laua cū aqua vſnee:ꝛ foliorum vlmi ꝛ radicum maluarum.

¶Aliud de inuentiōe noſtra. Litargiri cadimie vtriuſqꝫ cal cis viue:añ.ʒ.j.chartarum cōbuſtarum:olibani tartari cō buſti:añ.ʒ.ß.ſief memithe: gallarum cōbuſtarū:añ.ʒ.iiij. argenti viui.ʒ.vj.aceti ꝛ olei myrti quantū ſufficit. Coque vſqꝫ dum acetum ſit conſumptum. Deīde argentum viuum ſic conterendo cum eis commiſce ꝛ vtere ſicut alia.

## ¶Sūma tertia de medicinis egritudinum cerebri:ꝛ primo de cura ſode.

Ntētio in curatiōe hui⁹ egritudinis ſi ſit cōplexiōalis ꝛ nō habēs materiā ē alterare ꝛ ſedare tm̄. Et ſi ē cū materia circa alterū duorū occupabimur vel vtrūqꝫ: et ſunt aut abſciſſio cāe aut ſedatio doloris aut vtrūqꝫ. Et ſi ē a ſolutiōe ꝯtinuitatꝫ aliḫs atqꝫ aliḫs vtemur:ſicut dicem⁹ ī ſuis capitulis. Et ſi ē ab aggregatiōe oīm:tūc totū gen⁹ cure eſt neceſſariū:ſicut in ſoda que ē:ſicut verbi gratia ab apoſtemate.

¶Inquit haly. Si ſub prauoꝝ fumorū dominio caput poſitū eſt a ſedantibus incipere nō debem⁹:et raro ab eis:niſi apud vehemētiā doloris. ¶Gali. raro ab abſciſſiōe cāe incipere debem⁹ niſi ſit ſoda ſanguinea:aut ſimilis acuitati:ſꝫ ab eo ꝙ materiā adaptat ad abſcindenduꝫ. Si eñ ſanguinea fuerit aut hūores peccēt in ſanguine a flobothōia pri⁹ īcipiem⁹. Et ſi ſoda vehemens fuerit pulſatiua flobotomia ſimiliter incipiemus. ¶Si antē ab alteri⁹ hūoris pctō pri⁹ ipſuꝫ digeremus. Deinde abſcindemus digeſtionē itaqꝫ faciūt in materia calida:ſyrupus acetoſus ꝛ aqua de lupulis ꝛ aqua ordei ꝛ aqua bugloſſe domeſtice:ꝛ ſilueſtris:ꝛ ſyrupus violatus:ꝛ ſyrupus roſatus:ꝛ ſyrupus de nenufare et ſimilia. Et in frigida qu idez flegmatica digeſtionem faciunt oximel ſimplex ꝛ oximel ſquilliticum:alhalce:yſopus

⁊ ſpica et ſimilia. ¶ Et ſi fuerit materia aduſta colerica: di-
geſtionem eius faciūt: ſyrup⁹ acetoſus. ⁊ aqua lupuli: et fu
muſterre ⁊ alteraxacon ⁊ ſimilia. ¶ Si aūt fuerit melanco-
lia: in digeſtione autē eius regimē erit duplex. Ex vna ſcilꝫ
parte cū eis que lenificāt ⁊ humectant ⁊ habilitant duritiē
corporis eius ⁊ ſiccitatē terreiſtratis eius ⁊ ex alia cum eis
que reſoluūt ⁊ incidunt et ſubtiliant reſolutione ⁊ inciſiōe
nō perducēte ad lapideitatem: ⁊ ꝓprie cū rebus operatiōi
bus cum mediocritate ⁊ temperie. Et ſemper ponimus vi
ciſſitudinē in hoc duplici regimine vt cadat equaliter dige
ſtio ⁊ maturatio in materiā: ⁊ non abſcindatur ſubtile et
remaneat groſſuꝫ. ¶ Eligimus aūt ad digeſtionē materie
rum ſiue calidaruꝫ: ſiue frigidarū ex vnctionibus ⁊ epithy
matibus ⁊ emplaſtris ⁊ embrocationibus ⁊ aliꝭ que con-
gruant ſicut infra diſtinguemus. Et incipiem⁹ experiri ea
ſm teſtimoniū exigētie cauſe. ¶ Et quidē canon eſt: qm̄ in
ſoda calida ab alterātibus incipere debemus: ſiue ſint em
plaſtra: ſiue vnctiones vt reprimatur exceſſus ei⁹ ⁊ prohi-
beatur aduentus nociui alterius ad ipſuꝫ ꝙ̄tum poſſibile
fuerit niſi in quattuor caſibus. ¶ Prim⁹ eſt in ſoda calida
que fit in febribus ⁊ ꝓprie materialibus. Uſus em̄ epithy-
matū frigidorū repercuſſiuorū multiplicat eā: nō em̄ ꝑmit
tunt vapores exire. Sed attractio aceti ⁊ aque roſate aut
violate per nares vehemētiam ei⁹ ſedat. ¶ Secūdus vero
eſt qn̄ fit ſoda ꝓpter vapores acutos qui perueniūt ad ca-
put ex cōitate totius corporis: aut membri alicui⁹ ⁊ iaꝫ ca
put recipit eos ⁊ tunc facere vt fiat eorū diuerſio ad oppo
ſituꝫ ⁊ diuerſum ex vna parte: ⁊ ex alia receptorum reſolu
tio ſedat eam. ¶ Tertius eſt qn̄ ſoda fit a nocumento ꝙ in
fertur a multitudine materie: ⁊ tunc euacuatio eam ſedat.
¶ Quartus eſt qn̄ ſoda fit a multitudine vaporū exiſtētiū
in capite ⁊ propter communitatem corporis aut alterius
mēbri: ⁊ tūc reſolutiuorū adminiſtratio cū facilitate: et par
ticulariū euacuationū eam ſedat. ¶ Amplius auteꝫ canon
eſt ꝙ empl'a ⁊ linimenta alterantia nō ſunt expolianda ab
aliqua triū virtutum. Prima eſt ꝯpetētia ei⁹ in gradu alte
rationis. Secūda eſt vt coadunet virtutē mēbri: vt nō reci-
piat ſuperfluitates. Tertia eſt vt cōfortet mēbrū cui applica

tur ꝓprietate ſua. Et icipiemus rememorari de eis: prio q̄ caput ⁊ cerebꝛū mūdificant. Et incipiemus a mūdificātibꝰ materias calīas: ⁊ cōferūt ſode ⁊ egritudinibus calīs. Et dico ꝙ ois materia ſiue calīa ſiue frigida ꝫ tres modos recipit diminutionē: aut em̄ ꝑ euacuatiões ſēſibiles ⁊ occultas aut ꝑ diuerſionē eiꝰ a pte nobili ad ignobilē aut ꝑ vtrūq;. Euacuatiões aut occultas nā regulat. euacuatiões quoq; ſenſibiles eadē ſitr: ⁊ q̄nq; ꝑ ſe: ⁊ q̄nq; adiuta a rebꝰ exteriorибꝰ ab opatiōe artificis: ⁊ hoc ꝫ duos mōs autvl'r aut pticulariter. Uoco aūt hic vleꝫ purgationē q̄ materiā euacuat cui accidit a'cōitate totiꝰ m'tiplicatio aut p'rimorū aut famoſoꝝ aut corū q̄ ſūt minera illiꝰ ſicut epar ſanguinis ⁊ chiſtis colere ſtōus flegmatis ⁊ ſplē melācolie. Et voco pticularē purgationē q̄ ex pte illiꝰ mēbri i quo materia exuberat euacuat ab emūctorijs eiꝰ ſicut q̄ñ ꝑ palatū: ⁊ nares et aures ⁊ oculos materie cerebri purgāt. ¶ Et q̄dē canō ē pticularē vl'i ꝓponi nō debere niſi i q̄ttuoꝛ caſibꝰ. Aut qꝛ materia nō multū in q̄titate exuberat: q̄re ſufficit a pte emunctoriorū illiꝰ mēbri adduci i quo eſt egritudo aut qꝛ mēbꝛū dans nō eſt forte in dādo nec mēbꝛū recipiēs aptū in recipiendo. Aut qꝛ mēbꝛū non recepit a mēbꝛis cōitatē eius. Aut qꝛ corpus ⁊ alia mēbꝛa nō ſunt poſita ſub dn̄io materiei faciētis egritudinē in illo mēbꝛo. Diuerſiōes aūt materiei a parte nobili ad ptē ignobilē fieri debere oñdimus ꝓpter fricatiōnes extremitatū et cōpꝛeſſiones ⁊ ligaturas eaꝝ doloroſas ⁊ cū vētoſis ⁊ alijs. Res aūt q̄ hn̄t intētionē vtriuſq; ſunt clyſteris ⁊ ſuppoſitoria ⁊ oia q̄ ſimul ad longinquā diuerſitatē attrahūt ⁊ euacuāt. Et nos de oibus loquemur. Et prio de euacuationibus ab artificio ſi deus voluerit.

¶ De ſoda calida.

Sode calide prio medicias diſtiguimꝰ. Et ſāguinee q̄dē flobotomiā neceſſariā eē dicimꝰ. Deīde ſedātia q̄ dicemus. Colerice vero curā aggrediemur. Incipiētes a ſimplicioꝛibꝰ et debilioꝛibꝰ ad maioꝛa ⁊ foꝛtioꝛa procedemus.

¶ Inūctio ad ſodaꝫ calidā ſiue ſit ſanguinea ſiue collerica ſiue cōplexionalis ſiue materialis. Oleū roſatū ⁊ acetū album cū modico aque roſate diu agitentur ⁊ contundātur donec impingueſcant, deinde infrigidētur ſuꝑ niuem et ex

eo caput liniatur. Eſt em̄ expertū. Si autē cum ſoda fuerit iſomnietas opij parū adde aut papaueris ſuccū cū cortice.
¶ Inquit Alexāder. ℞. ex ceroto Gal. circiter. ℥. ij. ⁊ laua il lud lauationibꝰ pluribꝰ cū ſucco ſolatri ⁊ ſempiuue ⁊ lactu- ce ⁊ endiuie ⁊ ſucco cucurbite ⁊ ſucco vue acerbe. Et line et ſuppone folia ſalicis ⁊ miraberis effectū eius.
¶ Linimentū forte ad ſodā calidā pulſatiuā. Oleū roſatū ⁊ violatū cū pauco aceto ⁊ agreſte ⁊ modico cāphore diu con tunde donec pingueſcat ⁊ capiti ſuppōatur. Eſt em̄ efficax.
¶ Filiꝰ Serapionis. Embroca ꝯferēs ſode calide. Uiole roſ ſarꝫ folia nenufaris ordeū excorticatū folia ſalicū ⁊ maluarꝫ. In aqua coquant̄ q̄ p cānulā vrceoli capiti ex alto fundat̄ ſi catarrū nō timueris. Si aūt virtutē hr̄e reſoluēdi volueris cāmomillā addes. Et ſi ſedatiuū ⁊ ſomni ꝓuocatiuū queris cortices papaueris ⁊ lactuce adde.
¶ Filiꝰ zacharie. Modus aliꝰ embroce cōferētis ad ſodaꝫ ca lidā cū aqua ſunt vigilie ⁊ ꝑmixtiones. ℞. violas ſiccas or- deū excorticatū: ſemen cucurbite: aut corticē eius ſemē lini pſiliū cortices papaueris ſemē altee: ſemē lactuce. ſemē por- tulace roſas ſiccas. Decoquātur in aqua vſq̄ ad cōſumptio nē quarte ipſiꝰ. Deinde fac embrocatiōes ſicut diximꝰ. Et ſil̄r ea manus ⁊ pedes et facies lauentur.
¶ Modus embrocationis aliꝰ reſoluens ⁊ ſedans ſodā cali dā. Accipe folia maluarū aut radicem aut ſemina earū aut oīa ſimul ⁊ ordeū excorticatū ⁊ roſas ⁊ violas ⁊ folia ſalicū ⁊ folia cucurbite aut cortices eius aut ſemina ipſius ⁊ melli- lotum. De omnibus ana partem vnam florum comomille quantum de omnibus. Coquātur omnia in aqua ⁊ fiat em brocatio ſicut diximus.
¶ Epithyma ſedās ſodam calidā. Pulſcī ſemē ⁊ pſiliū ſepa- ratim ſiue coniunctim cū aceto conquaſſata ⁊ ſuper caput poſita valent.
¶ Modꝰ emplaſtri alius ad idē. Accipe flores camomille fa rinā ordei radices altee ſemē lini cortices papaueris violas nenufar. Tere cuꝫ oleo roſaceo ⁊ violaceo aut nenufarino ꝑmiſce ⁊ ex eo ſuper caput fac emplaſtrum.
¶ Dyaſcorides. Succum extremitatum vitis in primis cuꝫ naſcuntur cum farina ordei diſtempera ⁊ oleo roſato et li-

ne ex eo ſup caput.⁊ expertū eſt.
¶Modus emplaſtri ali' ad idē qḋ reſoluit cū facilitate re-
ſiduū ſode calide.℞.virge paſtoꝛis ſanſuci ⁊ balſamite ſe-
minū ⁊ radicū ⁊ folioꝝ maluarū ⁊ violarum ⁊ haſce ⁊ oꝛdei
mūdi:ana partē.j.roſarum partē.j.⁊.ß.camomille partes.
ij.fiat emplaſtrum cum eis:vel fiat embꝛoca cū aqua deco-
ctionis earum.
¶Meſue emplaſtrū ſedans ſodā calidā pulſatiuā ⁊ emi-
graneā calam.Accipe farine oꝛdei ſandaloꝝ triū:ſief me-
mithe roſaꝝ ſaufel boliarmēi accatie aloes ſemis lactuce
cāphoꝛe de ſingulis.partes eq̄les ꝯfice cū mucillagine pſi-
lij aut cū ſucco poꝛtulace aut lactuce ⁊ epithymei. cum eo.
Gabꝛiel ſuffumigium valēs ad ſodā calidā.Accipe ſanda-
loꝝ citri ſaufel roſaꝝ:anā.ʒ.ij.⁊.ß.cāphoꝛe.ʒ.vni' tertiā ſpi-
ce.ʒ.ß.ponāt i vaſe vitreo ſtricti oꝛificij cū aq̄ roſata quātū
ſufficit ⁊ obturet oꝛificiū eius ⁊ dimittat vt bulliat i cinere
calido.deinde deobturet ⁊ recipiat fumus ei'.eſt eñ exp-
tuz.Et ſi ex eo ſuper tpa aſpergatur aut lauet ex eo facies
cōfert.Si autem vigilias patitur coꝛtices papaueris cum
eis adde ⁊ pꝛopꝛie eius.ʒ.iij.⁊ plus vel minus ſicut neceſ-
ſitas vrget.
¶Aliud ſuffumigiū eiuſdem reſoluēs reſiduū ſode calide.
Accipe roſarū ſandaloꝝ machaziri ligni aloes:anā.ʒ.ij.ca-
momille.ʒ.iiij.aque roſate quātū ſufficit.Fac ſicut pꝛimuz
nobile ⁊ expertū eſt.Et ſunt qui ponunt camomille pōdus
oluz.Et ſunt qui addunt mellilotum.
¶Caputpurgia fiāt cū oleo roſarū ⁊ violarū ⁊ nenufarino
cū pauco cāphoꝛa aut cuz pauco oleo de ſemine cucurbite
dulcis aut oleo de ſalice.
¶Aliud filij zacharie valēs ad doloꝛē capitis calidū.⁊ emi-
graneam calidā ⁊ doloꝛē auris.℞.opij cāphoꝛe:anā.partes
eq̄les fiāt collyꝛia ſicut lentes ⁊ diſſoluatur vnū aut duo in
oleo violarū aut oleo de cucurbitis ⁊ diſtilletur in naſum ⁊
aurē:eſt eniz verax.
¶Aliud filij Serapiōis valēs ad ſodā calidā ſublime.℞.
ſpodij.ʒ.ij.opij.ʒ.j.croci.ʒ.ß.cōfice cū aqua in modū pillu-
larū paruarū ⁊ adminiſtret cū lacte mulieris aut oleo viola-
rum aut oleo de ſemine cucurbite deinde poſt hoꝛaz fac ca-

putpurgiū cū lacte mulieris ⁊ aliq̄ ex oleis.

¶Inde⁹ odorat̄ oleū roſatū cū aceto cōquaſſatū ⁊ poſitum in vaſe vitreo ⁊ cōfert ſode calide vehemēti.

¶Aliud nr̄m exptū. ℞.amili nabeth:añ.ʒ.ij.opij.ʒ.iij.ſpodij.ʒ.j.croci.ʒ.ß.Fac ſicut proximum.

¶Aliud.Aaron exptū efficax ad ſodā calidā ⁊ emigraneā ⁊ dolorē auris.℞.ſief memite ſaufel ſeminis iuſquiami ſeminis lactuce roſarū ſandalorū opij radicum mādragore: añ.Fiāt ex eis ſief ⁊ fricetur ex eo ſup cutem cū oleo roſato aut violato cum pauco aceto ⁊ diſtilletur in naſuȝ ⁊ aurem ⁊ proprie loci doloris.

¶Incipiam⁹ponere euacuatoria cōferētia ad ſodā calidā cuius materia ē colera citrina.Et icipiamus a leuiorib⁹ ſicut cōſueuimus pcedētes ad maiora.Purget ergo i p̄mis cū aq̄ fructuū.℞.pruna.xxiiij.tamarindorū.℥.ij.⁊.ß.medulle.caſſiefiſtule.℥.iij.mirabolanoꝝ citrinoꝝ.℥.j.⁊.ß.propinetur iſuſio eorū poſt ſufficientiā coctionis ipoꝝ.

¶Aqua fructuū ſm̄ modū nr̄m cōferens ſode colerice.℞.abſinthij romani roſarū violarū añ.ʒ.v.fumiterre.ʒ.vj.capilloꝝ veneris.℥.j.paſſulaꝝ enucleatarū.℥.j.pruna.xl.nūero iuiube ſebeſten:añ.xx.Coquant̄ cū facilitate i aq̄ li.ij.vſq̄ dū veniat ad li.j.⁊ p̄iice in ea illa eadē que hic proxime diximus ⁊ ppinetur ⁊ ſunt caſſiefiſtule.℥.iij.tamarindoruȝ ℥.ij.corticū mirabolanorū citrinorū.℥.j.⁊ ß.

¶Inq̄t Gal.Quando ex aq̄s fructuum ſoda nō reſoluit̄ ꝓpinād a eſt infuſio aloes.Et iſte ē modus eius.℞.ſucci endiui e ſucci lupulli poſt depurationē ipſorū:añ.℥.vj.vl̄ alterius eorū tm̄:ſi vtriq̄ haberi nō p̄ht vel ſucci bugloſſe domeſtice aut ſilueſtris.lib.j.⁊ p̄iice ſuper ipȝ aloes ſuccotrini boni ⁊ electi.℥.j.et pone in vaſe vitreo ad ſoleȝ obturato orificio eius diebus.xij.⁊ da ex eo omni mane ab.℥.j.vſq̄ ad.iij.cū modico dragaganti vt nō noceat ano.

¶Modus infuſionis conferens ſode calide vehementi ⁊ ſolutione educit colerā.Et cōfert iuuamentū maximū febribus colericis.Accipe ſucci endiuie cocti ⁊ depurati.li.ij.vl̄ aliorū ſuccoꝝ q̄s dixim⁹ ei infūde i ipſis vl̄ altero ipoꝝ dyaſiracoſt.℥.vj.Et da ex eo in mane ab.℥.ij.vſq̄ ad.iiij.Apparebit em̄ cito ſanitas ſi deus voluerit.

¶ Inquit hamech. Modus īfuſiōis ſode calide diuturne. Accipe abſinthij romāi. ℥. j. fumiterre. ʒ. viij. paſſularū enucleatarū. ℥. j. eupatorij. ʒ. v. florū bugloſſe domeſtice aut ſilueſtris añ. ʒ. vj. cuſcute ſeis endiuie agarici: añ. ʒ. iij. Coquāt i lib. iij. aque vſq₃ ad lib. j. ꝛ. ß. ꝛ infunde in ea cōfectionis iam dicte hamec: ꝛ ꝑpꝛie pꝛime. ℥. ij. Et da ex ea ol mane ab. ℥. j. vſq₃ ad. ij. Sanat enim cum virtute dei glorioſi.

¶ De ſoda frigida.

Loquemur deinceps de ſoda frigida ſiue ſit ſine materia ſiue cū materia flegmatica vel melācolica ſiue ꝑmixta ſiue vētoſa. Et de his oib⁹ diſtinctis loq̄mur ſi de⁹ voluerit. Et icipiem⁹ ſicut cōſuetudo nr̄a eſt a debilioꝛibus.

¶ Calefactoꝛiū ad ſodā frigidam ꝛ ſodam vētoſam. Milium integrum cū ſale q̄tū ipm calefiat in latere calido ꝛ impleantur ex eis ſacculi ꝛ vapoꝛetur cum eis locus.

¶ Iſaac grana lauri ꝛ olibani medium eoꝝ terantur ꝛ impleantur ex eis ſacculi: poſtq̄ ibi irroꝛata fuerint aceto vi ni calefiāt in latere calido ſuper quo irroꝛatur acetū ꝛ fiat euapoꝛatio cum eis.

¶ Democrit⁹. Accipe grana ſinapis itegra ꝛ grana naſturcij vt ſint partes eoꝛum equales. Infundātur modicū i aceto vini foꝛtis ꝛ impleantur ex eis ſacculi ꝛ calefiant in latere et fiat euapoꝛatio cum eis.

¶ Aliud eiuſdem exptum pulegij carni eq̄s ꝑtib⁹ fiat ſicut diximus. Aliud eiuſdē oleū puleginū iunctum exptum eſt.

¶ Unctiones fiant ad ſodā frigidā ex oleo nardino aut yrino aut laurino aut de been aut de aliquo taliū. Et ſi foꝛti⁹ facere volueris confoꝛta virtutē eoꝛum cū coſto et caſtoꝛeo et eufoꝛbio ꝛ pipere cum aliquo hoꝛum vel oibus.

¶ Linimentum ad doloꝛē capitis frigidū. Tyriacam vel mitridatum cū ſucco mente: miſce ꝛ ſuperpone expertum eſt.

¶ Linimētū aliud exptū a nobis ad antiquos capitis dolores qđ adminiſtratur ſuꝑ caput et frontē. ℞. coſti myrrhe: caſtoꝛei neridē: añ. ꝑtes equales: olei roſ. q̄tū ſufficit. Et ſi in ſomnietatē patiē ꝑtē. ß. opij adde: eſt enim expertum.

¶ Mahemet filius zacharie: modus linimēti ad ſodā frigidā et antiquā et emigraneā et doloꝛes auris ex frigiditate. ℞. caſtoꝛei: eufoꝛbij: opij: ſtoꝛacis liq̄de: piperis: folioꝝ rute

ſinapis:calamēti:marubrij : añ. Fac trociſcos aut. ʒ. ij. aut. ʒ. j. ⁊ apud neceſſitatem diſſolue ex eis cum oleo nardino aut coſtino: aut modico aceto. Et line ſup locū et diſtilla ex eo in aures et nares ex parte doloris: et mirabilis effectū eius ſi deus voluerit. ¶ Gal. Trociſcus crud⁹ diſſoluatur cū aceto forti ⁊ oleo roſato. Et lineat̄ ex eo ſup frontem ⁊ tempora: ⁊ ſedat ſodā difficilem ⁊ emigraneam. et eſt exptum. Et eodem modo trociſci de croco dicti in antidotario.

¶ Dyaſcorides. Epithyma ad ſodam frigidam ⁊ emigraneam. Ex cinere et aceto fiat permixtio et decoque in olla et liniatur: expertum eſt.

¶ Philagrius. Modus linimenti ad ſodam frigidaꝫ ⁊ antiquam et emigraneā difficilem. ℞. mirrhe: opij : omphacij: ſcamonee: granoꝝ lauri. añ. ʒ. iiij. croci. ʒ. iij. et ß. ſemis iuſquiami: apij: amomi: añ. ʒ. v. Fac trociſcos cum aceto : et line ſicut diximus cum eis ſuper locum.

¶ Alexāder. Cōfectio epithymatis ad ſodā frigidā diuturnam. ℞. fimi colūbini. ʒ. j. ⁊. ß. leucopiperis. ʒ. ij. euforbij. ʒ. iiij. croci. ʒ. j. ⁊ fecis olei de croco. ʒ. j. ⁊. ß. aggregētur oīa cū aceto forti multe fortitudinis. ⁊ frica crocuꝫ cū aceto ⁊ ſucco abſinthij: ⁊ oleo nardino: miſce ⁊ line vbi oportet.

¶ Embrocetur caput in ſoda frigida ⁊ vētoſitate groſſa cū camomilla haſculi ſceha: maluis: folijs lauri: ⁊ ſauina ⁊ beregiſiſ: ⁊ origano: ⁊ mellilofo: et ſanſuco: et nemeu: et yſopo ſicca: ⁊ ſimilibus ſeparatis vel coniunctis.

¶ Dyaſcorides expertum eſt. Succo apij calido capite linito reſoluit ſodam.

¶ Democritus ad diuternam ſodam medicamen expertū. ℞. caſtorei radicum feniculi: algul: yreos. añ. ʒ. j. granorum lauri. ʒ. ij. foliorū rute. ʒ. iij. cere. ʒ. vj. olei roſati. ℥. j. ⁊. ß. olei yrini. ℥. j. Fac vnguentum et line ex eo probatum eſt.

¶ De caputpurgijs conferentibus ſode frigide.

Caputpurgioꝝ cōferentiū ſode frigide narrationem aggredimur. Dyaſ. dixit ſit caputpurgiū cū aqua ſāſuci et reſoluit ſodam frigidam et emigraneam.

¶ Oribaſ⁹ dixit Oleū de cucumere aſininoē caputpurgiū bonū ſode frigide ⁊ emigranee: ⁊ mūdificationi cerebri ab humorib⁹ frigidis pinguib⁹ ⁊ aque deſcēdenti ad oculū et

pprie ſi

proprie ſi modicū hui⁹ olei diſtilletur in aures ⁊ trahatur ſugendo. Deinde poſt horam lauentur nares cū aqua ca‐lida. Succus quoq; cucumeris aſinini vehemēti⁹ operatur.
¶ Galienus. Caputpurgium cōferēs ſode frigide: et tortu‐re: ⁊ oppillatiōi collatorij ⁊ defectioni olfact⁹ et impedimē‐to ipſius. Nigella die ac nocte infundatur in aceto. deinde ſiccet ⁊ terat ſubtil'r et puluis eius narib⁹ approximetur ⁊ trahatur naribus odor eius ſicut ſugendo. Exptum eſt.
¶ Idē caputpurgiū valēs ſicut ſuperi⁹: ⁊ eſt forte. ℞. nigel‐le. ℥. ij. ſucci cucumeris aſinini. ℥. j. ſalis armoniaci. ℥. ß. Miſ‐ceant cū oleo cucumeris aſinini: aut oleo de alchanna: et liniatur ex eo in naribus intus: ⁊ ſugatur vehemēter odor eius. Educit enim de materia cōtenta in capite ſufficiēter. Deinde lauentur nares et caput cum aqua calida.
¶ Filius zacharie. Confectio caputpurgij ad ſodā frigidā ℞. caſtorei euforbij: añ. Fiat ex eis ſief cu3 aqua ſanſuci: et fricet ex eo ſup cutim: alias cotē cū oleo nardino: aut coſti‐no: et liniatur ex eo in narib⁹: et ſugat: et fiat ſicut dixim⁹.
¶ Itē. Cōfectio caputpurgij ad ſodam frigidā: et emigra‐neam et egritudines cerebri frigidas: et torturam et para‐leſim. ℞. caſtorei ꝯdiſi arthanite pulpe colloquintide: bau‐rach euforbij gibenet: fellis vaccini ſicci: añ. Fiat ſief. Et fi‐ant: cum eis caputpurgia cū auricula muris: aut ſuccoſan‐ſuci aut ſucco venan. Et eſt expertum.
¶ Iude⁹. Caputpurgiū cōferens ſode frigide. Fellis adib' ſicci: aut vaccini aut caprini oppoponaci caſtorei: añ. ptem vnam: croci partem. ß. fiat ſief; et fricetur ex eo ſup cutim: al's cotem cū aqua: et liniātur intus nares. Eſt em̄ exptu3.
¶ Archigenes. Caputpurgiū valens ad idem caſtorei ſina‐pis: oppoponaci: apij croci aloes: añ. Fiāt pillule: et admi‐niſtretur ſicut diximus. Expertum.
¶ Alexāder. Caputpurgium mirabile ad diuturnum capi‐tis dolorem et pingues in eo materias: et initiu3 aque. Et eſt ad epilepſiam expertum. ℞. ſuſeis. ℥. v. ſucci cucumeris aſinini nec nimis recentis nec nimis antiq: ſalis armonia‐ci: añ. ℥. ij. terentur diligenter ⁊ miſceantur: ſic terēdo cum oleo de cucumere aſinino aut oleo yrino donec fiat ſicut ce‐rotū et repone in vaſe vitreo: et inunge ex eo intus in na‐

ribus: et fugatur diligenter. Deinde fac ſicut diximus.

¶ Idē. Accipe radicū arthanite ſicce. ʒ. ij. et ß. ſucci cucumeris aſinini. ʒ. ij. tere ſubtiliſſime: et ex eo per canellū inſufflétur in nares. Deinde ſugat ſicut diximus.

¶ Democrit° purgatur aliqñ caput p res: q̄ cōmaſticātur. Et eſt purgatoriū leue. Accipe maſticis ptes. ij. piperis ptē j. cōmaſticenṫ diu: et ſaliua que reſoluitur: ſemp expuatur: et qñq͡ admiſcem° cū maſtice ſtaphiſagriā: et qñq͡ piretrū: et qñq͡ radices alfoſe: et qñq͡ radices capparis. hec enim ſpiſſum humorem et flegma groſſum educunt.

¶ Caputpurgiū in inuentiōe nr̄a: cōferēs delicatis ad ea q̄ diximus. ℞. caſtorei. ʒ. ſ. euforbij. ʒ. ß. gallie muſcate. ʒ. vni° ptes. ij. cōdiſi. ʒ. vnius ptē. ß. Fiat eoꝝ cōtritio bona: et fundē ſup ea ſucci arthanite quātitatē ſufficiētē: et expone ad vmbrā donec ſiccetur. Deīde tere et cū ſucco venaꝝ: aut cū ſucco ſanſuci fiant collyria et adminiſtra ſicut diximus.

¶ Gargariſmata etiā materiā cerebri attrahunt: quale eſt gargariſma factū cū oximelle cū ſinapi: aut cum yreos: aut cum cortice capparis: aut cū piretro: aut pipere.

¶ Paul°. Gargariſma cōferens ſode frigide: et egritudinibus cerebri flegmaticis. yerapigra cum oximelle ſquilliticō cū aqua decoctionis alhaſce: origani yſopi ſicce: piretri: et ſynapi. Gargariſmus cum eis fiat omni hora.

¶ Suffumigiū. Gabrielis ad ſodā frigidam: et egritudines cerebri flegmaticas. Accipe ſāſuci. ℥. ij. folioꝝ citri. ℥. ſ. camomille tantūdē ligni aloes: ſpice. aā. ʒ. v. ponanṫ in vaſe vitreo ſtricti orificij: et coquātur donec cōſūpta ſit q̄rta ps aque. Deinde ꝯpiatur orificiū vaſis: et recipiaṫ vapor ei°.

¶ Aliud eiuſdē: ſed eſt fortius illo aperiens oppillationes cerebri: et emunctorij. ℞. nigelle partes. ij. foliorum ſanſucis origani: perſici: haſce: yſopi ſicce: ſticados: aā. partem. ſ. Fiat ſicut diximus.

¶ Odoramētū ꝯferēs ſode fride. ℞. gallie muſcate auṙ. iij. ſadurā. auṙ. iij. et ß. ābre crude auṙ. ij. muſci. ʒ. ſ. ligni aloes auṙ. vj. Diſſoluaṫ ambra ī modico olei de been. Cetere aūt res pter muſcum terantur ſubtiliter: et cōficiantur cū gluti no dragaganti. Et poſtq͡ cōfecte fuerint: malaxenṫ cū ambra diſſoluta in oleo de beē malaxatiōe multa. Ultimo ve-

romuſcus tritus ⁊ diſtēperatus cum aqua roſata miſceat malaxando cum predictis. et fiat inde pomū vnū: aut duo ⁊ odoretur. Deinde cōſeruetur in vaſe vitreo: aut plumbeo ne virtus ipſius tollatur. Hoc eſt odoramentū ſublime.

¶ Odoramentū aliud ex caſtorei: ⁊ rute ſicce partibus equalibus cum glutino dragaganti: pomum fiat et odoretur. Et ſpecies per ſe odorentur preterꝗ fiat pomū. Eſt em̄ expertū ad ſodā frigidā ⁊ vētoſam.

¶ Odoramētū aliud expertū ad frigiditatē cerebri ꝙ cōfortat ipſū: ⁊ ꝯfert ſode. ℞. ſtoracis calamite electe. ℥. ij. ligni aloes. ℥. iij. laudani cōfectiōis greca: an̄. ℥. j. ⁊ in alio. ℥. vnius partes. ij. ſpice. ʒ. iij. gallie muſcate. ʒ. viij. maſticis. ʒ. iiij. ambre crude. ʒ. ij. ⁊. ß. gariofilorū: macis: an̄. ʒ. iiij. ⁊. ß. Cōfice ſic ſtoracē laudanū ⁊ maſticē: cū modico olei de been reſolue. Deinde tere in mortario cū piſtello calido ⁊ proijce ſup eā pulverem: ligni aloes: ſpice: gallie gariofilorum ⁊ maſticis: et miſce cū eis. Poſt hec funde ſup ea glutini: gummi arabici aut dragagāti ꝗtū ſufficit ⁊ miſce cōterēdo. Deinde malaxa cū ambra diſſoluta cū modico olei de been malaxatiōe multa: ꝯterēdo. Ultimo ṽo aromatizet̃ cū muſci. ʒ. ij. ß. ⁊ aq̄ roſata: aut fiāt ide poma ⁊ odorent̃. Aut fiāt ide trociſci et ſuffumigetur cum eis. Et eſt expertū verax: ⁊ ſuffumigant̃ templa: ⁊ domus regū.

¶ Aliud valēs ſilr̃ ⁊ eſt bonū. Accipe buchur ſcēdere: et ligni aloes electi: ana partes equales: muſci partis vni⁹. xix. fac ex eis poma aut nib: ⁊ vtere bonū eſt ⁊ expertū.

¶ Aliud valēs ſilr̃. ſtoracis: ligni aloes: an̄. ʒ. j. gallie muſcate. ʒ. xij. ambre. ʒ. vij. muſci. ʒ. ij. ⁊ fiat ſicut diximus.

¶ Aliud nobile ſatis cōferēs ſode ⁊ epilepſie: et ſ̃focationi matricis: ligni aloes gallie muſ. an̄. ʒ. xv. ziſenide. ʒ. vij. ꝯfice terēdo: ⁊ fac ex eis poma: aut nib. Et adminiſtra: aut fac collyria: ⁊ ſuppone in matrice. Et ſunt q̇ addūt buchur ſcēdē. ʒ. v.

¶ Inquit Hyppo. Aromatica capitis gravedinē faciūt. Et ego quidē dico: ꝙ non elongatur quin hoc ſit i frequēti vſu eorū: cōuertunt enim vapores ad caput: imo replēt illō vaporibus. Moderatus vero vſus eoꝝ cerebrū cōfortat ⁊ calefacit. Sed non fiat adeo frequens: vt pducat ad illud. Et q̄dem canon eſt non debere cōferre apud repletionē. Et hoc

eſt qđ hyppo. voluit. Nã poſt mũdificationẽ ɔfortat ⁊ cale-
facit: ⁊ reſiduũ ſode remouet. Et ſi ſoda eſt malitia ɔplexio-
nis frigide ſine materia: aut a frigiditate aeris inuenimꝰ
eſſe iuuamẽti ſublimis vſus eoꝝ.

¶ Solutiuoꝝ gñа cõuenientia ſode frigide: ⁊ flegmatice:
deiceps ſcribant: ⁊ prio a debilioribꝰ icipiamus.

Ex eis eſt modus pillularũ de inuentiõe Iudei mũdifi-
cantiũ cerebrũ: ⁊ neruos ab humore flegmatico ⁊ cõ-
ferentiũ ſode frigide: ⁊ epilepſie: ⁊ ſpaſmo ⁊ palyſi: q̃rũ per-
mixtio hec eſt. ℞. pulpe colloq̃ntidos. ʒ. xij. laudani puri. ʒ.
x. dragagãti. ʒ. ij. gallie. ʒ. iiij. ſal gemme. ʒ. j. ⁊ ß. confice ſic.
Dragagantum ⁊ gallia diſſoluãtur in aqua pluuiali. Lau-
danum vero diſſoluatur ĩ modico olei roſati: deinde miſceã-
tur oĩa ⁊ vltimo conficiant cũ eis colloq̃ntida ⁊ ſal gẽma vl-
timo pulueriȝata.

¶ Pillule aũt ad hoc valentes ſũt pillule de yera. ⁊ pillule
de ſpeciebꝰ: ⁊ pillule ſtomatice: q̃s ſcripſi in antidotario vni-
uerſalium medicinarum.

¶ Wahemet filius zacharie. Confectio pillularũ habenti-
um virtutẽ yere: ⁊ ſũt ĩ nobilitate eiꝰ ⁊ vocauit eas cochias
quarũ hec eſt ꝑmixtio. Accipe pulueris yere. ʒ. xx. colloq̃n-
tide interioris. ʒ. vj. ⁊ ß. ⁊ in alio pro colloquintida troſciſco-
rũ alhãdahal. ʒ. viij. ſcamonee antiochene cocte ĩ citonio. ʒ.
v. ſticados turbith. añ. ʒ. x. Fiãt pillule: doſis earũ ẽ a. ʒ. ij. vſ-
q ad. ʒ. ij. ⁊ ß.

¶ Sal. Pillule exꝑte ad ſodã frigidã: ⁊ mũdificãt caput ⁊ ſto-
machũ ab humore flegmatico ⁊ putrido: ⁊ ſunt pillule ſal-
ue: quarũ ꝑmixtio hec eſt. ℞. aloes boni. ℥. x. colloq̃ntide in-
terioris. ʒ. iiij. ſcamonee cocte in citonio. ʒ. iij. ſticados ara-
bici. ʒ. v. ſal' gẽme. ʒ. ij. aniſi: abſin. añ. ʒ. ij. ⁊ ß. turbith boni ⁊
electi ſublimis. ʒ. xij. fiãt pilluli. Et ſit doſis earũ a. ʒ. j. vſq
ad. ij. ¶ Aaron. Infuſio yere ad ſodã antiquã frigidã ex hu-
more groſſo flegmatico. ℞. yſopi ſicce. haſce: ſuccaha: radi-
cũ feniculi: apij: añ. ʒ. viij. turbith. ʒ. iiij. ⁊ ĩ alio. v. aniſi. ʒ. ij.
⁊. ß. ſalis gemme. ʒ. ij. paſſularum enucleatarum. ℥. j. Deco-
quant in lib. ij. aque vſq ad lib. j. ⁊ coletur. Deinde ꝓijciat
ſuper ipſaȝ yerepigre. ʒ. x. turbith boni ⁊ ſublimis. ʒ. iiij. po-
natur in vaſe vitreo: ⁊ ſuſpendatur in ſole diebus. x. et da

huius infuſionis omni die ab.℥.j.uſq; ad.ij.

¶Filius. Serapionis. Infuſio de aloe eſt mundificans caput ⁊ ſtomachum ⁊ curans ſodam. ℞.mirabolanorum:chebulorum:emblicorum:belliricorum:radicum apij:feniculi:florum:ſquinanti:capitis lilij:ana.ʒ.x.ſpice maſticis calami aromatici: an.ʒ.iij.yſopi:dauci:ſucaha:bedegar.ana.ʒ.v.colloquintide interioris.ʒ.ij.Coquantur in lib.iiij.aque ad lib.j.⁊ proijciatur ſuper eas aloes ſuccotrenſis.℥.j.et pone in ſole ſicut diximus.Et eſt doſis eius ab.℥.j.uſq; ad.ij.cum dragagantis et maſticis:ana.ʒ.ß.

¶Idem modus infuſionis yere:valens ad idem ⁊ eſt fortior ℞.radicum apij:feniculi:ſquinanti.an.ʒ.x. calamenti montani:ariſtologie rotunde:ſucaha ⁊ bedegar:an.ʒ.v.mirabolanorum indorum.ʒ.vij.epithymi cretenſis.ʒ.v. maſticis.ʒ. iij. ſpice.ʒ.ij.caſſie:ameos:calami aromatici.an.ʒ.iiij. agarici. ʒ.vj.ſticados.ʒ.vij.paſſule enucleate.ʒ.iij.Coquantur i li.vij. aque uſq; ad lib.v.⁊ proijciatur ſuper ipſam yerepigre.℥.j. Et fiat ſicut diximus.Et ſit doſis eius ab.℥.j.uſq; ad.ij.cum olei de cherua.ʒ.iij.

¶Alexander.Confectio pillularum valentium ad diuturnam ſodam ⁊ emigraneam ⁊ vertigines:⁊ epilepſiam: ⁊ arteticam:et educunt humores a profundo membrorum: et ſoluunt ſine moleſtia:quarum pmixtio hec eſt. ℞.Aloes boni ſublimis.℥.j.colloquintide interioris:ſcamonee cocte in citonio abſinthij: bdellij:ameos: ana.ʒ.ß.maſticis.ʒ.iiij.aniſi.ʒ.ij. euforbij.ʒ. ij.⁊ ß.baurach.ellebori nigri. an. ʒ. iij. cum ſucco caulium fac pillulas.Et ſit doſis a.ʒ.j.uſq; ad.ij.

¶Pillule noſtre conferunt egritudini capitis:⁊ conferunt ſode antique:⁊ ſolutione educunt humores pingues et graues ⁊ cuſtodiunt ſanitatem oculi:⁊ curant reuma eius.Quarum hec eſt permixtio.℞.colloquintide turbith:an.ʒ.iiij.agarici.ʒ.iij.ſticados.ʒ.ij.ſcamonee.ʒ.iij.⁊ ß.ſpicce ſquinanti:xiloaloes caſſie zilobal.carpobalſami:aſari:roſarum violarum epithymi:abſinthij:cynamomi:croci maſticis:ana.ʒ.j.aloes ſublimis ad pondus oim.Fac pillulas cum ſucco abſinthij.

¶Pillule alie noſtre.Valent ſimiliter ad mundificationem ſtomachi ⁊ capitis ⁊ accipiuntur oi tempore.Et dicuntur pillule de maſtice.℞.aloes.ʒ.vij.maſtic; roſarum:an.ʒ.iiij.turbith.ʒ.x.fac ide

pillulas. Doſis earũ eſt a.ʒ.ij.vſq₃ ad.iiij.
¶ Yera noſtra: cõfert ſode a flegmate facte. Stomachũ ⁊ cerebrũ mũdificat epar ⁊ mẽbra nutritionis cõfortat. ℞. carpobalſami: xilobalſami: caſſie: cynamomi electi: ſpice: aſſari: maſticis: cubebe: macis: nucis muſcate: ſquinanti: agarici: añ.ʒ.v. croci.ʒ.iij. aloes ſuccotrenſis lib.j. mellis q̃tũ ſufficit. Doſis ei⁹ eſt a.ʒ.ij.vſq₃ ad.v.
¶ De ſoda ex aggregatione colere ⁊ flegmatis.
Infuſio ꝯferens dolori capitis. cui⁹ materia eſt colera ⁊ flegma ⁊ ſolõne educit ea. ℞. pruna.xl. fumiterre.ʒ.viij. abſinthij.ʒ.iiij. mirabolanorum citrinorũ chebulo℞ ⁊ indorũ. añ.℥.j. tamarindorũ.ʒ.xv. agarici ⁊ turbith. añ.ʒ.ij. et ß. Coquãtur in lib.iiij. aque donec redeat ad lib.j.⁊.ß. Et accipe ex ea.℥.viij.⁊ fricetur in ea aloes turbith. añ.ʒ. partem j. agarici.ʒ.j. Deinde coletur ⁊ bibatur donec dimittitur ꝑ totam noctẽ. Si aũt qui ſumpſerit eã fuerit debilis illa tria non fricentur in ea: ſed ſufficit cum ea miſceri pulpe caſſie fiſtule.ʒ.xv.
¶ Haly. Mod⁹ infuſionis aloes: ꝯferens ſode ꝑmixtiõis colere et flegmatis diuturne. ℞. mirabolanorũ nigro℞ abſinthij. añ.ʒ.vj. fumiterre: bedegar: añ.℥.j. Coquãtur in li.iiij. aque vſq₃ ad lib.j.⁊ cola ⁊ ꝓijce ſuꝑ eã aloes boni.ʒ.viij. Et pone i vaſe vitreo: ⁊ fiat ſicut dixim⁹. Et da vſq₃ ad dies.xij. plus vel minus vſq₃ dũ appareat ſanitas. Et doſis ei⁹ eſt ab ℥.j.vſq₃ ad.ij. efficax ⁊ expertum eſt.
¶ Ruffus. Pillularũ cõfectio cõferẽtiũ ad ſodã antiquã ex humore groſſo flegmatico ⁊ colerico: qua℞ ꝑmixtio eſt. ℞. mirabolanorũ citrino℞: ⁊ indorum: abſinthij. añ.ʒ.iij. aniſi: bdellij: maſticis: añ.ʒ.ij. ſcamonee.ʒ.ij.⁊ ß.⁊ ꝓprie cocte i citonio trociſcorum: alandahal.ʒ.iiij. epithymi.ʒ.ij. aloes boni: turbith electi: ⁊ caſſie: añ.ʒ.vj. ſal gẽme.ʒ.j.⁊ ß.⁊ fac pillulas cũ ſucco endiuie. Doſis earũ a.ʒ.j.vſq₃ ad.ij.
¶ Alchindus. Cõfectio pillularũ ſode aggregatiõis colere ⁊ flegmatis ⁊ ſode ꝓprie ſtomatice ⁊ conferũt ſtomacho et mũdificant ipm ⁊ caput a ſuꝑfluitatibus colericis ⁊ flegmaticis ⁊ mũdificãt ſenſus ⁊ viſcera ⁊ cõferunt ſpleni. Quarũ hec eſt ꝑmixtio. ℞. triũ mirabolanorum. añ.ʒ.iij. epithymi boni: abſinthij: añ.ʒ.ij.⁊.ß. turbith arũdinei.ʒ.ix. agarici ſca

monee:trociſci:alādahal.añ.ʒ.ij.apij aniſi:añ.ʒ.ſ.ſalis gē‑me.ʒ.ſ.nucis muſc.gariofilorum añ.ʒ.vnius ptes duas:yere pigre.ʒ.v.maſticis.ʒ.ſ.et.ß.Confice cum ſucco endiuie et cū penidiarū.ʒ.ij.Doſis earū eſt a.ʒ.ſ.vſq; ad.iij.

¶Oribaſius.Cōfectio pillularū mundificātiū caput a cole ra et flegmati cōferentium ſode pmixte et mundificantium caput:et ſtomachū et iſtrumēta viſus:et attrahāt materias vehemēter.Quarū hec eſt pmixtio.℞.carpobalſami recen tis aſari maſticis abſinthij ſpice ſcamonee cynamomi ele‑cti.añ.ʒ.ij.croci.ʒ.ſ.nucis muſcate.ʒ.ß.turbith boni et electi ʒ.iij.aloes.ʒ.viij.colloquītide iterioris.ʒ.vij.Fac pillulas. Doſis earum eſt a.ʒ.ſ.vſq; ad.ij.

¶Galienus.Confectio pillularum cochiarum conferētium ſode permixte:et mundificantium ſtomachum et caput et in ſtrumenta viſus.℞.aloes ſcamonee cocte in citonio: collo quītide interioris albe et lenis maſticis:abſinthij romani: añ.partes equales.Confice cū expreſſione ſolatri: aut en‑diuie.Et doſis earum eſt a.ʒ.ſ.vſq; ad.ſ.et.ß.

¶Pillule.alie experte valentes ſilr mūdificant caput et ſto machū et cōfortant ea.℞.aloes boni et electi.ʒ.v.maſticis ʒ.iij.roſe ſicce.ʒ.ſ.Doſis earum eſt a.ʒ.ij.vſq; ad aur.ij.

¶Alie valētes et ſilr.Accipe aloes.ʒ.vi.mirabolanorum ci trinorum.ʒ.iiij.maſticis.ʒ.iij.roſarum.ʒ.ij.croci.ʒ.ſ.

¶De ſoda frigida ab humore melancolico.

Sapor heben girges.Confectio pillularū indarū cōfe rentium ſode:cuius materia eſt melācolica:difficilis era dicationis et conferentium manie et melancolie et epilepſie et lepre.et morphee nigre et vlceribus nigris.Quarum hec eſt pmixtio yerepigre.ʒ.x.epithymi agarici:polipodij:ſti‑cados:añ.ʒ.vij.mirabolanorum nigrorum colloquintide in‑teriores.añ.ʒ.iiij.ellebori nigri:ſalis indi:añ.ʒ.ij.et.ß.la‑pis lazuli.ʒ.iij.Fac pillulas.da.ʒ.ſ.et ß.vſq; ad.ij.cum a‑qua caſei infuſionis epithymi et paſſularum enucleatarum et parum ſal gemme.Sunt eīm mirabiles.Sunt enim ex po ſterioribus qui addiderunt in permixtione earū gariofilo rum:aniſi ſpice.añ.ʒ.ſ.et.ß.

¶Decoctio de epithymo conferēs ſode melācolice et ſpēbus melancolie et manie et lepre:et morphee nigre:et cācro et fi‑

ſtule nigre. ℞. epithymi: ſticados mirabolanorū nigrorum. añ. ℥. j. chebulorū: emblicorum: belliricorum: turbith: eupatorij agarici: añ. ʒ. v. polipodij: ſene: añ. ʒ. ij. fumiterre: florū ſquinanti: añ. ʒ. iij. corticum ellebori nigri. ʒ. vj. ſal' gēme. ʒ. ij. et ß. paſſularū enucleatarū. ℥. j. et ß. Oia pter epithymū bulliāt in lib. iiij. aque vſq ad lib. j. deinde bulliat epithymū in eo ebullitiōe vna modica. Deide coletur et pijciat in ea yere pigre. ℥. j. et fiat ſicut diximus. Doſis eſt ab. ℥. j. vſq ad. iij.

¶ Hamech filius zezar. Modus infuſionis cōferens ſode: cuius materia eſt humor aduſt⁹: aut melācolia: et eſt ſublime ad illud et ad maniā: et melancoliam: et epilepſiā: et vertiginem et leprā et cancrū et ſcabiē: et impetiginē. Cuius hec eſt pmixtio. ℞. mirabolanorū nigrorū chebulorum: añ. ʒ. viij. epithymi reubarbari: añ. ℥. j. radicū bugloſſe domeſtice et ſilueſtris et florum earum: añ. ʒ. iiij. abſinthij. ʒ. iij. fumiterre. ʒ. v. polipodij agarici ſticados camedreos camepiteos: añ. ʒ. iiij. liqritie. ʒ. v. ſene. ʒ. vij. paſſularū enucleatarum. ℥. j. Bulliāt oia preter epithymū in. v. lib. aque vſq ad lib. j. Ultimo vero ponatur epithymum. Deinde coletur: et proijciatur in ea confectionis hamech ſecunde. ℥. ij. et ponatur in ſole in vaſe vitreo diebus. vj. Et da ex eo ab. ℥. j. vſq ad. j. et. ß. Eſt enim mirabile.

¶ Jeſui ihe. Syrupus cōferens ad ea q̄ dixim⁹ et nobile: et expertū: et cōfert quartane: et oppilatiōi ſplēis et omni egritudini que eſt ꝺ melācolia. ℞. capillorū veneris radicū bugloſſe domeſtice et ſilueſtris et florum earū: polipodij. añ. ℥. j. epithymi. ℥. j. foliorū ſene: camomille ſticados: añ. ʒ. vij. camedreos ſquināti ellebori nigri: añ. ʒ. iij. fumiterre. ʒ. vij. eupatorij. ʒ. iiij. ſucci pomorum dulciū. ℥. viij. Oia preter epithymum et ſuccum pomorū buliant in lib. iij. aque vſq ad lib. ij. Deinde bulliat in eo ebullitione vna epithymum: et coletur cum ſucco pomorum et zucchari lib. ij. fiat ſyrupus Doſis eſt a. ʒ. x. vſq ad. xxx. et eſt ſublime.

¶ Alexāder. Pillule ꝺ lapide Armeno. Cōferūt ſode melācolice et educunt cum facilitate humorē melācolicum et cōferūt egritudinib⁹ melācolicis: ſicut eſt mania melācolia et cācer et lepra. ℞. yerepigre epithymi agarici: lapidis armēi loti et preparati: añ. ʒ. iiij. ſcamonee. ʒ. v. et proprie cocte in

pomo gariofiloꝝ.ʒ.ſ.fac pillulas cū aqua roſata doſis.ʒ.ſ.
¶Gal.Canō eſt ꝙ cura hui⁹ ſode:nō eſt expoliāda ab vno
triū regiminū:et ſilr omniū egritudinū melācolicarū. Pri-
mū eſt regimē humectatiuū:et impinguatiuū :preter hoc
ꝙ facit cadere in oppillationes:⁊ hoc ideo vt lenificet:⁊ ha
bilitetur corpus hūoris:vt recipiat equalitatē digeſtionis
in toto.Et hoc regimē eſt neceſſariū in principio:⁊ ī medio
et in fine ⁊ ante ſm regimē ꝙ dicemus poſt:vt non cadat in
corp⁹ hūoris:vt reſoluat ſubtile ⁊ remaneat ꝙ eſt groſſum
⁊ accidat reſiduo ipſius lapideitas.Scōm regimē eſt regi
men reſolutiuū faciēs reſolutionē cū mediocritate:⁊ ꝓprie
ei⁹ ꝙ habilitatū ē vt fiat illud.Et hec duo regimina opor-
tet vt ſibiīnuicem ſemp ſuccedāt:ſm hoc eñ cadet digeſtio
equaliter in materiā ⁊ equaliter reſoluet.Tertiū regimen
eſt regimē euacuatiuum in quo tria ↄſiderabilia ſubdent.
Unū vt nō ſemel ⁊ multā et ſubitā faciem⁹ euacuationem:
ſed per interualla habentē temperiē vt natura euacuatio
nē:nō euacuatio naturam regulet:ſubita ei et violēta.eūo
vix a natura regulariter opatur ipetus flāme:que ſubito
agit in ſubtile ⁊ pretergreditur groſſum.Op⁹ vero mode-
rati caloris eſt equaliter in vtranqꝫ partem rei elixabilis ⁊
aſſabilis agere.Secundū conſiderabile eſt:vt euacuatiuū
ſit cōmēſuratū nō excedens mediocritatem: ſed ſit extenſio
eleuationis eius non recedens a gradu medicinarum in-
columiū quas te ſcire fecimus in libro rectificationū earū.
Tertiū eſt vt non expolientur ſolutiua a reb⁹ lenificatiuis
et humectatiuis hoc eſt eñ qđ operationē beatificat. Ad-
huc aūt canon eſt vt in hoc triplici regimine confortet cor
cum rebus cordialibus:generantibus in eo mineram gau
dij ⁊ tu elige eas ex ſimplicibus ⁊ compoſitis:quarum tra
ditio eſt apud te:et cū adminiſtratione omnium que ad rē
gaudij pertinēt:hic enim eſt theſaurus cure.

¶De cura ſode a permixtione colere nigre ⁊ flegmatis.

Iude⁹.Modus pillulaꝝ cōferentium ſode a flegmate ⁊
melācolia.℞.mirabolanoꝝ:chebuloꝝ:indorum belli-
ricorum:ſalis indi:añ.ʒ.iij.turbith epithymi : añ.℥.ſ.et.ß.
ellebori nigri:pulpe colloquintide:añ.ʒ.iiij.yerepigre.ʒ.x.
agarici.ʒ.vj.ſticados.ʒ.iiij.abſinthij.ʒ.ij.Doſis eaꝝ.a.ʒ.ſ.

vſq ad .ij. ⁊ ſunt ſublimes.

¶Cōfectio pillulaꝝ ſtomaticarum ſolutione educentium flegma ⁊ vtrāq colerā:et confert ſode ſtomatice facte ab eis:quarum permixtio eſt hec. ℞. yerepigre :turbith:aā.ʒ. xij.mirabolanoꝝ citrinoꝝ chebuloꝝ indoꝝ aā.ʒ.v.agarici.ʒ.iiij.ſalis gemme ſticados:ameos : aā.ʒ.ij.epithymi.ʒ. iij.ſcamonee.ʒ.ij.et.ß.Fac pillulas cum ſucco ſcariole da a.ʒ.j.et.ß.vſq ad .ʒ.ij.et.ß.

¶Andromach⁹:yera cōferēs egritudini capitis a flegmate ⁊ melācolia:⁊ cōfert iuuamētū manifeſtū appoplexie et epilepſie ⁊ paralyſi:⁊ torture:⁊ mollificationi et initio aq: cuius permixtio. ℞.ſucci abſinthij.℥.j.yerepigre.℥.ß.turbith.ʒ.viij.colloquintide interioris.ʒ.iiij.ſquille aſſate.ʒ.iij. agarici:ſticados:polipodij:et epithymi:aā.ʒ.ß.ellebori nigri:piretri :piperis albi:⁊ lōgi zinziberis: ſquinanti:camedreos:aā.ʒ.iij.⁊.ß .cardamomi:macis:nigelle:ariſtologie: caſtorei.aā.ʒ.iij.euforbij.ʒ.ij.et.ß .croci : petroſilini cynamomi:ſpice polij:aā.ʒ.ij.abſinthij.ʒ.iiij.albarum penidiarum.℥.iij.mellis diſpumati q̄tum ſufficit.Doſis eius eſt a ʒ.iij.vſq ad.v.cum aqua caſei.

¶De ſoda ex percuſſione.

Soda ꝓpter ꝑcuſſionem filius Serapionis. Si ſupra ꝑcuſſionē in capite nullū ꝑterijt tēpus adminiſtram⁹ in principio que repellant:⁊ non permittāt materiam reumatizantem ad locum recipi et figi in ipſo:ſicut recte adminiſtrantur frigida ſtiptica cum aquis ⁊ expreſſionibus frigidis:ſicut eſt ramich ꝓprie cū aqua frigida multe frigiditatis ⁊ comprime vehementer ſuper locū.Et ex eis ſunt roſe ⁊ ſandali et ſanſel et ſiefmemite et accatia et bolus armen⁹ et chimolea et lens nō excorticata et litiū ſingulariter et coniunctim quando miſcentur cum aqua ſolatri aut virge paſtoris aut plantaginis aut coriandri humidi cum olbus aut cum aqua roſata et infrigidentur in niue aut cū expreſſione portulace.Si autem poſt ꝑcuſſionē ꝑterijt tēpus ⁊ materia iam reumatizauit ⁊ collecta eſt : medicamē reſolutiuū apponēdū eſt:ſicut ex camomilla melliloto fenugreco radice altee ⁊ ſimilibus.Si aūt nō reſoluit curatur ſicut diximus in tractatu apoſtematū.At vero et ſi reu

matizauit materia & adhuc reumatizat & partis collecta eſt & partis colligēda vtraq; cura indiget.ſ. & que repellat reumatizandū & q̄ reſoluat collectū & reumatizatū. Sint ſatis hec de curis ſode que diximus & ſufficere poſſunt eis quos deus excellētiſſimus ſanare voluerit illo concedente.

¶De emigranea.

Emigranea egritudo eſt de genere vehementiū dolorum propterea q̄n q; indiget curatiōe q̄nq; blādimento & cura ei⁹ indiget obſeruatione regiminū ſicut in ſoda dixim⁹. Quapropter oportet vt capl'a illi⁹ canonis hic etiā afferant in calida.ſ. & frigida. Cura aūt blādiens eſt cura nō vera et eſt ſtupefacere apud vehementem dolorē ipſius & pulſationem. Nos autē ſanitatis largitorē poſcim⁹ in primis vt de ſui largitate ipſam egenti & ſperāti annuat q̄ ſit benedict⁹. Afferam⁹ autē ad locū hunc ex medicinis ibi memoratis: quas poſſumus habere ꝯmunitatē iuuaminū in omnibus egritudinib⁹ capitis. Et ponimus ex medicinis hic quaſdā quas quidē proprias emigraneas eſſe dixerunt.

¶De emigranea calida:

Et ſi peccatū eſt ex parte ſanguinis flobothomiā conferre dixim⁹. Si vero ex p̄te col'e euacuabim⁹ eā poſt q̄ꝫ digeſſerim⁹ vtrāq; partē eius & hoc cū auxilio medicinarum quarū proprietas eſt hec facere. Et ex eis eſt aqua fructuū & infuſio mirabolanorum et infuſio aloes in aqua endiuie quam diximus & alia quorum rememoratio preceſſit & danda eſt yera cum ſcamonea.

¶Alexāder. Cōfectio trociſcorū q̄bus fit linimentū ad emigraneā colericā vehemētē & pulſatiuā. ℞. aluminis.ʒ.xvj. croci.ʒ.xij. colcothar.ʒ.x. myrrhe.ʒ.iij. onfacij.ʒ.ij. calcadis. ʒ.ij. gūmi arabici.ʒ.iij. Fac trociſcos cū vino forti aut aceto. Et cū neceſſe fuerit ſoluatur vn⁹ cū aceto permixto & liniat ſuper locū doloris & ſtringatur ſuper ipſum cū ligamine vt ſedetur pulſatio. Et quandoq; apud neceſſitatem ponitur aliquantulum opij.

¶Democritus. Linimentū bonū ad emigraneā calidā. ℞. ex fece attramēti ſicca & diſſolue eā cōterendo cū aceto multe fortitudinis cū octaua p̄te ipſius opij egyptiaci: & laboretur multū in cōtritione ipſius ſicut per diē.ſ. & liniatur ex

eo ſup tẽpora ⁊ ſtringatur ſuper ipſum. Eſt enim expertū.

¶ Archigenes. Linimentū ad emigraneā calidā pulſatiuā expertū ⁊ ad ſodā vehemētē. ℞. ſucci aggreſte myrrhe. aā. ptē. j. fecis encauſti ſcriptorū ptes. ij. alumis iameni croci aā. ptem. j. ⁊ quartā. Cōfice terēdo cū aceto vini cōtritione multa ⁊ liniatur ex eo ſuper tpa ⁊ ſtringatur ſuper ipſum.

¶ Filius zacharie. Si ſtomach⁹ eſt cum cauſa dāda eſt poſt mūdificationē infuſio coriādri ⁊ pſilij cū zuccaro in matutinis ⁊ aſſiduetur illud qꝛ confert ſi deus voluerit.

¶ Idē. Caputpurgiū fiat ex lacte mulieris cum modico cāphore ⁊ ſi neceſſitas vocat adde tātūdē opij ꝙtū eſt cāphora ⁊ diſtilla ex eis in aurē ⁊ naſuꝫ q̄ ſeqtur morbū. Deinde ſtilla oleū violatuꝫ poſt horam cum lacte mulieris.

¶ Ex embrocis alijs ſuper hec eligenda ſunt ⁊ afferēda ad iſtū locū ea que congruant ⁊ quorū proprie preceſſit rememoratio. Sed ad hūc locū ex eis aliqua referantur que diximus in ſoda frigida.

¶ De emigranea frigida.

Hermes. Linimentū ad emigraneā frigidā cronicā. ℞. ſucci rute agreſtis ſucci affodili. ℥. aā. iij. caſtorei euforbij piretri: aā. ʒ. vj. pip. ſinapis ſtaphiſagrie calamēti zinziberis: aā. ʒ. iij. croci. ʒ. iij. Fiāt ex eis trociſci ⁊ cū neceſſitas vrget ex eis diſſoluatur vnus in aceto multe fortitudinis et liniatur ſuper locū ⁊ ſtringatur cū pila. Eſt em̄ efficax ⁊ eo vtendū eſt quando iam omnia non contulerint quoniā eſt forte. Et quandoqꝫ cuꝫ lib. j. olei ⁊ vini lib. ß. ⁊ cere. ℥. iij. bulliant oīa vſqꝫ ad vini conſumptionem. deinde colentur ⁊ fit inde vnguentum mirabile.

¶ Democrit⁹. Medicamē magnū cōferens emigranee difficili ⁊ cronice q̄ difficulter ſeparatur ⁊ non eſt ꝙ conferat ſicut illud. Accipe ex emplo ſinapiſmo circiter. lib. ij. et commiſce cū eo ſquille. ℥. ß. coſti radicū capperis euforbij: aā. ʒ. iij. oīa trita cū aceto: aut vino odorifero ꝙtū ſufficit aggregabis ⁊ empla ſup locū qm̄ eſt vltimū.

¶ Hyppocra. Granorū lauri partem. j. olibani. partem. ß. Miſce oīa cū aq̄ poſt ipoꝝ triturationē: ⁊. linies ſup locū.

¶ Oribaſius. Granoꝝ lauri folioꝝ rute: aā. partē. j. ſinapis partē. ß. aggregentur cū aqua ⁊ adminiſtrētur.

¶Alexander. Si eſt emigranea a comitate ſtomachi vomi tus ꝓuocand⁹ eſt cū oximelle ꝛ pipere aut oximelle ꝛ porris aut oximelle ꝛ raffano nutrito cū elleboro nigro. Dein de poſt vomitum detur dyacitonitez aut citonia cū pipere ꝛ zinzibere ꝓpinato tñ ante vomitum per triduū apozima te apij ꝛ ysopi ꝛ dauci ꝛ ſimiliū cū oximelle.

¶Idem. Caputpurgiū q̄ frequēter vſus ſum ad emigraneam difficilē ex humore frigido. ℞. euforbij caſtorei: añ. partes eq̄les. Fiāt ex eis ſief ꝛ apō neceſſitatē fricet cū vno eorū ſup cutē cū aq̄ calida aut oleo coſtino aut nardino. Et diſtilletur ex eo in narez ꝛ aurē que ex parte doloris eſt. Deinde balneetur ꝛ cōſequenter adhuc ex medicamine diſtillet ꝛ hoc viciſſiz cito em̄ emigranea ſoluetur ſi deus voluerit.

¶Alexāder. Linimentū q̄ nulliū mai⁹ ad diuturnā ꝛ difficilem emigraneā inuenit. ℞. euforbij vitreoli. añ. ʒ. iij. myrrhe pure trociſcorū croci magnetis croci piperis. al. ana. ʒ. iij. Tere oia ꝛ confice cū aceto: ſic conterendo ꝯtritiōe multa vſq̧ dū fiat ſicut mel. Et linies ex eo totum tp̄s ꝛ dimitte vſq̧ dū deſiccetur. Et iterū ſcdo ꝛ tertio inunge. Deinde lauet ꝛ ſingulis dieb⁹ ſine intermiſſione faciat vſq̧ dū appareat ſanitas: ſi deus voluerit.

¶Aliud eiuſdē. Olei de ſabina. lib. j. cere. ℥. iij. euforbij. ℥. ſ. Fiat ex eis vnguētū ꝛ ex eo mediā partē capitis inunge et frontis an̄q̧ lauet in balneo. Deinde lauetur ꝛ fiat hoc ſingulis dieb⁹: q: ſanabit̄ ſi deus voluerit.

¶Galienus. Non eſt narcoticorū vſus in vehementia adminiſtrationis ad egritudines capitis ꝓpter paſſibilitatez cerebri. Sz in vehemētia neceſſitatis qñ dolor ſit vehemēs ꝛ amētē reddit aut ad ſincopi ꝑducit. Cōuertim⁹ regimen ad adminiſtrādū ea cū timore ꝛ cautela poſt fractionem tñ excellētie eorꝫ ꝛ meli⁹ ē adminiſtrari i emplaſtris q̄ꝫ i potib⁹ deinde i caputpurgijs. Et tu elige q̄ voluer; ex eis q̄ dixim⁹.

¶De ſcothomia ꝛ vertigine

Cura hui⁹ egritudinis eſt. v. res. Prima abſcidit materiā. Secūda conuertit regimen ad membꝛuz mandās ſi eſt aliquod mandans ꝛ rectificat illud. Tertia ꝯuertit regimen in adminiſtratione cibi ꝛ potus ducētiuū ad equalitatez. Quarta confortat cerebrum ꝛ caput totuz vt nō re=

cipiat quod mandatur. Quinta conuertit vapores ⁊ fumos ad oppoſitum ⁊ diuerſum ⁊ illud fit cū fricationibus extremitatum ⁊ conſtrictione doloroſa et ventoſatione in eis et ſpatulis et omni qđ attrahit ad diuerſuꝫ et cū clyſterijs et ſuppoſitorijs et ſimilibus.

De ſcothomia ⁊ vertigine a materia calida ⁊ ſanguinea.

SI ſanguis quidem in cauſa fuerit ex abundantia eius in toto corpore. primo de baſilica minuimus aut de vena media. Et poſtea ſi neceſſitas vrget cephalicam minuimus. hoc enim eſt preceptum. hyppo. et ſi adhuc perſeuerauerit egritudo flobothomabis venam non pulſatilē que eſt poſt aurem ex vna parte vel ambabus ſi neceſſe fuerit. Scarificatio etiam cartilaginum aurium eſt multuꝫ cōferens. Et competit etiam in hac ſpecie ventoſatio crurum Si autem ſanguinis abundantia in capite ſolo apparuerit de cephalica minuimus ſola ⁊ venis que ſunt poſt aurem. Scarificatio etiam auris vtilis eſt: ⁊ appoſitio ſanguiſugarum in naribus ⁊ appoſitio ventoſarum in nuca ⁊ ſpatulis ⁊ collo. Et quidem omni ſpecie eius confert emorroydaruꝫ et prouocatio et in mulieribus menſtruorum. Et ſint cibi eorū ſanguinis feruorem extinguentes et congelati ⁊ aceroſi. Et confert eis adminiſtratio pſilij conquaſſati cum aqua ⁊ zuccharo in matutinis omni die aut infuſio coriandri: et confert oleum roſatum ⁊ acetum conquaſſata ⁊ infrigidata in niue et effuſa ſuper caput et olfactus eorum ⁊ roſarum et ſandaloruꝫ ⁊ ſaufel et omne regimen extinctiuuꝫ.

De ſchotomia ⁊ vertigine colerica.

CUratur cum medicinis quas in ſoda calida diximus et cum decoctione mirabolanorum ⁊ infuſione aloes et alijs et cum regimine ciborum extinguentium et cum vomitu et cum ſyrupo acetoſo. Si eſt a ſtomachi communitate et cum alijs et cum clyſteribus et talibus et conferunt ei yera ⁊ collyria

De flegmatica ſcothomia.

CUratur ſicut ſoda flegmatica cū pillulis cochijs ⁊ infuſionibus de yera ⁊ alijs ⁊ ſi eſt a ſtomacho cū vomitu cum oximelle ⁊ pipere aut cuꝫ raffano aut cū ſinapi ⁊ cum clyſteribus ⁊ talibus ⁊ cōfert ei yeralogodion iuuamentuꝫ

māifeſtū. ⁊ yera. Archigenis ⁊ theodoricō et yera Galieni.

¶ Albruabam. Cōfectio de ſticados cuiꝰ iuuamētū eſt ſublime ad vertiginē cuiꝰ materia eſt flegma ⁊ colera: cuiꝰ permixtio hec ē. ℞. yerepigre. ℥. x. agarici epithymi: añ. ℥. iiij. mirabolanorū chebuloꝝ indoꝝ emblicoꝝ belliricoꝝ ſticados: añ. ℥. iij. ſalis indi. ℥. ij. Cōfice cū ſecaniabin et ſit doſis a. ℥. ij. vſq ad. iij. cū aqua calida in ieiunio.

¶ De vertigine melēcolica aut flegmatica ventoſa.

Vertigo aūt melācolica aut flegmatica curat̄ ſicut ſoda facta ab illis. Et vertigines que fiunt a permixtionibꝰ ſimiliter. Et vertigo que fit a vapore fetido: curatio ē cū adminiſtratiōe redolētiū calidoꝝ aut frigidorum ſicut neceſſitas innuat.

¶ De vigilia et ſahara.

Si a materia eſt curetur qualiſcūq fit: ſicut in ſpēbꝰ ſode diximꝰ ⁊ cū emplaſtris ⁊ linimētis ⁊ embrocis ⁊ caputpurgijs et alijs. ¶ Dyaſcorides terātur ſeminū papaueris. ℥. ij. aut ex corticibꝰ ⁊ ſeminibꝰ. ℥. j. et infundant̄ ſup ipſum aque fontium lib. ß. deinde poſt horas. vj. aut. viij. mulgeatur ex eis aqua et ꝓpinetur in ſero cū zuccharo et facit ſomnū ſoporis bonum et qñq ſemen papaueris ⁊ cortex ponuntur in ſorbitionibus et conferunt.

¶ Haly. Suffumigiū expertuꝫ ad ſomnum inducendū. ℞. corticū papaueris recētiū anni ſui. ℥. xx. tortellaruꝫ de ſeni. ℥. viij. ſeminis aneti: aniſi: añ. ℥. vj. maſti. ℥. ij. Pulverizēt et cribellentur ꝑ pannū de ſeta cruda: et miſcentur cū eis penidiarū quātū eſt totū. Et ſit doſis eiꝰ pueris a. ℥. j. vſq ad ß. Juuenibus vero a. ℥. v. vſq ad. viij. eſt enim mirabile.

¶ Andromachꝰ. Suffumigiū ſedās vigilias et inſomnietatem et eſt exptuꝫ. Accipe: corticū papaueris recentiū anni ſui. ℥. v. ſeminis lactuce: aneti: granorū ſolatri: añ. ℥. ij. opij. charat. j. tere oīa ſicut alcohol: et da ex eo. a. ℥. ij. vſq ad. v.

¶ Mahemet. Cōfectio trociſcoꝝ exptoruꝫ ad ſahara cum febre ⁊ acuitate et ſedat alienationē et febrem: et aufert ſitim vehementē. ℞. ſeminis lactuce: portulace: papaueris: ſeis cucurbite: citrulli: excorticati: añ. ℥. v. ſucci: liquiritie: amili: dragagāti. opij: añ. ℥. j. et. ß. Terantur omnia ſicut alcohol. ⁊ fac trociſcos cū mucillagine pſilij. Et ſit doſis eius

a.ʒ.ij.vſq ad.iiij.cum aqua frigida:ꝛ quādo neceſſitas eſt maior da cū aqua coriandri humidi aut lactuce:aut citrul li:aut cucurbite:aut ſimilium.

¶Iude⁹.Trociſci ſimiliter valētes.℞.iuſquiami: lactuce: ſeminis papaueris.añ.fac trociſcos cum ſucco lactuce. da ʒ.j.vel.ij.cum aqua frigida.

¶Dyaſcorides.Opium cum oleo ſuppone ſomnū facit et proprie ſuppoſitū cū licinio:ſed eſt timoroſuʒ:ꝛ ꝓpter hoc oportet vt preparetur ita ꝙ poſſit extrahi qñ vis anteꝗ no ceat:ꝛ ſimiliter ex papauere nigro.

¶Democrit⁹.Embroca conferens ad ſaharam et doloreʒ capitis ex eadē cā.℞.foliorum alzahanam:ꝛ capitis papa ueris:ꝛ foliorū apij ꝛ mēte:ꝛ ſeminis lactuce:et iuſqñiamī añ.partes equales.Decoque in aqua vſq ad cōſumptio nē tertie partis ipſius:ꝛ ex ea fundat̄ ſup caput ꝛ embroce tur cū ea.Deinde liget̄ caput et cooperiat̄ pānis.expertuʒ eſt.Et ſi ex eiſdem fiat emplaſtrum cōfert mirabiliter.

¶Iſaac. Embroca curans inſomnietatē et ſaharam a cau ſa frigida.Accipe floruʒ camomille:mellilotī:aneti:corticū radicum:mandragore:ſanſaci:añ.fac ſicut diximus :et em brocetur cum eo.

¶Si a caliditate et acuitate fuerit inſomnietas embroceť caput cum aqua vbi papauer ſemē:lactuce:viole:roſe ne nufar:folia ſalicum ordeum excorticatum:iuſquiami ſemē et portulace cocte fuerint.

¶Emplm̄ cōferens ſahare folia portulace lactuce raſura cucurbite lēticula aque ſempniua aggregētur cū mucilla gine pſilij:ꝛ oleo de mādragora et infrigidatuʒ capiti ſup ponatur:curat enim ſi deus voluerit.

¶Filius Serapiōis.Linimentū conferens ſahare.℞.cro ci.ʒ.vij.opij.ʒ.ß.caſſie.ʒ.ij.Diſſoluant̄ i oleo mādragore vť roſaꝝ:ꝛ fiat linimētū ex eis quia ſanat:ſi deus voluerit.

¶Aliud noſtrum.Accipe ſucci lactuce:portulace:ſemper viue herbe iuſquiami:ſolatri:añ.partes.ij.farine fabaruʒ et ordei:añ.partem.ß.opij circiter partē ſextā:olei mādra gorati ꝛ roſati:añ.partes.ij.mucillaginis pſilij partes.iij. Coquantur omnia:ſimul vſq dū fiant ſicut pulmentum:ꝛ dimittantur infrigidari:ꝛ poſtꝗ caput embrocatuʒ fuerit ſuperponatur.

ſuperponatur expertum eſt.
¶ Filius zezar. Oleū ſomniferū mirabiliter expertum. ℞. opij. ʒ. x. ſeminis lactucarū. ʒ. viij. iuſquiami: ⁊ mādragore: añ. ʒ. v. corticū papaueris. ʒ. xij. Terantur cōtritiōe groſſa et pȷ̄jce ſuper eam aque expreſſionis mandragore: aut coctionis eius lib. j. aque decoctiōis capitū papaueris lib. j. olei ſiſamini lib. j. Coquantur in vaſe duplici vſq; ad ꝯſumptionem ſuccorum et ex eo frontē et ſinciput vnge. et ſi ex eo caputpurgium feceris confert: et ſimiliter ſi ex eo in nares iniiceris. eſt enim expertum.
¶ Ex caputpurgijs plura in ſoda dicta ſūt. Et tu ex illis elige ſm̄ ꝙ exigit diſpoſitio. Et ex eis ē illō qō fit cū oleo mandragore qñ diſtillaẗ ex eo ī naſuȝ cū emulſiōe lactis. Et fit ſimiliter ex oleo nenufarino et roſato et violato: ⁊ qñq; diſtillanẗ in aurē ⁊ cōferunt: ⁊ qñq; addiẗ eis opij ſicut granum orobi et quandoq; cū oleo de papauere aut de lactuca.
¶ Gabriel. Caputpurgiū cōferēs ſahare. ℞. opij croci: corticū papaueris: caſſie: añ. fiāt collyria et diſſoluanẗ in oleo roſato et diſtillentur ex eis in nares. quoniā eſt expertum.
¶ Idem caputpurgiū ſi fuerit a cauſa frigida fiat cū oleo de croco et aneti et camomille: et ſi oportet cū modico opij et croci cum eis.
¶ Gabriel. Suffumigiū conferens ſahare. ℞. roſarū violarum foliorū ſalicū. añ. ℥. j. ſandali machaziri. ℥. ß. florum nenufaris. ʒ. iij. corticum papaueris. ʒ. vij. ponātur in ampulla vitrea ⁊ impleatur. deinde aqua roſata: et obtureẗ orificium eius. Deinde bulliat ſup cinere calido vſq; ad ꝯſumptionē tertie partis ipſius. Poſt hoc deobturetur orificiuȝ vaſis ⁊ patiēs inde fumū recipiat inducit enim ſomnum.
¶ Aliud eiuſdē ſatis efficax florum camomille: florū aneti. añ. ℥. ij. melliloti. ʒ. viij. corticuȝ mandragore: caſſie ſquinātí. añ. ʒ. iij. corticum papaueris. ʒ. viij. ligni aloes boni. ʒ. ij. et ß. Fiat ſicut diximus: eſt enim expertum.

¶ De freneſi.

Cura huius egritudinis ſi iam impreſſit caſſa eſt. ſi aūt adhuc fit preparamētū vt imprimat: ſed adhūc nō impreſſit curatur ſed non apud negligentes ⁊ ſtolidos. Et cura ipſi⁹ ſunt quinq; res. Prima ſubtrahit materiā ⁊ abſcin

diteam. Secunda ↄuertit vaporoſum eius ad diuerſum et oppoſitū. Tertia ↄuertit regimen ad confortandum caput vt non recipiat qđ ad ipſum tranſmittitur de vaporibus ꝛ extinguat audaciam acuitatis eorum. Quarta couertit re gimen ab ea p q̄ poſſit fieri temperies: et adequatio ex eis que dicam. Quinta conuertit regimen ad ſedationem ac- cidentiū. Tres autem ex eis ſunt principales: ꝛ reſpiciunt cauſaꝫ ꝛ ſunt de neceſſitate cure. Due autē poſteriores pre parant ꝛ adiuuāt. Et vna ponit regimē in dieta. Et alia ſe- dat accidentia praua. Diſtinguendū aūt eſt in his rebus hoc modo. ¶ Primā rem complet flõia: vbi neceſſaria fue- rit ꝛ medicamen ſolonis qñ oportunuꝫ fuerit ꝛ adminiſtra tio clyſteriorum linium non tranſgredientiū linitatis gra- dum vel modicum tranſgredientium vt non fiat incitatio. ¶ Scđam rem cõplent fricationes extremitatum: ꝛ ligatio nes compreſſiue doloroſe in eis ꝛ effuſiones aque calide in eis ante fricationē: ꝛ poſt: et vētoſe poſite in tybijs: et bra- chijs: ꝛ ſcarificatiões in aurib⁹: et ſanguiſuge in narib⁹ et ſternutatoria ꝛ gargariſmata: ꝛ ꝓuocatio emorroydarū et in muliere ſanguinea mēſtruoꝝ. ¶ Tertiā rē cõplent lini- mēta: ꝛ emplaſtra repercuſſiua cõſiderata: ſicut dixim⁹ in ſoda ꝛ canone ibi diſtincta. ¶ Quartā rē cõplet admiſtra- tio potuū ꝛ ciboꝝ ſedātiū inflāmationē: et aeris puri tpati et domus exute a formis et luciditate l q̄ ſternant redolē- tia frigida ꝛ in qua ſit fragor ramoꝝ redolētiū frigidoruꝫ: cū tenui murmure: fluentia aquarū frigidarū: et oī q̄ete et adminiſtratione gaudij lenis: et ſonitus organoꝝ tenuis. ¶ Quintā rē cõplet adminiſtratio medicinarum ſomnife- rarum ꝛ ſedatiuarū: ꝛ ſacietas amicoꝝ q̄ prohibeāt ꝛ vin- cant agitationē eius: ꝛ ſint fideles in adminiſtratiõe eorū que inducuntur ab artifice: ꝛ prudentes: coerceāt ꝑmixtio nem ipſius aut ſaltem mulceant.

¶ De freneſi ſanguinea.

In primis ſi nihil fuerit qđ ꝓhibeat flobothometur ce phalica: ꝛ deinde flobothoma venas frontis: vel ſāgui ſugas applica eis: aut in narib⁹: ꝛ ſi eſt quod ꝓhibeat ſal- tem ex venis frontis: aut nariū ſanguinis fiat extractio. Et ſcito ꝙ eſt vtilis: et oī ſpeciei freneſis confert emorroyda-

rū puocatio ſimilr auriū ſcarificatio.

¶De freneſi colerica.

FReneſis colerica medicina ſolutiua indiget ſicut ē aq̄ fructuū: ⁊ ſyrupus violatus: ⁊ roſatus ⁊ diaſiracoſt: ⁊ alia que diximus in ſoda. Linimenta in principio rei vtilia ſunt ex oleo roſato ⁊ aceto cōquaſſatis ⁊ alia que diximus ⁊ ēplaſtra: ⁊ caputpurgia: ⁊ ſuffumigia: ⁊ tu elige ea in capitulo de ſoda. Et ſi vigilias patitur affert ad locū hunc que diximus in ſahara: ⁊ alienet olno cibaria groſſa: ⁊ aquam frigidaꝫ da. Et ſcito q̄ in ſanguinea indigetur reſolutiōe plus ⁊ extinctione minus. Et in colerica ecōtra. hoc eſt ſtudio ſanabiſ ſi deus voluerit.

¶De litargia ⁊ eſt ſirſen frigidum.

CUra huius egritudinis ſunt. v. res: quas nominauimus i freneſi: ſꝫ aliter atq; aliter accepte. ¶Prīa eſt occupari ad ſubtractionē materiei cum clyſteribus fortibus ⁊ acutis: ⁊ cum vomitu ⁊ interdum cum ventris ſolutione. ¶Secunda eſt conuertere materiā ad oppoſitū aut diuerſum: ⁊ deriuare de parte in partem: ⁊ hoc quidem complectur cum fricationibus extremitatum ⁊ compreſſione doloroſa in eis facta ⁊ ligaturis fortibus ⁊ effuſione aque calide in eis ⁊ vētoſatiōe ſine ſcarificatione. que pcedat deſcēdēdo: ſicut verbi gratia incipiendo a nuca: ⁊ collo ſubdeſcēdendo ad ſpatulas ⁊ brachia ⁊ crura: ⁊ res efficax. Completur etiam ſecunda res cuꝫ ſternutatorijs: ⁊ gargariſmatibus: ⁊ ſcarificatione auriū: ⁊ prouocatione emorroydarum ⁊ menſtruorum. ¶Tertia res conuertit regimen ad hoc vt repellatur materia que tranſmittiſ ad caput aut reſoluaſ tranſmiſſa. Et completur in principio rei cum medicinis repercuſſiuis: ſicut eſt oleum roſatum proprie conquaſſatuꝫ cū aceto et completur in proceſſu rei cum repercuſſiuis ⁊ ī parte reſolutiuis: ſicut qui recte oleo roſato: ⁊ aceto miſcerī docuit caſtoreum conquaſſatam cum eis: ⁊ ſuperpoſitum: ⁊ adhuc re multum procedente cum reſolutiuis tantū ſicut loquemur poſt. ¶Quarta res ē regimē in dieta: ⁊ alijs exterioribus: ⁊ cōpletur cibis ⁊ potibus cōuenientib⁹ ſicut eſt aqua ciceris: ⁊ aqua ordei cū barbis porrorū: et yſopo et ruta; et hydromelle ⁊ allea cū pipere pauco ſi non multū fe

febriat. Et alienet a qua frigida oīno. Et cōplet etiā locādo eos in domo lucida plena imaginibus in qua ſit ſtrepitus ⁊ tumultus loquentium: ⁊ aſtantium vehemens cū inquietatione egrorū: ⁊ prouocando eos ad irā: ⁊ iurgia vt nō pſfundentur in ſomnum exercendo corā eis ſonit⁹ ⁊ ſtrepitus horribiles ⁊ laborioſos.

¶ Quinta conuertit regimen ad ſedationem accidentiū: q̄ ſunt ſubeth: ⁊ ſomnus grauis ⁊ ſoda que nō ſentitur: ⁊ obliuio loquendi: ⁊ obliuio vrinandi egerendi ⁊ aliorū ⁊ hāc rem complet adminiſtratio rerū vigilare facientiū ⁊ prohibentiū ſubeth ⁊ ſedantiū ſodā: ⁊ remouentiū obliuionē: ⁊ incitando eos ad loquendum: ⁊ vigilandū: ⁊ euellendo pilos eorū: ⁊ incitando eos ad vrinandū ⁊ egerendū: etiā ſi opꝫ ad cōprimendum veſicam ⁊ pectinē ad hoc vt vrinent. Hoc eſt totum genus cure eorum et hoc toto genere ſanabunt ſi deus voluerit.

¶ Filius zacharie: clyſtere cōferens litargie flegmatice: et obliuioni ⁊ appoplexie. ℞. colloquintide interioris. ʒ. ij. ⁊ ß. cartami. ℥. j. corticū radicū capparis: ſeminis vrtice. ana. ʒ. iiij. calamēti. ℥. j. coquātur oīa in lib. iij. aq̄ vſq; dū redeat ad lib. j. ⁊ ß. ⁊ accipe hui⁹ expſſiōis lib. ß. murinabati. ℥. j. ⁊ cum oleo. fiat clyſtere: ⁊ inijciatur.

¶ Fili⁹ zacharie clyſtere cōferēs litargie melācolice: ⁊ eſt illa que rarius aduenit: ⁊ ſi accidat raro eradicatur ⁊ appoplexie ab eadem cā. ℞. epithymi rubei. ℥. j. colloquītide interioris. ʒ. ij. polipodij. ℥. ß. calamēti: manipulū. j. coquātur ſicut ſuperius: ⁊ fiat clyſtere cū oleo camomille.

¶ Galien⁹. clyſtere efficax ⁊ ſublime ad litargiā ⁊ appoplexiam: ⁊ paralyſim. ℞. arthanite ⁊ colloquintide interioris. añ. ʒ. j. ⁊ ß. carthami. ℥. j. cētauree minoris. ʒ. ß. ellebori albi. ʒ. j. ⁊ ß. haſce. ʒ. viij. coquātur oīa ſicut diximus: ⁊ clyſterizetur cum eo.

¶ Aliud noſtrum colloquintide. ʒ. ij. centauree. ℥. ß. carthami: polipodij: añ. ℥. j. yſopi: haſce: radicū malue añ. manipulum. j. mellis. ℥. ij. vel. iij. ſalis maſſe. ℥. ß. ſal gēme. ʒ. iij. fiat ſicut diximus. Eſt em̄ vtile: ſi de⁹ voluerit.

¶ Uomitus quoq; ꝓuocandus cū ſynapi: ⁊ cū oximelle: aut cū raffano aut cum oximelle et oleo: ⁊ ſale: et aqua chriſola

carne aut ſicle: anticum decoctione alſereireng. aut ſilium.
¶ Alexander. Si ventris ſolutio neceſſaria fuerit ppter plenitudinē et exhiberi illā fuerit poſſibile. Da caſtorei. ʒ. ſ. tertias. ij. et ſcamonee cocte et pparate. ʒ. j. ſextā plus vel minus ſicut oportere videbis et cū ydromelle dabis. Sed melior omni euacuatione eſt clyſtere.
¶ Sternutatoria et gargariſmata in capitulo de ſoda frigida eligātur: et embroce ſiltr: et caputpurgia et odoramēta: ſed ex odorabilib⁹ in hac pte eſt neemē: et haſce et ppzie i pceſſu rei: et caſtoreū: et calamentū: et ruta: et fum⁹ pilloꝝ initoꝝ cuz caſtoreo: qm̄ excitat eū: aut capillorum infirmi: quos prius euulſiſti euulſione doloroſa.
¶ Democrit⁹ ſinapiſmus ɔgruit litargie cui⁹ difficilis ē reſolutio. Sinapiſmus quidē eſt dictus i repoſitorio medicinarum vniuerſalium.
¶ Archigenes. Acetū ſquilliticū conquaſſatū cū oleo roſato in quo diruptū ſit caſtoreū cōfert litargie: et euigilare facit et qñqꝫ pro oleo roſato permutatio fit ad oleū yrinū aut oleū de narciſco. et qñqꝫ permiſcētur cū eis capilli hominis adusti. et eſt mirabile.
¶ Alexāder: capilli hoīs aduſti et triti multuꝫ cū aceto vſqꝫ dū fiat totū ſicut vnguentū: ſunt medicina mirabilis ad litargiā: et ſubeth. excitat eni. cito a ſomni pfunditate: et qñqꝫ miſcetur eis caſtoreum.
¶ Alexāder: vapores a capite optime expellūtur: ſi in principio litargie. et ſubeth ex oleo et aceto ɔquaſſatis diu caput liniat. Sed poſtqꝫ circūteneri incipiūt admiſceri opꝫ caſtoreū: aut feniculū algul: aut pulegiū: aut calamētū aut haſce et ſimilia: aut neemen et calamentū aut oia aut ſingula.
¶ Empl'm ex arte noſtra ɔferens litargie et ſubeth et euigilare faciēs. ℞. piretri: ſinapis: ſquille. añ. ʒ. j. caſtorei euforbij. añ. ʒ. v. Miſce oia cuꝫ ſucco affodili et ſucco ſanſuci et epithymetur ex eis pupis cerebri.
¶ Andromach⁹. Accipe ſquillā et tere et calidā ſup locū quātū ex ea oportet pupi capitis applica poſtqꝫ cū oleo roſato et aceto et caſtoreo conquaſſatis locū inunxeris.
¶ Archigenes. Linimētū reſoluēs litargiā et ſubeth. Accipe olei de been: olei nardini et coſtini. añ. ptē. j. caſtorei q̄rta p-

tis vni⁹ euforbij tantũdẽ.ꝛ piretri ſil'r:ſquille partem.j.ꝛ ß. fiat ex oib⁹ linimentũ:ꝛ epithymetur cum eo.

¶ Galien⁹.ſi diuturna efficitur paſſio caſtorei a granis.iiij. vſqꝫ ad.v.cum oximelle bibere dandum eſt:ſatis a me expertum.Et ſimiliter tyriaca data:aut mitridatũ ꝯfert:aut dyamuſcus ꝛ ſimilia.

¶ Philagrius.Stimulãtia corp⁹ſũt de gñe materiã diuertere facientiũ:ꝛ operãtur pl⁹ q̃ȝ fricatio extremitatũ ꝛ ꝯpreſſio doloroſa.Et ſunt ꝓprie qñ linimẽta ꝛ ꝯfricationes fiunt cũ rebus acutis:ſicut eſt acetũ ſquilliticũ proprie ꝛ ſquilla ꝛ ſinapis cũ aceto ꝛ vrtica ꝛ ſemen eius ꝛ piretrum ꝛ ſemen almezereõ ꝛ folia eius.Ex iſtis eñ cũ fricãtur extrema materia ad diuerſum trahitur ꝛ ſubeth ĩpeditur vt non ꝓfundetur in ipſum ſi glorioſus deus voluerit.

¶ De diminutione memorie.

IN primis mũdificatio fiat capitis ꝛ corporis toti⁹ ſi eſt a materia flegmatica:poſtq̃ȝ digeſſeris eã. Et euacuatio in ꝑncipio rei cũ medicinis operãtib⁹cũ facilitate: ſicut eſt yera cõfortata cũ pulpa colloq̃ntide.et caſtoreo et alijs q̃ nominauim⁹in ſoda:ꝛ gradatiȝ ꝓcedem⁹ad maiora ſicut ſunt yere magne theodoricõ ꝛ nuces muſcate ꝛ alia q̃ diximus:ꝛ collige ex eis emplaſtra ꝛ caputpurgia ꝛ alia.Et aſferas etiã ad hãc partem que diximus in litargia.

¶ Mahemet araſi.Linimentũ ꝯferens litargie ꝛ obliuioni ꝛ ꝯgelatiõi.℞.olei ſambucini.ℨ.j.olei de been.ℨ.ij.euforbij ℨ.j.caſtorei.ʒ.ß.fiat linimentũ ꝛ vngatur cũ eis locus memorie quoniam confert.

¶ Fili⁹ zezar.zinziber ꝯditũ reparat memoriã:ꝛ ꝓprie ſumptũ quolibet mane:ꝛ quãdoqꝫ cõfortatur cũ olibano ꝛ pipere ꝛ eſt efficacius.Et quãdoqꝫ confortatur cũ anacardis et proprie ſi admixte ſint zinziberis cõditi.ℨ.iij.mellis anacardi.ℨ.j.ꝛ ß.et ſit doſis.ℨ.j.

¶ Fili⁹ Sirges:medicamẽ eiuſdẽ reparatiuũ memorie ꝛ cõſeruatiuũ eius.Accipe achori l alio:huheg nutriti lib.ß.piperis lõgi.ℨ.j.ꝑtes duas:cymini.ℨ.ß.Miſceãtur oĩa ſimul ꝛ adminiſtretur.Et ſit doſis eius a.ʒ.ij.vſqꝫ ad.v.

¶ Haly medicamen expertum conſeruans memoriam:ꝛ cõferẽs ſenibus.℞.mellis anacardi ꝑtes duas:olibani cype-

Memorie Conſeruati
p ſenibus

ri acori:an partes duas.piperis macropiperis:an.partes j.chebulorum indorū:an.partes.ij.cymini partes.iij.mellis quantum ſufficit.Doſis eius eſt.ʒ.ij.

¶Medicamē noſtrū expertū ad deſtructionē memorie reparās ⁊ cōſeruās eā.℞.mellis mirabolanorum chebulorum.li.j.piperis longi.℥.iij.⁊.ß.Teratur piper ⁊ miſceatur cū melle ⁊ chebulis ⁊ aromatizetur cū gallie muſcate.ʒ.iij.muſci boni.ʒ.ß.et ſumatur ex eo omni mane i ieiunio a.ʒ.iij.vſqꝫ ad v.Eſt enim nobile expertum. Et quādoqꝫ miſcuim⁹ cū eis olibani maſculi.℥.j.⁊ eſt bonum.Et quandoqꝫ datur p̄dictū medicamē ſine olibano poſtqꝫ deglutiuerit ex olibani cicera tria:et eſt melius ⁊ ꝓprie ſumptum cum aqua yſopi et olibani:aut vino permixto.

¶Filius zacharie.Confectio anicardina bona conferens obliuioni ⁊ canicei ante horā et morphee ⁊ baras.℞.mirabolanorum indorum emblicorum belliricorum:an.℥.iij.piperis macropiperis:olibani zinziberis yſopi ſicce:acori ſpice cyperi ⁊ in alijs pro acoro hubes.an.ʒ.v.mellis anacardi.℥.vj.mellis quantum ſufficit.Doſis a.ʒ.j.vſqꝫ ad.ij.expertum verax.Confectio anacardina quam diximus irantidotario excellens eſt in cōfortatione ſenſuum ⁊ memorie ⁊ facit eam recuperare deperditam.

¶De melancolia et mania.

Diximus in loda intentionē.Gal.in curatione egritudinū melancolicarum eſſe in trib⁹ reb⁹.Prima res eſt regimen circa adequationem cure ei⁹ ⁊ digeſtionem ipſius. Scd̄a res eſt ſollicitudo circa euacuationē ei⁹.Tertia res eſt regimen cōfortationum cordis cōplectens oē regimen dilatans animā ⁊ faciēs in ea minerā gaudij.¶Primā autem rē duo tangūt regimina.Primū regimē eſt regimē humectatiuū ⁊ impinguatiuū quod in tota cure ꝓtellatione extendendū eſt p̄terqꝫ faciat cadere in oppillatiōes ⁊ completur hoc regimen cū balneis ⁊ embrocis humectantib⁹ ante cibum et effuſiones aque calide ſup caput et humectationes aeris habitaculi eius et fricationib⁹ et vnctionibus tenerū facientibus corpus.Et cū cibis et potib⁹ humectatiuis humores laudabiles generātibus:⁊ omne qd̄ impinguat ⁊ humectat ex cibis et potib⁹ et medicinis:et que

te ⁊ ſomno:⁊ ſit ſtudium in omnibus his ſupra ſtudium ſe
cundi regiminis quod nūc narro. Secūdū regimē eſt regi-
men reſolutiuū faciens reſolutionem cū mediocritate. Et
ꝓprie eius ꝙ habilitatū eſt ex precedēti regimine vt fiat il
lud. Et hec duo regimina oportet ꝙ ſibiinuicem ſemꝑ ſuc-
cedant vt cadat digeſtio equaliter in materiā quoniã eſt
cura vera. ¶Secundā reʒ cōplent tria cōſiderabila in eua
cuatione materie attendēda: primum eſt vt non ſemel ⁊ la
boꝛioſam ⁊ ſubitam faciamus euacuationeʒ: ſed per inter
ualla habentē temperiē. vt natura euacuatiuū regulet, nō
euacuatiuum naturam. Hoc eniꝫ eſt preceptum hyppocra
tis. Subita enim ⁊ violēta euacuatio vix a natura regula-
tur. Et eius operatio eſt ſicut impetus flamme q̄ ſubito in
ſubtile agit ⁊ debile ⁊ pretergreditur groſſum. Opus vero
moderati caloꝛis eſt equaliter invtraqꝫ parte rei elixabilis
ſeu aſabilis agere: Secūdū cōſiderabile eſt vt euacuatiuū
ſit cōmenſuratū non excedens mediocritatem ſed ſit extē-
ſio eleuatiōis eius nō recedens: aut modicū recedēs a gra
du medicinarū incolumiū quas te ſcire fecimus. Tertium
eſt vt nō expoliētur ſolutiua a rebus lenificatiuis ⁊ hume
ctantibus. hoc eniꝫ eſt ꝙ operationeʒ beatificat. Amplius
aūt rei hui⁹ ſecūde regimē ꝑficitur cū admininiſtratiōe flo
bothomie ⁊ ſubtractiōe ſanguinis vbi opoꝛtet. Et medici-
ne euacuatiue ⁊ enematū ⁊ collyꝛioꝛū cōuenientiā primo
leniū: deinde acriuꝫ ⁊ interdū vomitus qñ ꝓprie vel paſſio
eſt ſtomaticha aut in ſtomacho fuerit aliquid ꝙ ad egritu
dineʒ addat aut cū cibus fuerit coꝛrupt⁹ in ſtomacis eoꝛū.
¶Tertiam rem complet adminiſtratio reruʒ ſm omne ge
nus generantium eis gaudium ⁊ leticiā ſiue cibalium ſiue
medicinalium ſeu potabilium ⁊ adhuc ex rebus q̄ audiun-
tur ⁊ videntur ⁊ odoꝛātur et quocūqꝫ modo ſentiri poſſunt
⁊ adminiſtratione aeris temperati ⁊ aſpectu foꝛmarū mul
ti decoꝛis ⁊ oꝛnatus ⁊ negociatione iocunda ⁊ blandimen-
tis ⁊ ſuggeſtionibus ⁊ ꝓmiſſionibus rerū: de quib⁹ dolent
deperditis ⁊ aſpectu ludoꝛum diſtrahentiū intentionē eo-
rū a re de qua dolent ⁊ omne qđ ad rem gaudij ꝑtinet.

¶Cura manie ⁊ melancolie ſanguinee.

Sꝫ ſanguis exuberat in toto ⁊ vene plene ſunt euacua

ex vena nigra et poſt iſtā ex baſilica: et hoc in melancolia. In mania vero fac econtra: ſcilicet incipe a baſilica: ⁊ poſt ipaꝫ ſi oportet ex vena nigra. Et poſt iſtas flobothoma de ſaphena: ⁊ ſi adhuc oportet fac ex vena q̄ currit ad policē pedis ſi videris in ea plenitudinē: ⁊ maxime in occultatiōe menſtruorū trahit eñ ea flobothomia hic. Et ſi adhuc hec non cōtulerint ex vena frōtis facies aut ſanguiſugas in ea ⁊ naribus applicabis quoniam omni ꝑmixtioni cōfert. Et eſt adminiſtrāda in hac egritudine ſemꝑ flobothomia larga vt nō egrediatur ſubtile ⁊ remaneat groſſum. Et ſi ſanguinis peccatū i capite ſolo fuerit flobothoma ex cephalica ⁊ conſidera que duaruꝫ partiuꝫ capitis ſit grauior ⁊ tūc ex eadē cephalica flobothoma. Et ſi fuerit ſanguinis abūdantia propter oppilationē q̄ eſt in epate aut ſplene flobothoma ex ſaluatella dextra aut ſiniſtra. Et ſi fuerit i vtroq̄ nunc ex hac: nūc ex illa flobothomia. Adhuc autem te ſcire fecimus ꝙ emorroydarum prouocatio et menſtruorum omni eorum ſpeciei confert ⁊ ſimiliter apertio varicum et ſimiliter apertio plenitudinis venarum peduꝫ in fine rei.

¶ Sabor rex medorū. Syrupus cōferens manie ⁊ melācolie ex aduſtione colere citrine. ℞. ſucci bugloſſe domeſtice ⁊ ſilueſtris: aā. lib. ij. ſucci pomoruꝫ dulciū redolentiū li. iij. folliculorū ſene. ℥. iiij. croci. ʒ. ij. zuccari tabarzet. lib. iij. fiāt ſic. Sene ꝓijciatur in ſuccis per diem ⁊ noctem poſt cōtritionē eius: deinde bulliant e bullitione vna aut. ij. Deinde cum zuccaro fiat ſyrup⁹. Crocus aūt cōfricetur in pāno in eius decoctione da. ℥. ij. vel. iij. cuꝫ aqua bugloſſe ⁊ q̄n̄q̄ apud neceſſitatem detur cum aqua caſei.

¶ Galien⁹. Accipe folliculorū ſene lib. j. Et ſubmerge ipm̄ in cado muſti albi ⁊ dimittatur ꝑ mēſes. vj. ⁊ ꝓpinetur cū aqua bugloſſe omni mane in ieiunio. Confert eñ manie ⁊ melancolie mirabiliter. Et mūdificat cerebrum ⁊ ſenſus et generat gaudiū. Et ſi decoquaꝛ ſene in iure gallorū ⁊ gallinarum aut carniū: aut piſciū: aut ouorū cōfert ſimiliter.

¶ Filius zezar. Infuſio epithymi cōferens manie ⁊ melācolie ab aduſtione colere citrine. ℞. epithymi cretenſis. ℥. iij. florū bugloſſe domeſtice aut ſilueſtris. ℥. j. ſalis indi. ℥. j. ⁊. ß. pone in ſcutella lapidea ⁊ ꝓijce ſuꝑ eā aque caſei ſuꝑ

pte ex capil̃s.℥.xij.ꝛ dimitte die ꝛ nocte ſub aere lympido. Deinde bulliat ebullitiõe vna coletur et proĳciatur ſuper ipſum catartici roſati.℥.ß.Et ē doſis.℥.j.vel.ij.Infuſio alia ℞.ſene.℥.ij.pruna.xl.aque caſei quantum ſufficit.

¶Trifera de epithymo q̄ adminiſtratur inter euacuatiões: ꝛ euacuationē in diebus qñ nõ adminiſtratur euacuatio. ¶Facit enim reiuueneſcere ꝛ generat gaudiũ:cui⁹ permixtio.℞.mirabolanorũ:chebulorũ:emblicorũ:bellericorũ et indoruꝫ:añ.partes equales:epithymi ſublimis ptes.ij.yere pigre partē.ß.Confice cũ melle emblicorũ aut chebulorũ. Et da omni die ſicut diximus a.ʒ.ij.vſq; ad.iiij.

¶Gabriel.Pillule de lapide armeno que mũdificãt caput ab humore melãcolico:ꝛ cõferũt egritudinibus.Quarum materia eſt melancolica ſicut mania ꝓprie ꝛ melancolia:ꝛ triſtitia ſine cauſa.Quarũ permixtio.℞.polipodij: epithymi.añ.ʒ.v.lapidis armeni loti ſm artem.ʒ.ij.ꝛ.ß. mirabolanorũ chebulorũ indorũ:añ.ʒ.ij.ſticados.ʒ.x.ſalis indi colloquintide interioris:añ.ʒ.iiij.ēblicoruꝫ belliricorũ haſce ellebori nigri:añ.ʒ.iij.yerepigre turbith:añ.℥.j.ꝛ.ß. Confice cum oximelle ꝛ da.ʒ.j.vel.ij.cum aqua caſei.

¶Filius zacharie.Modus confectionis conferens melãcolie ꝛ timori.℞.mirabolanorũ nigrorũ.ʒ.xx.harmel polipodij ſebrã.j.ozimum maius marubij albi:añ.ʒ.v. epithymi ʒ.xv.ſticados.ʒ.x.agarici ellebori nigri alſelengemiſch añ. ʒ.v.gariofilorũ.ʒ.ij.melliſſe.ʒ.iij.corticuꝫ citri bugloſſe:añ. ʒ.iiij.nucis muſcate:gallie muſcate:añ.ʒ.j.Confice cũ melle paſſularũ ꝛ melle emblicorum.Doſis añ.ʒ.ij.vſq; ad.iij.

¶Filius zacharie.Modus electuarij letificãtis ꝛ generantis gaudium ꝛ reiuueneſcere facientis ꝛ coloris pulchritudinem ꝛ odoris bonitatem in toto corpore operantis et digeſtionis bonitateꝫ ꝛ retardãtis canos:cuius pmixtio hec eſt.℞ roſarum.ʒ.ij.ciperi.ʒ.iij.ꝛ.ß.gariofiloruꝫ maſticis ligni aloes ſpice aſſari:añ.ʒ.j.ꝛ.ß.cynamomi croci melliſſe alſelengemiſch margaritarum foliorum indorũ macis cardamomi heyl nucis muſcate corticũ citri gallie muſcate zedoarie doronigi ozimi maioris.añ.ʒ.j.muſci boni.ʒ.j.quartam.Confice cum melle belliricorum ꝛ melle emblicorum quod ſit quadrupluꝫ ſpecierũ.Sumatur ſicut trifera ꝛ eſt

magis conueniens in hyeme.
¶Alia adhuc ad maniã ꝛ meliã cõuenientia eligi poſſunt ex his que tradita ſunt in grabadin maiori ꝛ in capl'o de ſoda ex eis que educũt materiã earũ ꝛ ex eis q̃ cõfortant coꝛ que reqrantur ibi ꝛ afferantur ad locum hũc.
¶Embꝛoce aũt cõueniẽtes eligant in q̃bus ſtudiũ humectãdi ſit vincẽs ſupꝛa ſtudiũ calefaciẽdi aut īfrigidãdi. Et nos plura ex his diximꝰ. ꝛ tradidit Gal. decoctionẽ capitum edoꝛũ ꝛ pedũ et iuuenũ caſtratoꝛũ cũ lacte nuper mulſo et butyꝛo crudo eſſe embꝛocã mirabilẽ ad humectandũ et leniendũ ea in q̃bꝰ humectationẽ q̃rimus: et eſt neceſſe vt in in die q̃nquies ex ea caput liniatur et embꝛocetur.
¶Alcãzi. Mulgeatur ſup caput lac ꝛ oleũ de cucurbita aut oleũ de lactuca aut de papauere cum oleo camomillino et iuuatur eis multũ et humectat cũ temperie.
¶Embꝛoca ꝯferens eis et faciẽs ſomnũ. accipe papaueris et camomille et ſeminũ lactuce. añ. partes eq̃les. Coquãtur in aqua ſufficienti vſq; ad cõſumptionem medietatis eius et embꝛocetur cum ea.
¶Uomitiua ꝯgrua in tribꝰ caſibꝰ paulo ante diximꝰ eſſe et fiant inꝓꝛimis cũ leuioꝛibus ſicut ꝓpꝛie cũ oximelle et aq̃ tepida aut cũ oximelle et raffano aut cum raffano q̃ eſt nutritus cũ elleboꝛo nigro aut cũ expꝛeſſione raffani ſic nutriti aut cum aqua decoctionis mabꝛahumich et redi poſt illud ad ꝯfoꝛtationẽ ſtomachi cũ eis que dicemus. Immo ſit ſtudiũ tuũ poſt curã coꝛdis: vt verificetur in eo digeſtio. Et ſi accidat vt coꝛrũpatur in eo cibus tã cito vomitu expellat. Nihil enĩ eſt eis deterius ꝙ coꝛrupta digeſtio et cibꝰ ſupꝛa cibũ idigeſtũ et ſomnus ſupꝛa cibũ coꝛruptũ ꝛ balneũ: q̃nimo ſuſtinere cibũ coꝛruptũ eſt eis res nociua.
¶Galienus. Uitent acuta et ſilr vrinam ꝓuocantia qm̃ qḋ ſubtile eſt in materia excluditur ꝛ remanet in reſiduo groſſum eius ꝓnum fieri eſſentie lapidis ſile. ¶Galie. in melãcolia ſplenali aut mirachia ſolicitudo attendenda eſt circa ſplenem et mirach ꝛ ſit quadruplex ſolicitudo. Pꝛima qua mundificetur coꝛruptũ eoꝛũ. ¶Et ſecũda vt ꝓhibeant vapoꝛes coꝛruptionũ venire. ad caput et ꝓpꝛie cũ vẽtoſis et empl'is rubificãtibus ſup locũ et foꝛtaſſe cũ cauterijs et cũ

eis que detrahunt ad diuerſuꝫ ⁊ oppoſitū ſicut ſunt clyſte-
ma ⁊ prouocatio emorroydarū ⁊ menſtruorū ⁊ flobothomia
ſaphene ⁊ vene policis ⁊ poſitio vētoſaꝝ in tybijs ⁊ pedibꝰ.
¶ Tertia eſt vt ꝯfortetur ⁊ rectificet ſplen ⁊ mirach vt mate-
rie non corrumpātur in ipſis immo digeratur oē corruptū
⁊ fiat minera materiei laudabilꝫ. ¶ Quarta eſt vt ꝯfortet ce-
rebrū ⁊ nō recipiat ſuperflua ſicut ſepe diximus.

## ¶ De epilepſia.

Cura huiꝰ egritudinis eſt ſex res. Pria pōit regimē in vita. Scda equat ⁊ coaptat materiā. Tertia abſcindit eā. Quarta ponit regimē in ꝯuerſiōe reſiduī eiꝰ ad partes diuerſas ⁊ oppoſitas. Quīta rectificat mēbrū mādans ſi eſt aliquod mandās ⁊ rectificat cerebrū. Sexta corrigit accidētia. ¶ Primā aūt rē cōplent adminiſtratiōes regiminū in ſex generibꝰ rerū nō naturaliū de qbꝰ eſt aer q̄ eſt tēperandus eis: nec calidꝰ ſit nec frigidꝰ ſed ſit ad ſiccitatē declinās ⁊ confert interdū de regione in regionem mutare aerem: ⁊ aliquando conſuetū ſi ſub eo morbꝰ accidit. In eis enim ſepe diſſuetus morbus permutat ⁊ in q̄buſdam ſi diſſuetus addat ad morbum reuerti ad conſuetum permutat ⁊ tu complexionē egri ad aerē conſidera ⁊ reuelabitur fugiendus aer aut non fugiendus ſit. Cibus autē ꝯmenſurandꝰ in qualitate ⁊ q̄ntitate eſt: ⁊ in proprietate ⁊ alijs. Cibus pueris ſit lac rectificatū in bonitate diete lactātis ⁊ bonitate diſpoſitionis eius vt nec pinguis nec tenuis nec iracunda nec pigra nec multū laborans nec multum quieſcēs viuida vultu bonorum morum non luxurians cuius operatiōes naturales ſunt vere ⁊ proprie digeſtio. Et alijs ſit proprie cibus: cibus boni nutrimēti ⁊ laudabilis chimi nō vaporoſi aut corrupti et ſit cibus hñs mediocritatē cum declinatione ſua ad ſiccitatem modicam ⁊ ſit facilis ad digerendum nō grauās naturā et neq; ſumatur ex eo vſq; ad repletionem neq; ſupra repletioneꝫ: neq; ſupra cibuꝫ indigeſtū. At vero ſacietatem nauſeatiuam vitam inquātū poſſibile eſt. Adhuc autē elige ex cibis ſm proprietatem. Inquit eī Dyaſcorides. Ruta confert epilepticis. Apium vero eā excitat. Et fortaſſe endiuia conceditur ⁊ anetum ⁊ coriādruꝫ. ⁊ ꝓhibeantur fructus oēs niſi quidaꝫ ſtiptici ſuper cibū vt

pꝛohibeant aſcenſum vapoꝛum ⁊ confoꝛtent ſtomachū. Et
pꝛohibeantur caules ⁊ poꝛri. Et piſces quidem ſūt moleſti
eis. Edine vero carnes ⁊ pulline ⁊ gallinarū ⁊ capꝛeoloꝛuȝ
⁊ lepoꝛū iuuenū ⁊ que hoc curſu ꝓcedunt dilecte. ¶ Potus
aūt eoꝛū vtilis eſt vinum multe ꝑmixtionis nec nimis anti
quū nec nimis nouū clarū ſubtile odoꝛiferum ſtipticitatis
parū habens. Dulce vero ⁊ groſſuȝ eſt malū: ⁊ ſimil'r etiaȝ
purum ſi ſit elegans. Hydromel quoqȝ eſt potus ei elegan
tius ꝙ̄ vinum. Uitent aūt ſuper repletionē potū qualiſcū
qȝ ſit et qñ digeſtio fieri incipit ⁊ potum oēm immoderatuȝ
⁊ potū aque ⁊ potum vapoꝛoſum ſicut eſt vinum de dacti-
lis ⁊ ſimilia. ¶ Famem aūt oēm ⁊ repletionē fugiant. Mo-
deratum quoqȝ ieiuniū cōfert ⁊ melius in hoc caſu modera
te inanitum ꝙ̄ repletum. Uitent coitum ⁊ foꝛtaſſis coitus
apud eos qui vltime abſtinent ſi moderatus ſit ſanat. Sō-
nus aūt ⁊ vigilie ſupꝛa rōneȝ nocent ⁊ ſupꝛa ſacietatē ſom-
nus nocet et ſupꝛa nauſeam. Confert vero apud pꝛincipiū
digeſtionis cibi: ſed moderatus. Somnus apud ieiuniū et
vacuitatē nocet. Exercitium ⁊ quies ſupꝛa rōnē nocēt. Mo
deratū vero vtrūqȝ confert ⁊ ꝓpꝛie ſm̄ legem. Nā modera-
tum exercitium in ieiunio cōfert. Nocet qualecūqȝ ſit poſt
cibum. Quies vero econtrario iuuat ⁊ nocet. Omne aūt qḋ
dilatat aīam ⁊ confoꝛtat cōfert. Anguſtia aūt ⁊ triſticia no-
cent ⁊ doloꝛ ⁊ ſollicitudo laboꝛioſa nocent. ¶ Secundā au-
tem rem cōplent que materiā ꝓpꝛietate ⁊ virtute adaptāt
vt eius facilis fiat expulſio qualia ſunt ſquilla ⁊ acetuȝ eiꝰ
⁊ oximel ipſius ⁊ decoctio ⁊ ſyrupꝰ yſopi aut alhaſce aut ſti
cados aut acoꝛi aut oꝛigani ⁊ ſimilium. ¶ Tertiam autem
rem complent euacuationes decentes: quaruȝ rememoꝛa
bimur ⁊ clyſteria ⁊ ſuppoſitoꝛia lenia ⁊ acuta. Et in ſangui
nea flobothomia ſaphene ⁊ pꝛouocatio emoꝛroydarū ⁊ mē
ſtruoꝛum ⁊ emiſſio ſpermatis ſi a retētione eius fiat ⁊ ex-
pulſio vermium ſi fiat ꝓpter illos. ¶ Quartā rē complent
gargariſmata ⁊ ſternutatoꝛia ⁊ ꝓpꝛie vomitꝰ ⁊ cōmaſtica-
tiones multiplicantes ſaliuam ⁊ ſputum ⁊ fricatiōes ⁊ liga
ture in extremitatibus ⁊ ventoſatiōes in eis ⁊ empl'a rubi
ficantia et ꝓpꝛie ſuper membꝛū mādās ſi eſt membꝛū man
dans. ¶ Quintam reȝ complent rectificatio ſtomachi ſi eſt

a ſtomacho aut matricis aut inteſtinoꝝ aut mēbris alteriꝰ ſicut diximus ⁊ dicemus: ⁊ in oībus his rectificatio cerebri debet eſſe intentio prima ſicut iam diximus. ¶ Sextam reꝫ ꝯplent adminiſtratio medicinarū que cū proprietate retardant paroxiſmum aut mitigant aut cito ipſum ceſſare faciūt aut prohibent aduentum eius omnino aut occultāt ſicut dicemus poſt. Et aliquando flegmatica febris ⁊ ꝓprie lōga reſoluit. Digerit ⁊ conſumit materiā eiꝰ. Et qñq; apꝰ reſolutionem eius apparet i partibus capitis ſaphati aut albaras ⁊ ſignificat ſalutem. ¶ Apozima yſopi confert epilepſie proprie mirabiliter. Accipe yſopi ſicce. lib. j. paſſularū enucleatarū. ℥. ij. ¶ Coquātur in aque pluuialis. lib. iij. vſq; dū ſit medietas eius cōſumpta. Et da omni mane cum oximelle ſquillitico bonum ⁊ exptū. Et qñq; addit in apozimate haſce ⁊ quandoq; epithymum ⁊ eſt efficaciꝰ ⁊ qñq; fit inde ſyrupus mellinus conferens eis ſi deus voluerit. Res autem quas ſemper in potibus ſumere opoꝛtet ſunt peonia et ſemen eius ⁊ piretrum et ſiſeleos et ariſtologia rotūda. Et hic quidē danda ante purgationem ⁊ poſt cum hydromelle aut apozimate yſopi aut aliquo taliū. Joānitius. Confectio yere ꝺyacolloquintidos ſuper qua expectatur fiduciam iuuamentoꝝ multorum ad egritudines oēs capitis et cerebri et neruoꝝ difficilis eradicationis ſicut eſt ſoda proprie et emigranea et epilepſia ⁊ paralyſis ⁊ tortura ⁊ vertigo ⁊ tenebroſitas viſus. Cuius permixtio. ℞. yerepigre in qua aloes fuerit duplū ſpecierum. ℥. vj. trociſcorum alandahal. ℥. iij. turbith. ℥. ij. ſquille aſſate agarici ſticados añ. ℥. ij. ⁊. ß. ſcamonee antiochene cocte i pomo auꝛ. ij. ellebori nigri ſalis gemme bdelij: añ. auꝛ. iiij. bdellium reſoluatꝛ in vino ꝑmixto. Cetere aūt res terantꝛ ⁊ cribellentꝛ ⁊ fiāt trociſci cū bdellio diſſoluto ⁊ ſiccentꝛ in vmbra et iterū terantꝛ et cribellentꝛ: et ꝯfice cū melle paſſularū cōterēdo vſq; dū fiat ſicut paſta fac pillulas et ſit doſis a. ʒ. j. vſq; ad. ij.

¶ Mahemet Araſi. Cōfectio medicaminis ꝙ die omni datꝛ ad epilepſiā ⁊ vertiginē et preparat materiā cuiꝰ ꝑmixtio. ℞. ſticados. ʒ. x. agarici. ʒ. ij. et. ß. ſiſeleos. ʒ. iij. violarū ſiccarum. ʒ. v. cōfice cū chermes. Et da omni die i modū duaruꝫ aut triū nucū cū oximelle ſquillitico.

¶Idem. Cõfectio alia mira ad epilepſiam ꝓpria et exper-
ta. ℞. piretri ſiſeleos ſticados: añ. ʒ. x. agarici. ʒ. ß. cordume
ni haſce ariſtologie rotũde affodili liquiritie: carpobalſami
peonie: añ. ʒ. ij. ⁊ accipe expreſſiõis. ſquille ⁊ mellis partes
equales de qbus coctis ad ſpiſſitudinẽ q̃tũ ſufficiat ad ag
gregandũ ea accipe. Et deinde recõde i vaſe vitreo. Doſis
a. ʒ. ij. vſq ad. iij. eſt enim medicamen vltimum.
¶Filiꝰ. Serapionis. pillule ad epilepſiã ex flegmate exp-
te. Accipe ſiſeleos ariſtologie rotunde caſtorei ſalis idi: añ.
ʒ. iiij. radicum peonie trociſcoꝝ de ſquilla: añ. ʒ. vj. yere pi-
gre ſticados epithimi. añ. ʒ. x. polipodij. ʒ. vij. agarici. ʒ. xij.
colloquintide. ʒ. xj. turbith. ʒ. xv. in alio. v. mirabolanoꝝ ni
groꝝ belliricoꝝ emblicorum: añ. ʒ. iij. lapidis lazuli. ʒ. xiij.
mirabolanorum citrinoꝝ ellebori nigri camepitheos: ca-
medreos: añ. ʒ. viij. Confice cum ſecaniabin ſquillitico. Do
ſis a. ʒ. j. vſq ad. ij. ⁊. ß.
¶Filius. Serapionis pillule ad epilepſiã melancolicã. Fi
deles et morpheã nigrã ⁊ egritudinẽ melancolicã. ℞. yere
pigre. ʒ. v. epithymi. ʒ. x. lapidis lazuli loti. ʒ. vij. ſcamõee col
loquintide ellebori nigri ſpice: añ. ʒ. ij. Cõfice cũ aqua mel
lis. Da cũ aqua epithymi et paſſularum.
¶Alexãder. pillule qbus nulle fortiores ad epilepſiã ⁊ ar
teticã ⁊ podagrã. ℞. Aloes colloqntide ſcamõee bdellij el-
lebori nigri corticũ gũmi: añ. ptez. j. euforbij baurach: añ.
ptem. ß. Confice cũ ſucco caulium. Doſis a. ʒ. j. vſq ad. ij.
¶Oribaſius Medicamen bonũ qđ ſumit̃ omni die confert
epilepſie et vertigini. ℞. baccarũ lauri piperis albi ſiſeleos
piretri: añ. ʒ. iij. radicũ peonie ariſtologie rotũde: añ. ʒ. ij. ca
ſtorei trociſcoꝝ de ſquilla: añ. ʒ. j. Confice cũ oximelle ſquil
litico. Et da cum eodem oximelle die qualibet.
¶Clyſtere cõferẽs mirabiliter. Accipe alhaſce yſopi abſin
thij: añ. ℥. ß. pulpe colloquintide. ʒ. ij. cẽtauree. ʒ. iiij. c-rtha
mi. ʒ. xij. olei de cherua. ʒ. v. Clyſtere fiat cum eis.
¶Sternutatoria autẽ et caputpurgia et gargariſmata et
maſticatiões eligant̃ in capl'o de ſoda. Ruta autem ⁊ caſto
reũ ſeparatim aut cõiunctim odorata cõferũt mirabiliter ⁊
ſimiliter gũmi rute agreſtis cõfert. Facit enĩ cito reuiuiſce
re et excitat ſepultum a vehementia paroxiſmi.

¶Alexāder. Ex yſopo pulegio et oꝛigano cū cātaridarum
q̄titate ſufficiēti paſtillos facies q̄s cōmaſtices: q2 flegma
deponūt ⁊ cerebꝝ mūdificāt ad huc aūt piretrū cū maſticis
et cere quantitate ſufficiēti cōmixtū ⁊ cōmaſticatū flegma
cum virtute deponit ⁊ mundificat cerebꝛum mirabiliter.
¶Galien⁹. Peonia ſm̄ oēm modū adminiſtrationis ei⁹ eſt
medi. magna ad epilepſiam radix: ſcilicet ⁊ ſemē ei⁹. Et em̄
ſi ex ea diebus ſingulis. ʒ. ij. vſq3 ad. iiij. ꝑpinet̄ cum aqua
mellis ⁊ yſopi aut cū oximelle confert mirabiliter. Et ſimi-
liter ſi fiat ex ea caputpurgiū aut gargariſmata cū oximel
le et ſufflatur ex ea in naſum ⁊ cōfert. Et ſi cōtinue puluis
ei⁹ odoꝛat̄ confert. Expertum eſt ſuſpenſionem ei⁹ in collo
eſſe iuuamē ſublime et etiā ſumpta in cibis et potibus. Et
fit ſuffumigatio ex ſemine eius ⁊ eſt mirabile ſumptū etiā
cum melle roſato diebus ſingulis ſanat ſi deus voluerit.
¶Hyppocrates dixit. Et multi poſt ipſum ⁊ nos etiā exꝑti
ſumus piretrū eſſe medicinā fidelē ad epilepſiā: ⁊ ꝓpꝛie cō
ditū eius et electuariū factū ex eo et melle: et trociſci facti
ex eo ſumpti cū hydromelle: ⁊ caputpurgiū ex eo. Conditū
autem eius fit ſicut zinziber cōditū expertum bonum.
¶Cōfectio de piretro cōferens epilepſie et toꝛture: paraly
ſi et egritudinibus neruoꝝ frigidis. ℞. ſecacul lib. j. piretri
humidi aut humectati. ℥. vj. mell' diſpumati lib. vj. pineа-
rum purgataꝝ. li. j. et. ß. Cōdies cū zinziberis et piretri. añ.
℥. j. garioſiloꝝ: nucis muſcate cubebe. añ. ʒ. iij. cynamomi.
ʒ. v. et i alio piretri et hueg: aut zinzi. aut humidoꝝ aut hu
mectatoꝝ. añ. ℥. iij. Exꝑtū bonū: et alij addūt muſci. ʒ. j.
¶Galien⁹. Poſt coꝛpoꝛis ⁊ capitis mūdificationem tyria-
cam aut mitridatū dabis dieb⁹ q̄bus a purgatione īterpo
las et ꝓpꝛie auellanas duas de altero eoꝝ. et ꝓpꝛie in ſero
aut in mane ſicut videris expediri. Dāda eſt etiaȝ cōfectio
de muſco dulcis ⁊ amara ⁊ tyꝛiaca. dyateſſerō ⁊ Cōfectio ce
ſaris. ⁊ yera hermetis ⁊ theodoꝛicō cū nucibus muſcatis.
¶Filius. Serapiōis. Cōfectio maſticatoꝛij faciens fluere ꝑ
ſputum humoꝛes mirabiliter et mundificāt caput. ℞. pire
tri. ʒ. j. ſinapis. ʒ. j. et. ß. ſtaphiſagrie. ʒ. ij. ſalis armoniaci. ʒ.
ß. cum maſtice: et cera partibus cōuenientib⁹ miſce. Et fac
foꝛmas ſicut auellanarū. Et ex eis iugitur maſticent̄ in ie-

iunio:conferunt enim ſi deus voluerit.

¶Galienus. Odoretur ruta omni hora et fit caputpurgiū cum ea et cōfert epilepſie. Et ſimiliter auricula muris bibita et caputpurgiū ex ea factum:ruta agreſtis ſimiliter expta eſt:et ſimiliter gummi eius.

¶Democritus. Suffumigatur epilepticus cū aſa ⁊ adminiſtratur odor eius:et excitat epilepticū ⁊ adminiſtra omni hora preſeruat eum ad epilepſiam:ſi deus voluerit. Eodēmodo confert gallie muſcate adminiſtratio:et ſimiliter gummi eius et etiam bibita.

¶Alexander. Ueſica apri cū tota vrina exiccetur in furno et dabis ex ea ad fabē mēſurā diebus ſingulis in mane cū oximelle:expertum eſt. Et dixit ſe vſq; ad tertiam diez quēdam vidiſſe curatum.

¶Dyaſcorides. Leporis coagulū:ſi bibatur confert epilepſie. Et ſimiliter aſininū epar aſſatū:et comeſtū in ieiunio. Detegunt epilepſiā epar caprinum comeſtum:et ſuffumigatio ex galbano:et ſimiliter ex vngulis capre et apiū ſm omnem modū adminiſtrationis eius:et fungi et ſuffumigatio ex myrrha:et poſitio ei⁹ in narib⁹:aut ex cornu caprino et epar caprinum et ytcinum comeſtum aut odoratuz.

## ¶De appoplexia.

Cura huius egritudinis ꝓxima eſt cure epilepſie propter quod oportet vt omne gen⁹ cure adminiſtret illico. Dilatio enim ducit ad mortem feſtinam cū ſit etiā ipſe morbus per ſe parum recipiens curam ſicut hyppo. dixit. Uerumtamen vt non appareat ex parte operantis defectus. conaberis a principio materiam ſubtrahere inquantum poſſibilitas exigit. Et ſi q̄dē ſanguineā eſſe videris vtriuſq; partis flōma cephalicā illico ſimul cū emiſſione multi ſanguinis ſi res patit. Et cōſequenter crura:⁊ pedes ventoſari facias ⁊ trahe inquātū potes ad oppoſitā ꝑtem cum omnibus generibus attractionū et etiā cū clyſteribus acutis: et ſternutatorijs ⁊ ſuffumigationib⁹ ⁊ alijs. Si aūt flegmatica fuerit materia ſubtrahe etiā inquantū potes ſicut hic diximus. Et ex hoc reqre i cap. de ſoda et de epilepſia:et de eo ꝙ diximus in paralyſi ſi deus voluerit.

¶Summa quarta de egritudinibus neruoꝝ.

# De egritudinibus.

Egritudines nervoꝝ aut ſunt a cōplexiōe pura ⁊ alteratiōe ſolū ⁊ indigēt ꝯfortatiōe poſt illō. Aut ſūt cōplexiōales cū materia et idigēt alteratiōe ⁊ mūdificatiōe ⁊ deniꝗ̄ cōfortatiōe. Aut ſūt a ſolutiōe ꝯtinuitatis eoꝝ: ⁊ dicemꝰ curā eoꝝ i loco ſuo. Aut ꝯtri=tio eoꝝ ⁊ dicemꝰ ibi. Et ꝯplexionales qdez nervoꝝ egritudines a frigiditate ſūt ſꝫ plurimū. Et deide ab hūiditate a caliditate ſꝫo ⁊ ſiccitate nō ſepe lꝫ qñqꝫ acci dāt. Et q̄dē verificatū ē qꝺ febris ſupinuadēs curat nervo=rū ⁊ iūcturarū egritudines: quarū radix eſt frigiditas aut humiditas. Digerit em̄ ⁊ ſubtiliat materiam etꝗ̄ conſumit.

⁋ Diaſcorides. zinian ſꝫm oēm modū adminiſtratiōis eiꝰ malam nervorum complexionez alterat: et eos confortat. Et iuncturarum doloribus ſimiliter: et ꝓprie comeſta cum vitellis ovorum et ſalvia ⁊ ponitur in decoctione ydromel lis ⁊ confert mirabiliter. Emplaſtrata quoqꝫ cū melle: et fa rina ordei confert doloribus eorum.

⁋ Hydromel conferens omnibus egritudinibus nervoruz frigidis et humidis. Accipe ex zinian. lib. ß. folioꝝ ſalvie ⁊ lelengi. aā ℥. vij. ſticados. ℥. iij. bulliāt in aque li. vj. vſqꝫ ad lib. iij. et cola: et cum mellis lib. ß. ꝑmiſce. Et proijce ſuꝑ ea piperis: galloſilorum ſpice: aā. ʒ. j. et. ß. zinzi. cynamomi: aā ʒ. v. Dimitte a ſero vſqꝫ mane: deinde cola per colatoriū. Et ſit doſis eius in ieiunio lib. ß. cum aqua calida.

⁋ Embroca conferens egritudinibꝰ nervoꝝ frigidis: que adminiſtranda eſt ſuper caput: ⁊ locū originis nervorum ⁊ ſuper locum paſſionis. ℞. floruz camomille lib. ß. zinian: florum ſalvie zizimbri: ⁊ ſanſuci: ⁊ ſticados: et lelengi: aā. ℥. iiij. Decoquantur in aque lib. iiij. vſqꝫ ad. ij. et fiat embro=ca cum eis ſicut diximus et cataplaſmetur ex fece. Eſt em̄ expertum ſi deus voluerit.

⁋ Iudeus. Syrupꝰ de ſticados eſt medicina mirabilis ꝯfe rens omnibus egritudinibꝰ nervoꝝ frigidis ⁊ confortans eos cuius ꝑmixtio. ℞. floruz ſticados. ℥. iiij. haſce ziniā: aā. ℥. j. piperis piretri: aā. ʒ. iiij. paſſularū ſine iterioribꝰ. ℥. j. co quātur in lib. iiij. aque vſqꝫ ad. ij. cū mellis li. j. ⁊ ſape lib. ß. fiat ſyrupus. Doſis eiꝰ eſt ad. ℥. j. vſqꝫ ad. ij. cū aq̄ alchilil.

¶Cōfectio conditi ad egritudines neruorū frigidas mira bilis. ℞. secacul pinearum mundatarū radicū acori: añ. lib. j. & ß. et ſint ſecacul: & acoris elixata et expſſa: et miſce cum eis p̄ter pineas mellis diſpumati lib. x. & decoque lēto igne vſqȝ dum ſpiſſitudinē acquirat. Deinde deponatur ab igne et p̄iciantur ſuper ipſum pinee: & miſceantur adinuicem. poſt hoc puluerizaȝ ſup ea piperis. ℥. j. piperis longi gariofilorum zinzi. macis: añ. ʒ. iiij. nucis muſcate: galāge cardamomi: añ. ʒ. ij. Doſis eius eſt. ℥. j. mane & ſero.

¶Decoctio cōferens mirabiliter ad oēs egritudines neruorū & dolores eorū. accipe zinian recētis & humide: et p̄prie ſucci eius li. ß. Et p̄miſce cuȝ eo mellis. ℥. j. & ß. olei decheruà: aut olei de trib⁹ piperibus dicti in ãtidotario aur. ij. pigre aur. ij. aut minus aut plus ſm q̄ oportet. Et da in potu a. ʒ. x. vſqȝ ad. xx. Si aūt ipſa herba humida inueniri nō poterit. accipe ex ſicca circiter lib. ß. decoque in lib. j. aq̄ vſqȝ ad lib. ß. Et fac ſicut diximus.

¶Ex oleis aūt & vnguētis: & emplis & alijs cōueniētib⁹ ad p̄mutationē malitie cōplexionis neruorum i maiori grabadin plura ſcripſimus que ibi requiruntur. & de plurimis ēt loquemur in capīis p̄priis & de purgātibus etiā materias eoȝ multa illic ſcripſimus q̄ req̄runtur ibi in p̄teritis capitulis plura ſcripſimus. & p̄prie i ſoda: & epilepſia & vertigine & ſcribemus ēt in capitulis que ſequentur.

¶Galienus. Tyriaca & mitridatū adminiſtrātur ad omnes egritudines neruoȝ frigidas cū aq̄ decoctiōis vni⁹ manipuli ziniā: & aniſi: & folioȝ rute & ſaluie. Et ꝯferūt i oi t pe egritudīs & i p̄ncipio q̄dē añ purgationē: q̄a digerūt & inbtiliāt materiā: & p̄mutāt malitiā ꝯplexiōis frigide. Et ꝯferūt poſt purgationē q̄a reſiduū materiei reſoluūt. Adhuc aūt habent p̄prietatē vt neruis iuuamētū afferāt manifeſtū & ꝯfortēt eos. Et ſit doſis a q̄rta. ʒ. j. vſqȝ ad. ʒ. j. dieb⁹ ſingulis.

¶Galien⁹. habet adhuc de p̄prietate egritudinibus neruoȝ ꝯferre p̄prie adminiſtratio caſtorei oi die. chirat. j. cū eo q̄ ꝯuenit ei ex potib⁹. hui⁹ ēt itētiōis ē aſa fetida p̄prie mirabiliter inuncta. ſ. & bibita omni die. Similiter oleum de narciſco et oleum de yreos cum glutino albothin & ſimiliter oleum de been et oleum de alcanna: et oleum de ru=

ta. Piper quod eſt ad neruorū egritudines frigidas medicina ſublimis: et oleū de.x. iperibus et ſimilia. Olei vero de euforbio iuuamē eſt mirabile: et ſimilr olei de croco et olei pḧorū. Eſt enim expertū verax.

¶ Hunain. Modus pillularū de euforbio ꝯferētiū ad mollificationē et frigiditatē neruorū: et ad hūores crudos q deſcēdūt ad eos vel q ſepulti ſunt quarū ꝑmixtio. ℞. euforbij colloqntidos: agarici ſerapini bdellij: añ.ʒ.iiij. aloes.ʒ.vj. maſticis.ʒ.ij. Cōfice cū expſſione ʒiniā: aut porrorum. Sūt em̄ expte. Doſis a.ʒ.j. vſqꝫ ad.ʒ.j.et.ß.

¶ Galienus. cōfectio pillularum fetidarū. Maiorum expertorū iuuamentorū ad egritudines omnes neruorū q ſunt a materia groſſa viſcoſa difficilis eradicationis: et ad dolores iuncturarum qui ſunt ab eadem cauſa et ad oēs dolores totius corporis qui eandeꝫ habent materiā. Similiter et ad vertiginem: et ad epilepſiam: et emigraneam difficilē: et ſodam: et morpheam et albaras et lepraꝫ. ℞. aloes turbith añ.ʒ.v. ſerapini armoniaci: oppopōaci: bdelij: ſeminis harmel: mirabolanorum: colloqntide iterioris: añ.ʒ.iiij. ſcamonee.ʒ.ij. tapſie inde hermodactili ſcebrā: añ.ʒ.j. caſto. agarici euforbij: añ.ʒ.j. cynamomi croci cardamomi ſpice. añ.ʒ.ß. gūmi iſundanť in aq̄ porri: et fac ex eis: pillulas. Doſis a.ʒ.j. vſqꝫ ad.ij.

¶ Pillule fetide minores q ſunt in ptāte maiorum quarum ꝑmixtio. ℞. ſerapini armoniaci: opponaciſ bdelij aloes añ.ʒ.iiij. caſtorei: harmel. añ.ʒ.iij. colloqntide.ʒ.vij. turbith ʒ.x. Cōfice ſicut alias.

¶ Filius zacharie araſi. Pillule fetide maiores q cōferunt egritudinibus omnibus neruorꝫ ſicut eſt paralyſis: et tortura et ſpaſmus humidis et dolor iuncturarum. Et ſolutiōe educūt humorē groſſuꝫ viſcoſum a locis difficilis eradicationis ei⁹. qrū ꝑmixtio. ℞. yerepigre.ʒ.x. pulpe colloqntide.ʒ.vj. centauree minoris meizarchan. añ.ʒ.v. euforbij.ʒ.ij.et.ß. ſcebrā caſtorei zinziberis. aſſe fetide: ſerapini opponaci: ſetaragi idi: ſinapis: piperis. añ.ʒ.j. gūmi diſſoluanť i aq̄ rute: et fac pillulas cū ceteris doſis a.ʒ.ij. vſqꝫ ad.iij.

¶ Pillule fetide minores: ex inuentione nr̄a et eiuſdē et ſunt in intentione maiorum: et conferūt tremori mirabiliter pro

prie quarū permixtioni. ℞.yerepigre.ʒ.v.piretri:caſto.caſ
ſie.añ.ʒ.iij.ſerapini pulpe colloquintide:añ.ʒ.iiij.doſis a.ʒ.
ij.vſqȝ ad.ij.⁊ ß. expertum.
¶Filius zacharie araſi.Cōfectio anacardina q̄ eſt medici
na ſublimis ad omnes egritudines neruozum frigidas aut
humidas ſicut paralyſis ⁊ ſpaſmꝰ,ab humiditate aut a fri
giditate ⁊ tortura ⁊ tremoz ⁊ ſtupoz.Statiʒ eniʒ ſanat.Acci
pe zinziberis coſti piretri:nigelle pipis macropipis hueg
añ.ʒ.x.myrrhe folioꝝ rute aſe gētiane:ariſtologie baccha
ruʒ lauri caſtozei tapſie:ſinapis.añ.ʒ.v.mellis anacardini.
ʒ.v.⁊ terciā.Inuoluātur oia cū oleo nucum ⁊ confice cū mel
le apum.Da ex eo in modum grani lauri.
¶Inquit.Mahemet.Hec medicina ē bonitatis magne ad
egritudines quas diximꝰ in oibus egritudinibꝰ frigidis:et
inflāmat corpus ſtatim ⁊ adducit febrem bonā ſpaſmo hu
mido ⁊ fricatur cū ea lingua ⁊ confert grauedini eius ⁊ fit
emplaſtra ex ea ſup mēbrum ſtupidum ⁊ frigidū aut fricaꝫ
cū ea:⁊ cōfert proprie mirabiliter ⁊ facit ſudare quapropter
oportet vt cooperiatur ſumens eam vt ſudet:ſanat enim ſi
deus voluerit.
¶Hamech filius zezar.Oleum ꝙ adminiſtratur i potu ad
egritudines neruoꝝ q̄ fiunt a flegmate ⁊ humore viſcoſo ⁊
adminiſtratur cū aliquo ꝙ cōuenit ex potibꝰ.℞. colloq̄nti
de.ʒ.x.aloes.ʒ.v.turbith albi.ʒ.iiij.ſquille.ʒ.ij.gētiane pſſ
lij:ſanſuci ziniā:añ.ʒ.ij.⁊.ß.amomi:ſpice ʒilobalſami gario
filozum:cynamomi piperis macropiperis ariſtologie lōge
⁊ rotunde caſſie:polij ſquinanti petroſilini polipodij: aniſi
epithymi:añ.ʒ.ij.⁊.ß.ſerapini liq̄ritie:iuſquiami ʒinʒiberis
añ.ʒ.ij.contere omnia contritione groſſa: ⁊ funde ſuper ea
aq̄ fontiū lib.iij.olei antiq̄ ſextā vnius coquatur lento igne
vſqȝ ad aque cōſumptionem.
¶Hamech.oleū de ſigia ꝯfert egritudinibꝰ neruoꝝ flegma
tice.Cuiꝰ hec eſt permixtio.℞.ſigie caſtozei praſſij.añ.ℨ.i.
piperis.ʒinʒi.ſq̄nanti:caſſie:añ.ʒ.v. cyperi coſti. carpobal
ſami:xilobalſami:ellebozi nigri: armoniaci ſpice ſerapini
ariſtologie lōge ⁊ rotūde.añ.ʒ.iiij.olei ſiricini.ʒ.v.aque lib.
iij.Coque ſicut hic proprie diximus.
¶Oleū aliud de ſigia valens ſimiliter.Olei ſiricini lib.ij.ca

ſtotel lib. iij. Coque in duplici vaſe.

¶ Eligimus aũt ex ãtidotario vnguẽta ⁊ emplaſtra ⁊ olea de quibꝰ eſt yſopi cerotũ ⁊ vnguentum de bdellio: ⁊ vnguẽtum Phylagrios ⁊ cerotũ diapente ⁊ cerotum Alexandri: ⁊ cerotum Andromaci: ⁊ emplaſtrũ filij zacharie.

¶ Joannitiꝰ. Leſio cadens in neruis poſteriorib' inuamen ſuſcipit a ſternutatorijs: ⁊ caputpurgijs ꝓpterea q' a locis originũ neruorũ diuerſio fit ad locũ emunctorij cõmunis: ⁊ purgatur per ipm. Leſioni autẽ cadenti in neruos faciei ſternutatoria ⁊ caputpur. ꝓhibenda ſunt in principio. Fortaſſe eñ cõferũt in fine rei. Gargariſmata aũt ſunt his ⁊ illis vtilia: ⁊ ꝓpꝛie poſt mũdificationẽ cõmunẽ niſi materias ad pectus reumatizare timueris ⁊ pulmonẽ. Sunt eñ tũc ſuſpecta ſicut alibi diximus. Et etiã quidẽ ex his que ꝑceſſerunt caputpurgia ⁊ ſternutatoria multa colligere potes ad hec vtilia ⁊ gargariſmata.

¶ De paralyſi.

In cura huiꝰ egritudinis regimen duplex eſt. Eſt eñ regimen quoddã cõe ⁊ quoddã ꝓpꝛiũ. Cõmune aũt regimen nũc partẽ morbi tangit nũc proprietatẽ. Interdũ vero dietã. Et primũ quidem cõpletur cum adminiſtratione ois ſtudij ad capitis partem poſteriorẽ ⁊ nucham: ⁊ illud ideo quoniã cadit ſm plurimũ hec infirmitas i neruos motiuos ⁊ eorum ortus eſt a poſteriori cerebro: ⁊ nucha. Et hoc quidem ſtudiũ etiam in quibuſdã alijs neruorum egritudinibus adminiſtrari debere cõmune eſt: ſicut eſt ſpaſmꝰ ꝓpꝛie ⁊ tremor ⁊ ſtupor et tortura. Secundũ vero completur cum adminiſtratione medicinarum ꝓpꝛietate ⁊ virtute conferẽtium ⁊ confortantiũ eos: ſicut hec in ꝑmo capitulo quod eſt ante iſtud diximus. Tertiũ autẽ cõpletur cũ paucitate cibi ⁊ potus ⁊ omni regimine exiccatiuo. ⁊ ſicut eſt ex cibis ⁊ potibus ⁊ cõdimentis eorum proprietatem habentibus vt neruis ꝯferãt ſicut ſunt grana pini ꝓpꝛie ⁊ cerebrũ leporis: ⁊ haſce ⁊ origanũ ⁊ yſopus ⁊ piper et zinziber ⁊ piretrũ ⁊ ius ſerpentis cum proprietate ⁊ ſpecies ſalis conditi ⁊ ius gallorum antiquorum ſm doctrinam Galieni: et hydromel recipiens ſanſucum haſce: ſaluiam ⁊ ſimilia. Et confert eis adminiſtratio capparis ⁊ tali alpheſire in primis cum ele=

nantur a terra frixi cum ſpeciebus ꝛ hueg conditū. Uinuz
autē vitare opoꝛtet. Facit enim ad neruos materias penē
trare que foꝛſitan nō penetrarēt. Et ſcito ꝙ vinū inimicum
eſt neruis ꝛ oculis per ſe. Ipſiꝰ enim abuſus eſt cauſa moꝛ
bi. ipſoꝝ. Uitent etiā aquā ꝛ potum ſupꝛa cibū et ſomnum
ſupꝛa cibum et ſit parcitas in potu ſm omnem modum: et
ſit potus exiccatiuꝰ ꝛ abſtinere ſupꝛa ſitim et famem eſt cu
ra pꝛima. Regimen autem pꝛopꝛiū capit. iiij. res. Pꝛima eſt
adequatio materiei. ſecūda eſt abſciſio eius. tertia ꝯuerſio
reſidui eiꝰ ad oppoſitū ꝛ diuerſum: quarta coꝛrigit accidē=
tia. ¶ Pꝛima autē res completur cum adminiſtratione re=
rū. moꝛbi materiā carminantiū ꝛ maturantiū: de q̄bus hic
pauloante locuti ſumus ꝛ tu reqre in illo. ¶ Scđa aūt res
cōpletur adminiſtratiōe ꝓpꝛioꝝ euacuātiū ſicut yera dya=
colloquitidos ꝛ pillule fetide ꝛ yera hermetis. ꝛ alia que ſu
pꝛa diximus. Inq̄t Gal. egritudines neruoꝝ ꝛ iūcturarum
nō niſi foꝛti agēte rectificant. Verūtñ de melioꝛi operatione
eſt nō ꝓperare ad vſuz foꝛtium a pꝛincipio ne ſubito tolla
tur virtus aut reſoluatur. Uomitꝰ aūt ꝛ euacuatio ꝑ clyſte
ria ꝛ pꝛopꝛie acuta ſunt ex bonis euacuationibus. Et fiat
vomitꝰ ꝓpꝛie cū expꝛeſſione raffani cū oximelle: aut cū ex=
pꝛeſſiōe raffani: in quo ſit virtus ellebori nigri. Aut vomi=
tus ſit poſt cibaria acuta: ꝛ opoꝛtet vt inter euacuationem
et euacuationem interueniat tēpus in quo operari opꝫ re
gimē cōfoꝛtantiū. Et tūc quidē adminiſtrent tyꝛiace: et mi=
tridatum ꝛ cōfectio de muſco dulcis ꝛ amara et ſimilia. Et
quidē in hac hoꝛa anacardinum quod diximus eſt eis mi=
rabilis medicina: ꝛ hac quidem viciſſitudine regimen iſtō
cōpletur ꝛ cito ſanitati reſtituitur ſi deus voluerit. ¶ Ter=
tia autem res complet cum gargariſmatibus et cū maſti=
catiōibus ꝛ caputpurgijs et ſternutatoꝛis de quibus plu=
ries facimꝰ mentionez. ¶ Quarta aūt rem cōplent vnctio=
nes ꝛ emplaſtra ꝛ fricationes ꝛ balneum ꝛ alia de quibus
loquemur iam ſi deus voluerit. Et dictū eſt febꝛē ſuperue
nientē egritudinibus neruoꝝ humidis eſſe curam bonā.
¶ Filius Serapiōis. Decoctio cōferēs cū virtute dei ad pa
ralyſim: ꝛ mollificationē ꝛ ſpaſmum: ꝛ doloꝛes neruoꝝ. Rx.
radicū apij feniculi: añ. ʒ. x. ſquinanti. ʒ. vj. ſeminis feniculi

aniſi petroſilini ſiſeleos coſti cẽtauree minoris: piretri.ʒ.iij. ʒiniam cordumeni: añ.ʒ.iiij.ſemis rute: ſetaragi indi.añ.ʒ. iij. ſticados bellirico2um emblicorum: añ.ʒ.viij. Decoquantur in.vij.lib.aque vſqʒ ad lib.ij. Et da omni die cũ oleo de cherua: aut oleo de piperib⁹ aut oleo de coſto diebus.xxi. Et ſit proprie decoctionis.doſis ab.℥.ſ.vſqʒ ad.ij.⁊ ſint olei a.ʒ.ij.vſqʒ ad.iij. Sanat enim ſi deus voluerit.

¶Clyſtere cõferẽs paralyſi ſolutione educens humorẽ crudum ⁊ viſcoſum ꝙ adminiſtrandũ eſt hora poſt horaʒ et ꝓprie qñ fit interpolatio ab alijs enacuationib⁹. ℞. ſicle furfuris: añ.lib.ß.mellilot aneti radicũ maluaꝝ mũdatarum camomille: añ.℥.iij. ficus ſiccas.xv.numero fenugreci cartami.añ.℥.j.⁊.ß.pulpe colloquintide cherue mundate.añ. ʒ.ij.centauree.℥.iiij.bulliant in lib.iiij.aque vſqʒ ad lib.j.⁊ ß.ex huius aque li.ß.⁊ oleo antiquo et almuri et melle clyſtere fiat bonum ⁊ efficax: ſi deus voluerit.

¶Filius zacharie. Oleũ cõfereus paralyſie torture ꝓprie mirabiliter. ℞.coſti.℥.j.euforbij piperis: añ.℥.vni⁹ tertiaʒ caſtorei.℥.ß.olei.de cheiri lib.ß.aut olei coſti: aut olei de narciſco in duplici vaſe coque ⁊ vtere.

¶Archigenes. Cerotum conferens mollificatiõi ⁊ ſpaſmo expertũ bonũ.℞.euforbij piperis yſopi humide armoniaci croci olibani balſami caſtorei glutinis alimbac oppoponaci.añ.ʒ.iiij.ſtoracis.ʒ.ij.cere citrine lib.ß.olei antiqui li. ʒ.Terantur ſicca gummi vero diſſoluantur in vino:⁊ miſceantur ⁊ fiat ex eis vnguentum ⁊ vngatur ſuper membrum in quo eſt leſio. Sanat enim ſi deus voluerit.

¶Aliũ valẽs ꝓprie mirabilr.℞.myrrhe oppoponacivſnee ſauine ʒiniã amigdalarũ amaraꝝ: caſtorei gũmi rute agreſtis thuris añ.ʒ.ij.ſeminis agni caſti piretri galbani euforbij añ.ʒ.ſ.yere gũmi pini: añ.ʒ.vij.olei cucumeris aſinini ⁊ olei laurini ⁊ olei de gallis ꝙtum ſufficit. Liniatur ex eo ſuper membrum gargariſmata fiant ex eis que diximus.

¶Aliud bonum gargariſma fiet cum yera. Archigenis et oximelle. Eligãtur ꝟo ex cõmaſticabilibus cõuenictĩa. Et ex eis fiant forme ſicut nuces ex ſtaphiſagria ⁊ maſtice. Deponũt enim flegma plurimum.

¶Aliud valẽs ſilr. Accipe ſinapis piretri ſtaphiſagrie añ.

Fiant forme ſicut diximus cum maſtice ⁊ adminiſtrentur.
¶Sal ſolutiuus. Cuius iuuamentum eſt magnū ad paralyſim ⁊ torturam ⁊ egritudines neruorū frigidas. Accipe piperis origani haſci ſinapis zinzi. piretri yſopi ſeminis apij aniſi feniculi folij gariofilorum hueg macis petroſilini naſturcij ſcamonea agarici turbith: añ. ʒ. ſ. et . ℞. ſalis gemme ad pondus oium. Terant̄ ⁊ cribellentur ⁊ adminiſtrentur ex eis vbi pꝫ: et etiam ſupra cibaria. Et quandoqꝫ quadruplicatur in eo hueg ⁊ eſt vigoroſus.
¶Caputpurgia ⁊ ſternutatoria ſunt ad hāc egritudinem vehementis virtutis. Purgāt em̄ cerebrū ⁊ cōuertūt a parte egritudinis ad emunctoriū cōmune. Eligant̄ caputpurgia ex eis que diximus et dicemus.
¶Filiꝰ zacharie. Modꝰ caputpurgij ꝯferētis ꝓpe mirabiliter ad paralyſiꝫ et torturā ⁊ dolorē capitis et egritudines cerebri flegmaticas. ℞. caſtorei. ʒ. ſ. cōditi piperis ciclaminis ⁊ gilbenec pulpe collodntide: baurach rubei: euforbij: fellis bouini exiccati: añ. ʒ. iij. Fiāt ex eis collyria. Et deinde fiāt caputpurgia cū eis cū auricl'a muris: aut cū aq̄ ſāſuci.
¶Galienus quidē iam dixit adminiſtrationeꝫ tyriace ⁊ mitridati ante purgationē ⁊ poſt cōferre: ſicut i capitulo ꝙ eſt ante iſtud diximꝰ. Anacardini quoqꝫ iuuamētū eſt adhuc in hac cā mirabile ꝙ diximus ⁊ plura etiam illic ſcripſimꝰ que etiā huc afferant̄. Qñqꝫ etiā datur ex oppoponaco q̄ntitas cicerū triū cū hydromelle et cōfert. Iuuamentū quoqꝫ hueg cōditi diximꝰ eſſe mirabile ad egritudines neruorū oēs proprietate ſua ⁊ ſilr grana pini. Pipera autē ſm oēm modū adminiſtratōis eorū cōferunt mirabiliter. Et ſilr aſa fetida bibita ꝓprie ⁊ linita diebꝰ ſingulis. Et iaꝫ quidē diximus iuuamētum caſtorei magnificari ſm omnem modū adminiſtrationis eius. ⁊ ſimiliter vſus capparis.
¶Hermes. Magnificatur iuuamētū vulpis ad paralyſim ⁊ egritudines neruorum al's: ⁊ ꝓprie embrocatio facta ex aqua decoctionis ipſius ⁊ ꝓprie vſqꝫ duꝫ diſſoluātur membra eius in ea. Et magnificatur etiaꝫ oleū decoctiōis ipſiꝰ. Et nos ſcripſimꝰ illō in grabadin medicinarū vniuerſaliū
¶Ioānitius. Pillule de oppoponaco ſunt medicina ſublimis ad egritudies neruorꝫ: ⁊ exiccāt ab eis humiditates vi-

ſcoſas ⁊ mucillaginoſas ⁊ cōferūt paralyſi torture ſpaſmo humido ⁊ dolori iuncturarum ⁊ dorſi: ⁊ genuum quarum pmixtio eſt hec. ℞.aloes.ʒ.x.trociſci alādahal.ʒ.vj.⁊.ß.opoponaci ſerapini armoniaci bdellij hermodactilorum: añ.ʒ.v.harmel, ſucci cucumeris aſinini: añ.ʒ.ij.et.ß.piperis macropiperis zinziberis tapſie mirabolanorū citritorū bel liricorum emblicorū myrrhe croci euforbij caſtorei: añ.ʒ.j.ſcamonee.ʒ.j.et.ß.agarici.ʒ.ij.turbith.ʒ.vij. Gūmi iſundātur in aqua caulium aut porrorum. Cetere autē res infundātur in expreſſiōe ziniā. Deinde miſce ola ſimul poſtq̄ in ſpeciebus exiccata fuerit expreſſio ziniā tribus vicibꝰ fiāt pillule. Et ſit doſis earū a.ʒ.j.vſq̄ ad.ʒ.ij. Sunt em̄ mirabilis virtutis ſeu iuuamenti ſi deus voluerit.

¶Joannitius. Unctiones et empl'a rubificātia qñ exhiberi oportet in loco originis neruorū q̄bus accidit paſſio applicanda ſunt vel ſaltem in parte ⁊ latere ortus eorum ⁊ ex vnctionibus ibidem adminiſtrādis eſt oleum nardinum ⁊ coſtinum confortata cum caſtoreo euforbio pipere ⁊ piretro. Ex emplaſtris quidem eſt radix lilij. Ipſa em̄ eſt iuuamenti magni ⁊ proprie adminiſtrata fricādo ⁊ comprimēdo ſuper locum ⁊ vnguendo ⁊ ſi miſceantur cum eo grana alrahec magnificatur operatio.

¶Mahemet araſi. Modꝰ linimēti cōferētis paralyſi mirabiliter. ℞.cere citrine.℥.ij.olei de narciſco ⁊ olei de lilio añ.℥.vj.euforbij.ʒ.iiij. Fiat ex eis empl'z ⁊ liniaͭ ī latere altero.

¶Joānitius. In fine quidem rei conferunt ſtuphe et balnea ſine aquis ⁊ fricatiōes in eis cum ſale ſolutiuo quē diximus aut cum caſtoreo ⁊ aniſo et dauco aut cū zinian ſiccata aut cū vrtica acuta. Et cōferūt etiā aq̄ue termarū poſt fricationem: in balneo ſicco ⁊ abſtinentia cibi ⁊ potus ſupra balneum ⁊ regimen exiccatiuū quantum poſſibile fuerit. Sanabitur enim ſi deus voluerit.

## ¶De tortura.

Tortura q̄dā ē a ſpaſmo ⁊ cōtrahit ſupius q̄dā a paralyſi ⁊ mollificatiōe ⁊ relaxat ad inferius. Et illius cura eſt cura ſpaſmi quā dicemꝰ. Et huiꝰ cura eſt vt cura paralyſis quam diximus preterq̄ꝫ oportet caputpurgia ⁊ gargariſmata ante purgationem vitari cū: ſit poſt mundifica

tionem curavera. Uerum gargariſmata cunctis medicinis
preponenda ſunt caputpurgijs cum ſint vtraq̧ cura vera.
Et ſit ſtudiū precipue primum in adminiſtratione medica
minum ⁊ emplaſtrorum: ⁊ linimentorum et medicinarum
rubificantium in ſpondilibus ceruicis. Deide perueniēdū
eſt ad mandibulam ⁊ ad partes faciei. ⁊ hoc eſt ſtudiū ſm
ad cauteria autem approximādum eſt qn̄ iam omnia nō cō
tuliſſe experieris. Et hoc erit ſtudium vltimum. Primū aūt
ſtudium pficitur cum adminiſtratione emplaſtrorū ⁊ lini-
mentorum in ſpondilibus ceruicis. vnde nerui faciei ortū
hn̄t ⁊ muſculi ex eis que diximus in capitulo q̄ ē ante iſtud
et ex eis que dicemus. ¶ Scōm autem ſtudiū pficitur nūc
cū reb⁹ extra nunc cū rebus intus. Res aūt que extra admi
niſtrande ſunt: ſunt linimenta ⁊ emplaſtrationes ⁊ embro-
cationes ⁊ euaporationes ⁊ ablutiōes ⁊ calefactoria ex eis
quas diximus ⁊ dicemus. Res vero que intra ſunt admini-
ſtrande ſunt q̄dā cōmaſticabilia ſicut forme facte ex hueg
⁊ nuce muſcata ⁊ alijs que dicem⁹. Et ſicut cōmaſticatio nu
cis muſcate ⁊ retētio eius in ore ex parte paſſionis ɔtinue
integre aut cōmaſticate ⁊ retētio caſtorei ex parte paſſiōis
⁊ ſub lingua. Et adminiſtratio fricatiōis in pte iteriori mā-
dibule cū anacardino aut tyriaca aut mitridato ⁊ exhibitio
diamuſci dulcis ⁊ amari ⁊ fricatio gingiuarū cū ſale ſoluti-
uo quē dixim⁹: aut cū ſale ⁊ nuce muſcata ⁊ hueg ⁊ ſint eoꝝ
partes equales aut cū anacardino ⁊ nuce muſcate ⁊ alijs.
¶ Tertiū aūt ſtudiū perficitur cū adminiſtratiōe ventoſaꝝ
ſupra ceruicē ⁊ appoſitione medicaminis rubificatiui ⁊ cau
terizatione facta poſt aurē ex parte egritudinis ⁊ poſt iſtā
ſi nō cōtulerit cauteria duo fiant in ſpōdilibus vnū hinc et
aliud inde. Et q̄nq̧ fiunt duo hinc ⁊ duo inde ſm diſtātiaȝ
ſpondiliū. Et q̄nq̧ tria q̄m ſanant ſi deus voluerit.
¶ Sabor fili⁹ girges. Cōfectio medicaminis experti ad tor
turam qđ maſticatur ⁊ expellit flegma plurimuȝ et confert
proprietate ⁊ rectificat malitiam neruorū ⁊ ſanat cū celeri-
tate. Cui⁹ ꝑmixtio. ℞. nucis muſcate piretri hueg recentis
turis: aā. ptes equales. Cōfice cū chermes. Et fiāt forme ſi
¶Iſaac iſraelita.Confectio pillularū de croco cõferentiuꝫ cum virtute dei aſperitati:ꝛ raucedini vocis ex frigiditate. ℞.croci.ʒ.iij.cubebe.ʒ.j.ꝛ.ß.ſucci liquiritie olibani.an̄.ʒ.j. Fac pillulas cum rob:ꝛ ſint pilule magne:ꝛ teneat vnam ſub lingua:ꝛ glutiat ſaliuam eius: ꝛ eſt expertum bonum.

¶Iſaac.heben amaran.Medicamẽ cõferẽs doloꝛi gule:et aſperitati:ꝛ raucedini expertū.℞.croci.myꝛrhe bone piperis albi.an̄.auř.j.paſſularū enucleatarū. dꝛagaganti albi. an̄.auř.iiij.amigdalaꝝ dulciū mūdataꝝ auř.viij. Tere oĩa et cõfice cū melle colato ꝛ reconde in vaſe vitreo.Doſis eiꝰ eſt ſicut auellana.j.teneat ſub lingua.

¶Saboꝛ.Confectio medicaminis ꝯferentis raucedini vocis ꝑpter cauſam calidā:ꝛ doloꝛi q̄ eſt in lacerto vocis:ꝛ remouet inflāmationem:ꝛ ſedat ſitim.℞.gūmi arabici:dꝛagagāti ſeminis cucumeris:an̄.ʒ.j.ſucci liq̄ritie:amili:oꝛdeacei:vel frumenti:an̄.ʒ.ij.Tere ꝛ confice cum melibureg vel cū mucillagine ſeminis citonioꝝ:ꝛ pſilij. Et fac formas ſimiles auellanis:ꝛ accipiat lambendo mane ꝛ ſero.

¶Democritꝰ.Medicamẽ cõferens abſciſſioni vocis a caliditate.ꝛ ſedat ſitim.℞.ſeis.cucumeris mūdati.ʒ.vj.ſucci liq̄ritie.ʒ.vij.ſeminis poꝛtulace.ʒ.j.Cõfice cū albumine oui: et fac trociſcos et teneat mane et ſero.j.ſub lingua.

¶Incipit ſumma ſecunda de medicinis egritudinum pulmonis:et pꝛimo de aſmate.

ASma qn̄qꝫ cõtingit ꝑpter cauſam q̄ eſt in ipſo pulmone ꝛ ꝑtibus eiꝰ ꝛ qn̄qꝫ ꝑpter cõfluentiā ad ip̄m a cerebꝛo ꝛ partibus capitis qn̄qꝫ pꝛopter cõmunitatem ipſius cum alijs membꝛis. Et contingens cauſa pulmonis quandoqꝫ cõmunicat ei toꝛax in occupationeꝛ compatiuntur in alterꝛ

aſtum:⁊ tunc proprie cum ſepelitur pulmo ꝉ torace eadem occupatione concluſi.⁊ eſt illud quod eſt ſuſpectuꝫ:⁊ timoroſum.pereunt eñ plurimi ſubita prefocatione:⁊ interdū quaſi prefocati ſpumas emittunt:⁊ turget eorum facies:⁊ liuet:⁊ oculi quaſi foras preeminent ⁊ quandoq̄ eſt ꝑpter impedimentū in ipſo pulmone ⁊ partib⁹ eius tantū.¶Eſt autē egritudo hec ſenib⁹ familiaris:⁊ nō ſanat̄ in eis.Pueris vero etiā accidit.verū q̄ñq̄ ſanat̄ in eis ꝉ ꝑmutatiōe etatis eoruꝫ ⁊ iuuenibus raro tollit̄:⁊ q̄ñq̄ cum eo ſeneſcunt. Mulieribus vero non ſepe accidit:⁊ citi⁹ ſanat̄ in eis ꝙ̄ in maſculis.Cōtingit aūt in hyeme ⁊ maxime in fine hiemis ſm plurimū:⁊ contingēs in eſtate eſt prauū:et multiplicat̄ in locis hūidis:⁊ in ātris ⁊ cauernis:⁊ teſtudinib⁹.Eſt etiā familiaris his q̄ metalica operātur:⁊ mineralia:⁊ q̄ vtūtur odore ſulfuri:⁊ colophōie:⁊ piſcis ⁊ q̄ exercēt artes plūbeas q̄ conflāt argētuꝫ viuū.Et curātur q̄ñq̄ p elongationē ab ipſis.¶Diſtinguendū aūt in ſpecieb⁹ aſmatis hoc modo. ¶Si cā eſt ꝉ pulmōe ipō ꝑprie:⁊ ē materia groſſa adherēs aut ꝯcluſa ꝉ pulmōe ipſo ⁊ cauernis:⁊ meatib⁹ ſpirit⁹:⁊ eſt illud qđ eſt ſꝫ plurimū Tunc ei⁹ cura eſt.v.res.prima eſt cōmenſuratio regiminis ꝉ generib⁹ rerū ſex.Scđa eſt adequatio materiei ei⁹.Tertia eſt ſubtractio ei⁹.Quarta eſt diuerſio eius.Quinta eſt correctio accidentium.

¶Primam quideꝫ reꝫ complent cōmenſurationes regiminis eius:primo aeris vt locētur ꝑprie in aere tēperato declinante ad ſiccitatem magnā ⁊ laudatur eis cibi abſtinentia ⁊ potus ⁊ parcitas eoruꝫ:imo gradatio fiat in eis iuxta virtutis exigentiā ⁊ morbi tolerātiā.Et ſint cibi eoꝝ ꝑprie calidi ⁊ ſorbitiones calide:⁊ ſint boni chimi:⁊ ſint qui ventrem lubricuꝫ faciant:ſicut aqua ordei:⁊ proprie aqua cicerum cum amigdalis amaris ⁊ aqua ordei cū melliloto aut fenugreco.Danda etiā ſint iuſcula ex maluis cuꝫ amigdalis aut ex criſo locanna:aut bleta.Deinde perueniēduꝫ eſt ad vitella ſorbilia ⁊ ad carnes teneras:⁊ ſunt ꝑprie ex animalibus carnes leporis:⁊ capriolorum ⁊ carnes algazel:⁊ vulpis:⁊ hyricij ⁊ cerui ⁊ ſimiliū.Et ex volantibus carnes pullorum gallinarum ⁊ perdicū ⁊ ſimilium.Et pulmones aialium ſunt mirabiles eis:⁊ proprie vulpis ⁊ hyricini.Panis vero

nis vero quo vtunt̃ ſit coct⁹ hn̄s ſemina ꝓprie ſicut aniſuꝫ ciminū feniculū nigella cartamus naſturciū et ſil'ia. Ex piſcibus vtant̃ piſcibus ſquamoſis ⁊ petroſis: ⁊ agilib⁹. ⁊ ſaturitas eſt eis mala. Pot⁹ aūt eoꝝ ſit vinū ſubtile antiquū pauce q̄titatis ⁊ vinū dulce eſt amicū eis cōfortatū cū aliquo ex ſubtiliatiuis: ⁊ hydromel ē eis potus bon⁹ ⁊ potus ſupra cibū eſt eis mal⁹: quare oportet vt expectet̃ ſupra cibum diu: deīde bibat parū hora poſt horā. Uitēt aūt repletionē ⁊ nauſeā: immo ſi accidat vomitu expellat̃: ⁊ ex bono regimine eſt vt eis ſemꝑ aſſiduet̃ vētris lubricitas cū eis q̄ ſunt ſicut ius galli antiqui cū medulla cartami: ⁊ aqua volubilis ⁊ ſicle ⁊ ꝓprie adminiſtrata ante alios cibos ⁊ conferunt ad hoc carnes condite ſalite ⁊ oua taraci.

¶ Si aūt cū his natura nō lineat̃: adminiſtretur aqua ordei cocta cū modico euforbiꝭ parū poſt parū. ē. n. iuuamētī ſublimis. aut aqua ordei cū puluere yreos aut aqua decoctionis epithymi cū rob aut melle aut decoctio ficuum cuꝫ yreos: aut cum haſce aut calamēto: aut decoctio calamenti cū melle aut yſopi cum rob aut paſſularū ⁊ fenugreci cum melle origani perſici. Decoctio cum aq̄ ordei eſt mirabilis ⁊ ꝓprie cum melle ⁊ ſil'r praſſiꝭ ⁊ radicum raffani et ſilium. Uitēt ſomnū ſupra cibū ⁊ parcitēt ſomnū ⁊ iaceāt in domo lucida ⁊ modus ſit accubitus vt videātur potius ſedere q̄ iacere. Sedendo em̄ melius q̄ iacēdo reſpirāt. Jacēdo aūt difficulter. Exercitari autē oportet cum gradatione ex tardo ad velocē ex paruo ad magnū ⁊ qualiſcūq; fuerit in ieiunio. Et exercitatio ꝑ loca decliuia ⁊ arenoſa confert et ſimiliter currere ꝑ ea: interdū iuuat ⁊ vehi ꝑ mare ⁊ nō multuꝫ ne virtus defatigetur: ⁊ ſimiliter duci de loco ad locum lecto penſiliꝭ. Exercitia aūt animi iocunda conferunt eis.

¶ Scđam rem cōplent adminiſtratiōes medicaminū morbi materiā carminātiū ⁊ maturātiū et aggregantium in ſe humectationē ⁊ ſubtiliationē ⁊ inciſionē vt cadat maturatio in corpus materie integra. Quare vitāda ſunt ſubtiliātia ⁊ icidētia pure: ⁊ ꝓuocantia ne excludatur ⁊ ſeparetur ſubtile a groſſo ⁊ nō ampli⁹ recipiat curā. Ex vere aūt maturantib⁹ eſt ius galli antiqui p̄parati ſm̄ artem: et oximel ſquilliticū cū aqua paſſularū ⁊ etiā ſyrupus de yſopo ⁊ de

coctio de yſopo:⁊ ſyrupus recipiēs paſſularū enucleatarū ⁊ fenugreci partes equales:q̄m eſt iuuatiuus valde ⁊ ſyrupus de praſſio ⁊ alia quoꝝ narrationē facim⁹ poſt. Et inūgātur pectora eorū cōfricādo fricatiōe cōuenienti vel vehemēti cū oleo de cheiri et ꝓprie citrina:et anetino oleo et camomillino:aut laurino tepidꝫ ſupponēdo eis lanas yſopi calidas. Et ex vnctionib⁹ magni iuuamēti eſt oleū de lilio ⁊ oleum de yreos et eis forti⁹ eſt yſopi cerotum noſtrū cuius narratiōem faciemus poſt:ſi deus voluerit.

¶ Tertiā rem cōplent adminiſtaiones euacuationū ex flobothomia.et ſolutiōe vētris cū medicina et enematibus ſolutiuis:et ſi q̄dē materia fuerit calida ſanguinea cōfert flobothomia baſilice:⁊ ſi cōtingit paſſio ꝓpter retētionem emorroydaꝝ aut mēſtruoꝝ eoꝝ ꝓuocatio ē iuuamēti dicētꝫ. Si abūdat cū ſanguie colera ſoluatur natura cū trociſcis de violis:quoꝝ narratiōeꝫ faciem⁹:et ſcribem⁹:et ſiſibus.

¶ Si vero contingit ab exuberātia flegmatis viſcoſi ⁊ pinguis.et ē id qđ eſt ſm plurimū euacuetur cuꝫ cochijs: aut yera.⁊ pillulis de agarico:et pillulis de colloquitida:quarum permixtionē ſcribemus poſt ⁊ alijs:et ſi nō fuerit natura obediēs faciem⁹ clyſteria precedere purgationē ⁊ ꝓprie ſi oportet acuta. Et ex bono regimine ē vt fiat euacuatio ⁊ ꝓprie renouās numerū et cadat inter purgationeꝫ et purgationē adminiſtratio vomit⁹ poſt raffanū:⁊ piſces ſalitos ⁊ almuri. Et ſunt ex hoibus q̄ infigūt fuſtes ellebori albi in raffano ⁊ ꝓpināt raffanū poſt diē ⁊ noctē extracto inde elleboro.⁊ ſunt q̄ ꝓuocāt vomitū cū ſinapi ⁊ ſale ⁊ almuri i aq̄ ⁊ melle aut i oximelle:aut cū ſinapi ⁊ baurach ⁊ oximelle ⁊ caue ne cadat viciſſitudinē adminiſtrationē frequētia et debilitetur virtus ſed interpellatio competens.

¶ Quartā rem cōplent fricatiōes facte in extremitatib⁹ ⁊ ventoſationes facte in ſcapulis ⁊ cruribus ⁊ appoſitiones rubificantium ⁊ cauterium in zuhendeg ⁊ ſimilia.

¶ Quintā reꝫ cōplent adminiſtratiōes medicaminū anhelitum facilitantiū:aut materias q̄ ſunt in pectore ꝑ ſcreatū facile educentiū aut humiditates ſuperfluas exiccātiū.

¶ Medicinarum aūt anhelituꝫ facilitantiū:ſumma hec ē ſquilla aſſata et adminiſtrata cū melle:aut trociſci ex ea cū

rob: aut oximelle ipſius ⁊ acetū ⁊ loch ipſius elargāt anhe
litus vias ⁊ abſtergūt. Et ex rebus mirabilibus ad hoc eſt
pulmo vulpis ſiccus: ⁊ ꝓprie. ʒ. ij. cū eo ꝙ conuenit ex poti-
bus. Et ex eis eſt yſopus ⁊ haſce ⁊ calamentū et origanum
pſicum et aniſum ⁊ piper. ¶ Galienus aūt dicit ꝙ decoctio
paſſularum enucleatarū: fenugreci ⁊ rute cū modico caſto
reo: cōmodius frequenter data operatur. ¶ Itē dixit ꝙ gut
ta armoniaci ꝓpinata cū oximelle potenter liberat. Et ex
eis ē decoctio yſopi cū melle ⁊ ficubus. Et ex eis eſt crocus
cū melle elargat enim anhelitum: ⁊ ſilr ciminum mixtū cū
aceto. Et ex valde expertis difficultati anhelitus eſt laur⁹
⁊ grana eius ⁊ oleum ipſius ſm oēm modum adminiſtratio-
nis eoꝝ ſiue bibitū ſiue loch ex eis: ſiue vnctiones. Et ex re
bus expertis eſt enula ⁊ ſuccus eius. ¶ Et ex vnctiōibus ex
pertum eſt oleum laurinum: ⁊ oleū de ſpica: ⁊ oleum ruta-
ceum yſopi ceroitū ⁊ ſimilia. Et ex eis que emplaſtrantur
ſunt anetum ⁊ camomilla: et ſanſucus que decoquantur ⁊
euaporentur eius pectus ⁊ partes vicine. Ex medicinis au
tē cōpoſitis q̄ conferunt ſtricture anhelit⁹: ⁊ difficultati ei⁹
ſunt mitridatū ⁊ tyriaca ⁊ athanaſia magna ⁊ parua ⁊ me-
dicina de muſco dulcis ⁊ amara: ⁊ dyaſulfur: et dyamarte
ꝓprie et ſagzenea magna et parua: ⁊ filoniū ⁊ ꝓprie dya-
trion pipereon et alia: quorum narrationes faciem⁹ poſt.
¶ Medicinarū vero pectus mundificātiū ⁊ pulmonē ab hu
more groſſo ⁊ putrido: ⁊ oppilatiōe ſumma hec eſt yſopus
ꝓprie ſm oēm modū adminiſtrationis eius ⁊ haſce ⁊ origa
num et ſerapinū et ꝓprie cū vino et medicina de ſquilla. vr
tice vero et ſemen eius iuuamētū eſt manifeſtū. educit eñ
humores groſſos ſepultos in pulmone ⁊ pectore ⁊ proprie
ſorbitiones decoctionis eius in aqua mellis ⁊ ordei et ficu
bus ſiccis. Et radix alfeſare ſm oēm modum adminiſtratiōis
eius eſt mirabilis: et ſilr tali eius in primis cū eleuātur: et
ex eis eſt naſturcium cū inciſione ⁊ ſubtiliatione ſua: ⁊ ſilr
capparis ſalita: ⁊ ſimiliter porrū: ⁊ ſemen eius cū aqua or-
dei: et melle ⁊ decoctio volubilis cū oximelle ē mūdificatiuū
bonū ⁊ ſilr ſiſeleos cū melle ⁊ ſilr. yreos: expellit eñ mate-
rias ⁊ mūdificat pectus efficaciter. Serapinū aūt cū aq̄ ru-
te ē ex mūdificantib⁹ pect⁹ fortiter extrahens ab eo humo-

res crudos: et proprie eius.3.ſ.tertie due. Mundificant etiã pectus omnes ſpecies granorum pini a ſanie et groſſis humoribus ſcḋm omnẽ modum adminiſtrationis eorum: Iuuamentum decoctionis calamẽti cũ ficubus: aut paſſulis enucleatis in extractione groſſorum humorũ ex pectore et pulmone et dilatatione anhelitus eſt ſublime: et ſimiliter facit comeſtio ipſius cũ amigdalis et zuccharo: aut melle: aut ficubus ſiccis: huius etiam intentiõis eſt alhaſce. et ſaroz arabicum et laurus et grana eius cum melle. ¶ Medicinarum autem exiccantium ſuperfluam humiditatem aggregatã ĩ pectore et pulmone: quibus vtendũ eſt in ſubfumigũs et interdum potionibus. Summa hec eſt arſenicum tritum et diſtemperatum cum vitellis ouoꝝ. Deinde accipe ferulam: et incide eaʒ per fruſtra rotunda: et imbibantur predicta medicamina et dimitte exiccari. Et fiat ſubfumigatio cũ eis: et recipiatur fumus in os per traiectoriũ et aſſiduetur per aliquos dies omni die ter: qm̃ ſanat. Et ſi derelinquatur vehementia exiccatiõis in pectore et pulmone redeundũ ad mollificationẽ proprie ſicut eſt ſyrupus de cheſmes et decoctio ficuum: et ius galline et ius attriplicum: et maluarum decoctarum cũ gallinis et que hoc curſu procedũt et adiunctiões pectoris. Deinde redeundum ad adminiſtrationes medicaminum ſumme huius et nõ negligatur operatio hec qm̃ ſanat. huius etiam intentionis eſt ſulfur citrinũ mixtũ cuʒ arſenico: et proprie ſint eorum partes equales: et fac formas ſimiles auellanis cũ adipe renũ capraꝝ aut vacce. Et vtere ſicut diximus p traiectoriũ. Et ex eis ẽ myrrha: coſt⁹: ariſtologia et caſſia et croc⁹ et arſenicũ. Fiãt ex eis forme cũ adipe caprino. Et vtere. Silr arſenicũ et ariſtologia ſilr cuʒ adipe capraꝝ. Et ex eis aũt hui⁹ itentiõis q̃ dant p os ẽ ſulfur cũ ouis ſorbilib⁹: aut ſulfur: et arſenicũ cũ ouis et cũ melle. Aut arſenicũ cũ aq̃ mellis. Aut pillule ex arſenico et gũmi pini: et nos plura intẽtiõis huius ſcribem⁹ poſtea: ſi de⁹ voluerit. ¶ Cura aũt aſmatis facti a materia catarrali ẽ due res. Prima eſt intentio quã adhibere opʒ in prohibitionẽ catarrhi hoc qdem dictum eſt in cura eius. Scḋa eſt intentio ĩ maturatione et expulſione eius q aggregatũ eſt in pectore et pulmone: et hoc dictũ eſt in p̃ſenti capitulo. Factũ aũt a cõple=

rionis malitia ſine materia curatur cū eis que dixim⁹. Et ſi q̄dem fuerit a ſiccitate ⁊ corrugatiōe pulmonis ad ſeipm tunc pōt cōtingere ſm duos modos: aut enī eſt ſine febre. Et cura eius eſt inunctio pectoris cū enematib⁹ aut cū em plaſtratiōibus vel vnctionibus mollibus ⁊ frequētatio po tus lactis ⁊ ꝓprie caprini aut aſinini et comeſtiōis eius: et opꝫ vt ſit paſtus alaliuꝫ ex reb⁹ humidis ſicut ꝓprie herba ordei: lactuca ⁊ malua: ⁊ ſimilia. Et frequenter balneatio i tina cum fricatione facta cum ouis ⁊ mica panis infuſa. Et ſint cibi eorū iuſcula ex atriplice ⁊ malua ⁊ portulaca: aut pullus aut oua ſorbilia: ⁊ accipiant ex lohoc: ⁊ aliijs medici nis curātibus ſiccitatē pectoris: de quibus loquemur poſt. Si aūt fuerit cuꝫ febre. Cura eius eſt pot⁹ aq̄ ordei et iu leb ſubtile: ⁊ aqua melonū indor: aut cucurbite: aut aqua earū cum zuccharo aut per ſe. ⁊ ſit cibus eorum proprie cu curbite lactuce: ⁊ olera ⁊ herbe humide cum oleo amigda larum dulciū. ⁊ detur in potu in matutinis: ⁊ in ſero mucil lago pſilij: in aqua citrulli ⁊ cucurbite: et melonis indi. In ungatur aūt pectus eorū cum ceroto Galieni. aut cum cera ⁊ oleo violato imbibitis i mucillagine pſilij: aut in aq̄ por tulace: aut lactuce ⁊ citrulli ⁊ ſimilium. et vtantur lohoc et ſyrupus: ⁊ medicinis cōuenientibus que dicentur poſt. Cū aūt febris declinauerit itret tinā: ⁊ fricetur corp⁹ ſicut iā di rimus. ¶ Factū aūt a ſuper calefactiōe pulmonis ⁊ pectoris curatur: ſicut hic proxime diximus.

¶ Galienus aūt cum peruentuꝫ ad acceſſionē fuerit: tūc po tius blādiendū q̄ꝫ curandū. Peruenitur eīm interdū ad p̄ſo cationē in exiccatione medicaminū q̄re regimina diſtinguē da ſunt. ¶ Et primo in regulatione vite eorum vt parci tent cibis ⁊ potibus cum gradatione ſicut natura expoſtu lat: ⁊ regulentur in alijs generibus rerum ſicut ſcis. ¶ Se cundo peruenitur ad maturātia ⁊ ꝓprie mediocris abſter ſionis: aut debilis ex his que ſcis: ⁊ gradatim ad linimēta ⁊ vaporationes ex his que ſcis. ¶ Tertio ad fricatiōes ⁊ liga turas in extremitatibus cū gradatione. ¶ Quarto ſi ſigna plenitudinis ſanguinis appareāt flobothomenē ex baſili ca. Si autem ſigna aliorum humorū appareāt differant a purgatione ⁊ vomitu ⁊ clyſterizatione quouſq; iam vehe

mentia paroxiſmi ceſſauerit maturatiuorum ⁊ facilium ex creatuꝫ apparuerit abundātia: ⁊ anhelitus melioratio: tūc enim audiendum eſt ſuper his cuꝫ cautela. ¶ Quinto ſi paroxiſmus vſqꝫ ad quadraginta dies nō declinauerit tunc īter ſpatulas ventoſetur cuꝫ ſcarificatione vſqꝫ dum competēs ſanguinis euacuatio fiat. Deinde adminiſtrētur yere ⁊ euacuatiōes note ⁊ clyſteria acuta cū gradatiōe ⁊ vomica medicina ſicut ī canone diſtinctū eſt. ¶ Sexto ſi adhuc vlterius paroxiſm⁹ extēdatur ſinapiſmus in pectore aut medicamen rubificatiuū apponetur hac enim operatione. ⁊ ordine tolletur egritudo ſi deus voluerit.

¶ Democritus. Dandū in primis q̄ aptant materiā ⁊ digerūt ⁊ ad terminū facilitatis ⁊ mauratiōis adducūt qualia ſunt fenugrecum vue paſſe ficus ſicce ⁊ pingues dactili pingues ⁊ mel ⁊ ſyrupus ex eis. Et ex eis ſunt vnctiones circa pectus ⁊ ꝓprie ex yſopi ceroto cū calida lana. Cū aūt materia ⁊ ſputamina digeſta appuerint adminiſtrāda deinceps ⁊ maturātia p̄dicta ⁊ materiā digeſtā educētia. pect⁹ quoqꝫ mūdificātia q̄lia ſunt vrtice ſemina cū hydromelle ⁊ origanū ⁊ yſopus ſicca ⁊ calamētū ⁊ yreos ⁊ pulegiū. hec em̄ pectus mūdificāt. Et ſi materiei apparuerit exuberātia vomitum ꝓuocabis ⁊ cū iteratione ⁊ ꝓprie cuꝫ elleboro in radice raffani incluſo ⁊ oximelle. Et ſi adhuc opus maius ꝑ vētrē materiam educes. ¶ Ultimo aūt cum res maius proceſſerit. Dāda ſūt q̄ exiccāt materiā ⁊ pect⁹ elargāt ⁊ q̄lia ſunt ſq̄lla ī aceto cocta punices baurach feces vini ꝯbuſte aurū pigmētū ſulfur de ſingulis partes eq̄les. Fiat eoruꝫ ꝯtritio bona ⁊ miſce cū melle ⁊ da mane quolibet coclearij.j. hoc nāqꝫ medicamen aſma difficile ⁊ tuſſim curat.

¶ Filius zacharie araſi. In primis vtendū eſt rebus q̄ materiam maturent in pectore ſicut eſt ꝓprie decoctio que. ℞. ficuum ſiccarū.ʒ.x. paſſularū enucleatarū.ʒ.x. dactilorū pinguium.ʒ.vij. ſeminis apij feniculi capillorū veneris liq̄ritie yſopi praſſij fenugreci: añ.ʒ.v. Coquātur in aqua ſufficienti ⁊ da ex ea omni die circiter. lib.ß. cum mellis.℥.j. Et cum maturationis ſignum apparuerit: da ex decoctione p̄dicta cum.ʒ.ij. confectionis huius. Cui⁹ hec eſt ꝑmixtio. ℞. ſucci liquiritie ⁊ yſopi capillorū veneris: añ.ʒ.x. cordumeni pipe

ris amigdalaꝝ amaraꝝ ariſtolog.rot.ſeminis vitice yreos baurach naſturcij ſeminis raffani.añ.ʒ.v.mellis diſpumati quātū ſufficit.Eſt eñ medicina bñdicta ad expellēdū ſuperfluitates ſepultas i pectore.pōtēter eñ repellit eas. Cum aūt hoc p octo dies aut amplius feceris ꝓuocabis vomitū ⁊ ꝓprie poſt eſum ſinapis ⁊ mellis.Et poſtq̄ hoc feceris:tertio vētrē ſolues cū pillulis quarū deſcriptio hec ē.℞.agarici.ʒ.iiij.pulpe colloquintide yſopi.ʒ.ij.⁊.ß.ſucci liq̄ritie.ʒ.iij. pраſſij yreos ſeminis vitice ſinapis.añ.ʒ.j.⁊.ß.turbith yere pigre.añ.ʒ.v.Doſis earū eſt a.ʒ.ij.vſq̄ ad.iiij.Dabis autē ter vſq̄ in hebdomadam:perfecte eñ mundificatur pectus ⁊ ſi poſt hec tota nō tollatur egritudo redi ad adminiſtrationē omniū que dicta ſunt ſm ſcriptū ordinē.et hoc facias vſq̄ dum tollatur egritudo ſi deus voluerit.

¶Iſaac hebē amarā.Curauit quendā patientem difficultatem anhelitus ⁊ tuſſim difficilem ſm hunc modum.¶In primis dedit maturantia ⁊ digerētia materiā.¶Secundo euacuauit cum his pillulis quas nominauit cochias.℞.aloes rubei.ʒ.vj.agarici.ʒ.iiij.maſticis colloquintide ſarcocolle.añ.ʒ.ij.ſticados haſce ſcamonee.añ.ʒ.j.⁊.ß.Fiant pillule ſicut cicer cū aqua feniculi hūidi.Doſis earū eſt.ʒ.ij.⁊.ß.de quarto in quartum diem in mane.Deinde habeat cibum pullos coctos cum maluis aut atriplice.

¶Tertio dedit de electuario hmōi qđ cōfert tuſſi ⁊ conſtrictioni anhelitus.℞.ſeminū melonis citrulloꝝ mundatorum alcherenben feniculi aniſi amigdalarū pinearū mūdataꝝ yſopi capilloꝝ veneris:añ.ʒ.x. croci.auř.ij.caſſie dragagā. liq̄ritie:añ.ʒ.ij.opij.auř.j.Tere ⁊ cōfice cū lib.j.penidiaꝝ. Et doſis eius auř.j.in mane cū decoctione yſopi.et in ſero ponat ex eo ſub lingua circiter.ʒ.j.⁊ trāſglutiat ſalinā eius et ſumat oī mane iuſculū ex amilo ⁊ furfure cum penidijs et amigdalis ⁊ ſeminibus feniculi tritis ⁊ in ſero comedat maluas vel atriplices vel bletas cū pullis vł pullos cū zuccaro croco et amigdalis et paſſulis et pauco aceto.Et erat ei de cōſuetudine ſi corpus erat plenū abundās poſt quartam purgationem ⁊ ſi tempus fouebat flobothomare patientē de baſilica ⁊ precipiebat trahi de ſanguine a.ʒ.l.vſq̄ ad.ʒ.lxxx.Et ſm iſtam viam curauit plurimos.

¶ Iſaac hebē amarā. Fecit quidā patienti aſma ꝛ difficultatē anhelit⁹ ꝛ tuſſim. ℞. farine ciceꝝ amigdalaꝝ dulciū: ſeminis melonis dragaganti thuris maſculi botron: an̄. ℥. x. praſſij capilloꝝ veneris yſopi calamēti: an̄. ℥. iiij. iuſquiami albi liquiritie ſeminis papaueris albi: an̄. ℥. x. Tere ꝛ cōfice cū mellis duplo pōderis olm ꝛ recōde in vaſe vitreo. doſis eius eſt. ℥. ij. teneat ſub lingua et tranſglutiat ſaliuā eius.

¶ Zeid. Medicamen cōferens tuſſi et aſmati ac ſtricture anhelitus. ℞. ſeminis melonis citruli cucumeris cucurbite mundate ſeminis lactuce liquiritie amigdalarum dulciū et amararum granoꝝū elmelnth magnoꝝū. an̄. ℥. x. papaueris albi. ℥. xx. ſtoracis granorum mahalep mūdatoꝝū ſeminis malue. an̄. ℥. v. croci opij: an̄. ℥. ij. Confice cum melle et zuccaro. Et ſit doſis eius ſicut nux cum aqua tepida ꝛ inungatur pectus cum aliquo eorum que cōueniunt: ꝛ ieiunet omni die ſuper medicamine circiter horas. vij.

¶ Idē. Loch cōferēs aſmati ꝛ tuſſi ſiccis factis a colera ſicca ꝛ facit ſpuere ꝛ cōfert apati pulmonis et panniculi et eſt expertū. ℞. farine fabarū. ℥. x. amili. ℥. v. ſeminis cucumeris melonis: an̄. ℥. vij. ſeminū citonioꝝ malue dragagāti liquiritie alcheberon: an̄. ℥. vij. papaueris albi. ℥. xxx. Tere ꝛ confice cū. ℥. c. penidiaꝝ. ℥. xl. Et fac formas ſimiles nucibus ꝛ teneat ſub lingua ꝛ tranſglutiat ſaliuā ei⁹. Deinde bibat ſorbitiones furfuris tenues cū pauco oleo amigdalarum dulcium et penidijs ꝛ i ſero comedat ſpinachia aut atriplices aut ſiclam cum oleo ſiſamino aut amigdalarum.

¶ Thamech. Syrupus de praſſio mirabilis cōferens cuȝ auxilio dei aſmati et difficultati anhelit⁹ ꝛ tuſſi ꝛ flegmati aggregato in pectore ſenum bonū ꝛ expertum. ℞. paſſularū pinguium enucleataꝝ iuiubarum pinguiū ſine oſſib⁹ et ſebeſten: an̄. ℥. c. ficus pingues. xxx. capilli veneris yſopi calamenti liquiritie: an̄. ℥. xx. corticū radicuȝ apij feniculi aniſi: an̄. ℥. x. praſſij. ℥. l. aque pluuialis. lib. xv. Bulliāt vſqȝ ad li. iiij. ꝛ pone ſup reſiduo aque. li. vj. ꝛ bulliant vſqȝ ad lib. ij. deinde accipe vtrāqȝ aquā ꝛ pone ſup eam mellis boni et penidiarum ꝛ mehibueg: an̄. ℥. xv. Et ſit doſis eius. ℥. iij. cū aqua calida. Et ſit cibus eorum ſorbitiōes facte ex furfure aut tritico cum melle aut penidijs ꝛ oleo amigdalino ꝛ car

nes cum tritico vel bletis cū ſpeciebus humidis ſicut eſt ꝓ
pꝛie zinziber aniſum darſeni et ſimilia.
¶Hamech. Syꝛupꝰ aliꝰ de pꝛaſſio mirabilis cōferēs cū au
xilio dei tuſſi flātice ⁊ aſmati difficili ⁊ aggregatiōibus flā=
tis i pectoꝛe ſenū. ℞. pꝛaſſij. ʒ. xx. liqritie yſopi calamēti ca=
pilli veneris: aā. ʒ. x. radicū apij feniculi aniſi: aā. ʒ. v. ami=
gdalaꝝ pinea ꝝ mūdataꝝ ⁊ fenugreci: aā. ʒ. ij. ⁊. ß. paſſulaꝝ
enucleataꝝ. ʒ. c. iuiube ⁊ ſebeſtē: aā. l. ficus ſiccas. x. mellis
rob penidiaꝝ: aā. lib. ij. Fiat ſicut pꝛius bonū ⁊ expertum.
¶Hamech. Syꝛupus iuiubinus cōfert aſmati ⁊ egritudini
bus pectoꝛis ſanguinis et colericis et aſperitati et ſiccitati
ipſiꝰ et doloꝛi. Accipe pulpe iuiubarū pinguiū ⁊ pulpe ſe=
beſten: aā. ʒ. centū liqritie mundate capilloꝝ veneris. aā. ʒ.
xxx. ſeminis malue dꝛagaganti: aā. ʒ. xx. ſeminū melonis. ʒ.
xx. aq̄ pluuialis calide. li. xvj. Dimitte die ac nocte. deinde
bulliāt lento igne vſq; ad li. v. deinde cola ⁊ pone ſuper reſi
duo iterū aque. li. viij. ⁊ coque vſq; ad li. iij. Deinde accipe
vtrāq; coctionē et pone mediū pondus aque ex penidijs et
zuccaro ⁊ fiat ſyꝛupꝰ. Et ſit doſis eius. ℥. ſ. cū aqua calida.
Et ſi adſunt vigilie adiunge ſeminum papaueris ⁊ corticū
eius ⁊ ſeminum lactucarum: aā. ʒ. x. vel exprime lac eoꝛum
et miſce cum ſyꝛupo. ⁊ da bonum ſi deus voluerit.
¶Hamech. Si aſma ſit ex groſſis humoꝛibꝰ detur ſyꝛupꝰ
pectus ⁊ pulmonē groſſis humoꝛibꝰ mūdans ⁊ conferens
anhelitui. ℞. radicū apij feniculi aniſi. aā. auꝛ. vj. radicum
liqritie. auꝛ. iiij. amigdalaꝝ dulciū ⁊ amararū: aā. ʒ. iiij. ani
ſi yſopi ſeminū malue: aā. ʒ. v. paſſularū enucleatarum car
nium iuiubarum: aā. ʒ. xx. ficus ſiccas ſex. Coque in lib. vij.
aque vſq; ad tertiā ptē. Et da bibere cū melle aut penidijs
⁊ da vſq; ad hebdomadā vnā. Deinde da cū eodem ſyꝛupo
electuariū quod recipit yreos yſopi oꝛobi ariſtologie rotū
de calamēti haſce caſſie: aā. ʒ. ij. coſti ſpice: aā. auꝛ. ß. pꝛaſſij.
auꝛ. j. ⁊. ß. ficuum ſiccarum pinguium dactiloꝛū pinguium.
aā. ʒ. v. paſſularū enucleatarū amigdalarū dulciū et ama=
rarū pinearum mundatarum: aā. ʒ. vj. Confice cū melle co
lato quantum ſufficit. Et ſit doſis eius. ʒ. iiij.
¶Hamech ſi aſma ⁊ tuſſis fuerit cū dominio ſanguinis aut
colere flobothometur baſilica: deinde succꝰ ſcariole aut ſo

latri ꝛ feniculi humidi coct⁹ et depuratus detur cũ melle
vel zuccharo violis aut ſyrupus violatus cũ aqua cucurbi
te:ꝛ ſi indiget in mundificatione ſoluať cũ aqua fructuum
q̃ eſt ſm hunc modũ.℞.carniũ iuiubaꝝ.ʒ.xx.ſucci cucur=
bite decocte in paſta.℥.iiij.ſucci ſolatri et feniculi hũidi:añ.
ʒ.iij.caſſiefiſtule:zucchari violati tereniabin:añ.℥.j.olei a=
migdalarũ dulcium ꝛ recentium.ʒ.vj.lactis mulieris iuuẽ
cule.ʒ.j.pectus autem inungatur cũ ceroto ſm hũc modũ.
Accipe olei violati.℥.iiij cere albe.℥.j.cõquaſſentur prius
in aqua dulci per vices plures:deinde conquaſſenť cũ mu
cillagine ſeminum citoniorum ꝛ mucillagine pſilij ꝛ mucil
lagine dragaganti ꝛ lactis mulieris conquaſſatione ſuper
conquaſſationem vſq₃ dum impinguetur.

¶Cõfectio loch conueniens eis.℞.ſeminum melonis ꝛ ci=
trulli ꝛ cucumeris ꝛ cucurbite:añ.ʒ.j.ſeminũ lactuce ꝛ por
tulace:añ.auř.j.papaueris albi.auř.ß.Teranť ola ꝑ tritiõe
vltima ꝛ inuolue ea cũ oleo amigdalaꝝ dulciũ ꝛ recẽti.Dein
de cõfice cũ ſyrupo.Cui⁹ hic ẽ mod⁹.℞.aq̃ cucurbite cocte
in paſta.lib.j.ꝛ.ß.ꝛ pĩce ſup ipam ſeminũ citonioꝝ:auř.ij.
pſilij.ʒ.ij.Dimitte eas p horas.xij.deinde cõquaſſeť mani
bus ꝛ coleť:accipe mucillaginis eoꝝ.℥.vj.ſyrupi violati.℥.
viij.coquať vſq₃ dũ mediocrẽ hẽat ſpiſſitudinẽ:ꝛ fiat loch
cũ alijs.Et ſit doſis ei⁹.ʒ.iij.vel.iiij.cũ lacte recẽti ſi nõ ẽ fe=
bris:ꝛ ſi eſt febris cũ aq̃ ordei aut cucurbite aut citrulloꝝ
aut ſeminũ portulace ꝛ cõfert ẽt febrib⁹ exaſperãtib⁹ et ſiti
vehemẽti cũ aqua frigidiſſima.Et ſi adſunt vigilie da cum
lacte ꝙ mulgetur ex papauere albo ꝛ aqua frigida.

¶Dyaſcorides dixit.Aquam decoctionis ficuũ yſopi ſicce
fenugreci eſſe mundificatiuũ bonum pectoris ꝛ pulmonis
aut aquã decoctionis yſopi paſſularũ ꝛ fenugreci cũ mel=
le.Et dixit aquã decoctionis ordei cũ vrticis ſil'r mundifi=
care pulmonẽ.Et pectus a groſſis humorib⁹ aut ſemẽ vrti
ce cũ aqua ordei ꝛ melle ꝛ eſt fortius.Dixit iterum porroꝝ
elixatarum aut ſemen eorum in aqua ordei cum melle va
lere aſmati et mundificant pectus.Et ſi fiat vomit⁹ cũ ea ꝛ
baurach eſt iuuamẽti ſublimis.Et dixit ꝙ ius galli multe
antiq̃tatis ꝛ ꝓprie cũ yſopo ꝛ haſce ꝛ cartamo eſt ad aſma
medicina mirabilis.Et decoctio q̃nq₃ galli ꝛ yreos ꝛ cõfert

ſitr. abſtergit em̄ ⁊ mūdificat abſterſione ſiue mundificatio ne forti. Et qn̄qꝫ additur polipodiū cum aneto. Dixit iterꝫ. Grana lauri cū aqua yſopi paſſulis ⁊ melle eſſe medicamē ſublime aut cū aqua calamenti ⁊ haſce ⁊ melle.
¶ Hermes tradidit medicinas mirabiles ad aſma ⁊ tuſſiꝫ ⁊ ei⁹ deſcriptio eſt. ℞. ſauine foliorū ſiccorū tritoꝝ ſicut alcohol. ℥. j. inuolue cū butyro vaccino pluries loto: auř. iiij. ꝯfice cū melle colato: quantū ſufficit ⁊ poſt ipm aliȷ addiderūt liquiritie. ʒ. v. pinearū purgatarū amigdalarum mundataꝝ an̄. ʒ. iiij. Doſis eius eſt ab auř. ij. vſqꝫ ad auř. iij.
¶ Paulus. Medicamē ad ideꝫ. ℞. ſauine: auř. ij. mellis ⁊ butyri quantū ſufficit ad aggregandū. Et ſit doſis. ʒ. iij. cū decoctione paſſularum ⁊ yſopi.
¶ Ruffus inquit. Trado medicamen exptum ⁊ ex maxime ſecretis. Et eſt vt des pulmonis vulpis ſicci. ʒ. ij. cū aqua mellis ſumat cum celeritate ⁊ pꝛopꝛie frequens ipſius ſit adminiſtratio.
¶ Filius zacharie araſi. Modus decoctionis yſopi eſt decoctio minoꝛ conferens tuſſi ⁊ aſmati a caliditate ⁊ aſperitate pectoꝛis. ℞. ficus ſiccas. x. ⁊ iniubas. xxx. ſebeſten totidem paſſularum enucleatarum liquiritie raſe: an̄. ʒ. x. ſeminum altee citonioꝛum yſopi violarum ſiccaruꝫ. an̄. ʒ. v. Decoquātur cum aque. li. iij. vſqꝫ ad lib. ſ. ⁊ doſis eius omni die ſit. ℥. iij. cum mirabol. violarum ab auř. iiij. vſqꝫ ad. ℥. j. et ſumat poſt illud mane ⁊ ſero ex hoc loch quod. ℞. capilloꝛum veneris ſeminum melonum citrulloꝛum. an̄. ʒ. v. Confice cum ſyrupo violato. Et ſit doſis eius. ʒ. iij. ⁊ ſi ſufficit bonū. Et ſi nō fuerit cū eo febris deť ei in potu cū vadit doꝛmitū mucillago pſiliȷ cū aq̄ citrulli aut cucurbite aut cuꝫ aq̄ q̄ mulgeť ex ſemine poꝛtulace ⁊ teneat i oꝛe ſuo foꝛmas ſiľes lupinis quaꝝ hec ē deſcriptio. ℞. ſucci liq̄ritie. ʒ. x. ſeminū cucurbite citrulli poꝛtulace: an̄. ʒ. v. Cōfice cū mucillagine pſiliȷ: et albumine oui ⁊ bibat cuꝫ aqua pmixtionis iuleb. ¶ Si aūt non fuerit cū eo febris detur lac recens ad potādum et comedendū cum pane: ⁊ foꝛbendum ex ea hoꝛa poſt hoꝛaꝫ vt frangatur ſitis: et ſit lac qꝫ mulgetur pꝛopꝛie ex capꝛis: q̄rū paſtus ſit herba oꝛdei ⁊ lactuce ⁊ ſimilia. Et cōfert emplaſtrare pectus cū cera: ⁊ oleo violato imbibitis in mucillagi

ne pſilij: aut aqua portulace aut lactuce ⁊ ſimilium. Et ſit cibus eorũ pedes ⁊ capita edorũ: aut pulli cũ cucurbitis: aut chiſt cum oleo amigdalino: aut ſorbitiones ex ſaniſ ordei aut tritici cum zuccharo: ⁊ frangit aquã frigidã cum iuleb.

¶ Si autem ſit ĩ pectore aut pulmone materia calida aliq̃d groſſitiei habẽs adminiſtrent trociſci cũ decoctiõe yſopi p̃dicta: quoꝝ hec eſt deſcriptio. ℞. ſucci liquiritie: violaꝝ ſiccaꝝ añ. ʒ. x. amigdalaꝝ amararũ: ſeminũ altee: dragagãti: ſeminũ feniculi: aniſi. añ. ʒ. iij. Cõfice cũ mucillagine pſilij ⁊ ſemine lini ⁊ citonioꝝ ⁊ da cũ ſyrupo violato. Feſtinãt enim maturatiões et faciunt ſputum facilem.

¶ Si aũt mũdificatiõe corporis indigeret ſoluat natura de quarto ĩ quartũ diẽ cuz hac infuſiõe. ℞. pulpe caſſiefiſtule: myrabol. violarũ: ſyracoſt. añ. ℥. ſ. trociſci de violis. ʒ. iij. Diſtẽperentur cum decoctione yſopi predicto: ⁊ da in mane.

¶ Confectio trociſcoꝝ de violis eſt hmõi. ℞. folioꝝ violaꝝ mediocriũ in exiccatiõe ⁊ humectatione. ʒ. vj. turbith boni harũdinei. ʒ. iiij. ſucci: liquiritie: terenіabi. añ. ʒ. ij. ſcamonee ʒ. ij. Fac trociſcos: valẽt aũt ad contritionem anhelitus ⁊ leniunt naturam: ⁊ mundificant pectus.

¶ Filius zacharie. Modus confectiõis yſopi: ⁊ eſt decoctio maior conferens etiã tuſſi ⁊ aſmati a materia groſſa multe humiditatis. mundificat enim pectus ⁊ pulmonem ab ea ⁊ ſanie ſi fuerit ĩ ipſis. ℞. ficuũ ſiccaꝝ albaꝝ ⁊ pinguiũ. x. nũero. ⁊ dactiloꝝ pinguiũ tantũdẽ. fenugreci: radicũ apij: feniculi ſeminis vtriuſq;: ſeminũ vrtice: aniſi: yſopi ſicce: calamẽti: yreos: praſſij: añ. ʒ. v. liquiritie mũde. ʒ. x. capilloꝝ veneris ʒ. vij. Decoquãtur in lib. iiij. aque vſq; ad tertiã. Et ſit doſis eius. ℥. iij. cũ melle. Et datur conuenienter.

¶ Medicamen de gẽtiana quod maturat: et educit a pectore humorẽ groſſum aut ſanioſum. ℞. capilloꝝ veneris. ʒ. x. amigdalarũ amararũ. ʒ. v. yreos. ʒ. iij. corticũ radicũ capparoꝝ: orobi: ſeminũ apij: ⁊ feniculi. añ. ʒ. ij. gentiane: ariſtologie rotunde: añ. ʒ. v. cõfice cũ melle diſpumato. Et ſit doſis eius a. ʒ. ij. vſq; ad auꝛ. ij.

¶ Cõfectio formarũ ſimiliũ lupinis cõferentiũ dyſnie q̃ tenentur in ore: et ꝯferũt vehemẽter. ℞. ſucci liq̃ritie: papaueris: zucchari. añ. partes equales. Fiant idẽ p̃dicte forme.

¶Cōfectio vnguēti qđ maturat ⁊ lenit materias in pectoꝛe. Accipe cere citrine.℥.j.olei de cheiri:et ꝓpꝛie citrine.ʒ.iiij.adipis anatis:⁊ galline:⁊ mucillaginis:⁊ fenugreci:et ſeminis lini.añ.ʒ.v.ſtoꝛacis.ʒ.vj.Fiat eoꝛū aggregatio bona:⁊ vngat pect⁹ ex eis.eſt em̄ exꝑtū bonū.

¶Cōfectio pillularū de agarico ex nr̄a inuētione mūdificās pectus ⁊ pulmonē:⁊ conferēs aſmati ⁊ tuſſi antiq̄.℞.agarici.ʒ.vj.yꝛeos praſſij.añ.ʒ.ij.turbith.ʒ.viij.yerepigre.ʒ.viij.colloq̄ntide:ſarcocolle:añ.ʒ.iiij.myꝛrhe.ʒ.ij.Cōfice cū rob. Et doſis eoꝛum ſit.ʒ.ij.

¶Cerotum ex inuentione noſtra leniens pect⁹ maturans materias in pectoꝛe et pulmone.℞.yſopi humide.ʒ.xij.cere citrine.ʒ.iiij.olei de cheyꝛi citrina.ʒ.xl.medulle cruris vituli:adipis anatis et vituli ⁊ galline:añ.ʒ.viij.myꝛrhe bdellij:mucillaginis fenugreci.ſeminis lini.añ.ʒ.vij.ſigie:terebentine.añ.ʒ.vj.mucillaginis altee.ʒ.iij.Cōfice ſic mirrha ⁊ bdelliū redigantur in ſubtilē puluerē ⁊ miſceātur cū mucillaginib⁹ vſq₃ dū diſſoluatur in eis.Deinde cum ceteris fiat vnguentū:⁊ fiat inūctio ex eo tepido.

¶Joannes ſerapionis.Loch ad aſma cōferens ad conſtrictionē anhelit⁹:⁊ſubtiliat humoꝛes groſſos.℞.ſquille aſſate.ʒ.vj.radicū lilij celeſtis.ʒ.iiij.yſopi:praſſij.añ.ʒ.ij.myꝛrhe croci.añ.ʒ.j.Tere ⁊ cōfice cū melle.

¶Loch aliud eiuſdem bonū ad aſma:⁊ conſtrictionē anhelitus.℞.ſiſami excoꝛticati:naſturcij.añ.ʒ.xxx.penidiarū.ʒ.xx.yſopi.ʒ.vij.Confice cū penidijs:⁊ ſit doſis ei⁹.ʒ.v.cū decoctione yſopi.

¶Confectio vapoꝛis exiccantis humiditatem in pectoꝛe:⁊ confert aſmati ⁊ tuſſi humide.℞.arſenicum:⁊ tere contritione bona:⁊ diſtempera cū vitello oui:⁊ accipe ferula₃ ſiccam ⁊ diuide eam in rotundula multa : ſicut eſt magnitudo nucis:deinde illinias eam cū medicamine:⁊ dimitte ſiccari:⁊ cū volueris vnge eam cū ſepo renum capꝛarum :aut bonū:et fiat ſuffumigiū ex vna poſt vnam per hebdomadā ⁊ recipiat patiens vapoꝛē oꝛe aperto.

¶Aliud accipe arſenicū:⁊ ſulfur:⁊ fac foꝛmas ſimiles auellanis cū ſepo renū capꝛarū:⁊ vtere ſiſr.

¶Aliud conferens tuſſi:⁊ aſmati plurime humiditatis.℞.

ariſtologie rotunde: myrrhe: ſtoracis. thuris. añ. ʒ. ſ. arſeni
ci. ʒ. v. Tere ⁊ ꝯfice cum butyro vaccino: ⁊ fac formas ſiles
auellanis: ⁊ ſuffumiget vna poſt vnã. Ea aũt q̃ bibunt ſm
hac intentionẽ aut lãbendo ſumunt dicta ſunt in canone.

¶ De tuſſi.

Tuſſis quedam eſt humida: quedã ſicca ⁊ quecũq ea
rum fuerit: aut eſt cauſa in membris ipſiꝰ ſpiritꝰ: aut
ab alijs membris ſicut tuſſis catarralis. Et tuſſis q̃ fit cum
cõmunitate aliorũ membroꝝ ſicut ſtomachi epatis: ⁊ ſple-
nis. aut corporis totius: ſicut in febribus. ¶ Tuſſis quidẽ
catarralis cura ſunt due res. ꝑma eſt ſedatio fluxꝰ catarri:
⁊ diximꝰ curã eius. Secũda eſt ſecundũ duos modos. ꝑri
mus eſt maturatio eius quod fluxit. Secũdus eſt eductio:
⁊ abſterſio eius ex eis que dicemus iam.

¶ Cura autem tuſſis que fit a cõmunitate eſt due res. ꝑri
ma eſt rectificatio illiꝰ mẽbri. Scda eſt occurrere impreſſioni
illate in ſpũalibus mẽbris ex his que dicemus.

¶ Tuſſis aũt humida cuius cauſa eſt in ſpũalibus mẽbris
eſt ſm vnum duorum modorũ: aut a malitia cõplexionis ſi
ne materia: ⁊ dicta eſt cura eius: aut cũ materia calida ⁊ fri
gida. groſſa vel ſubtili: ⁊ dicta eſt cura eorũ in capl'o de aſ
mate ſufficienter. ¶ Sicca aũt tuſſis ẽ ſm duos modos aut
cũ febre. aut ſine febre ⁊ qualiſcunq ſit dicta eſt cura eiꝰ in
capitulo de aſmate a ſimili cauſa.

¶ Mahemet araſi. Tuſſis catarralis a catarro acuto cali-
do ⁊ ſubtili ſm intentionem primã curatur cũ rebꝰ proprie
ingroſſantibus ⁊ coadunãtibus ipſum ⁊ tardãtibus veloci
tatem ſui fluxus: ſicut ꝓprie ſyrupus de papauere: et fortiꝰ
eſt eo iacur ⁊ gargarizet aũ ſomnũ aquã decoctionis balau
ſtie: ⁊ roſarum ſiccarũ: deinde ponat ſub lingua ſua ex his
trociſcis. ℞. amili: dragagãti: amigdalarũ dulciũ excortica-
tarũ farine fabarũ: ſeminis papaueris albi ⁊ nigri: ⁊ corti
cum eius gummi arabici: ⁊ boliarmeni. Fac ex eis formas
ſimiles lupinis cum mucillagine pſilij: et ſeminis citonijs:
⁊ detur eunti dormitũ: et de iacur circiter vnã. ʒ. ⁊ eſt fortiꝰ
eis. Et ſi ſignificatur cũ hoc plenitudinem eſſe in ſanguine
flobothomamus: cephalicam poſt ſedationem acuitatis: ⁊
inflammationis ſuperflue. Et mane damus aquam or-

dei decoctionis iuiubarum:⁊ ſebeſten cum myrobal.viol. ⁊ cum ſyrupo de papauere in ſero.Et damus cibos ſorbitiones ex farina fabarum ⁊ aqua ordei cū eo qđ mulgetur ex ſucco papaueris albi:aut ex ſemine ⁊ cortice.¶Si eniꝫ vigilie adſunt cum oleo amigdalino dulci et penidiarꝫ.Et damus etiā attriplicē ⁊ maluas:et ex lactucis cuꝫ amigdalis ⁊ ſorbitiones ex tritico donec diſſoluatur aut ex ſauich. ¶Si auteꝫ indigent ventris ſolutione ⁊ tuſſis fuerit ſicca: ⁊ aſperitas in pectore:tunc accipe iuiubarū ⁊ ſebeſten.añ. xx.nūero.paſſularū enucleatarū.ʒ.x.violarū:liquiritie.añ. ʒ.v.ficuum ſiccarū numero.x.Decoque in lib.ʒ.aque vſqꝫ pd.j.et diſſolue in ea caſſiefiſtule.tereniabin.añ.ʒ.j.Et ſi patiatur caloreꝫ cuꝫ hoc da myroba.de violis.aut aquam ordei.Si autē iam ſcreare ceperit occurrit nobis iaꝫ intencio ſecundā ⁊ cū volumus vt vētris ſolutiōe pectus mūdificetur:dabim⁹ tunc myroba.violatum cum decoctione yſopi minore:quā diximus in cura aſmatis calidi:⁊ ſimilia pectus mundificātia.Si auteꝫ fuerit tuſſis a catarro frgido: ⁊ groſſo.tunc precipimus vt lambat omni ſero ex myrrha circiter.ʒ.j.cum melle:⁊ gargarizet añ ſomnū proprie myrrham:⁊ crocuꝫ cum aqua mellis aut rob aut cū iacur:ſi neceſſitas expetit.Et ſi neceſſaria eſt vētris ſolutio:fiat illud cum pillulis cochijs:aut cū yera diacolloquintide:⁊ ſi poſt illud fortiore indiget medicamie:da ex his pillulis.℞.ſtoracis liquide:myrrhe thuris maſculi:opij:croci:ſucci liquiritie.añ.Fiāt pillule ſicut cicer.Doſis.a.ʒ.iij.vſqꝫ ad.iiij.⁊ ſumat ex eis in nocte:cū auteꝫ quod aggregatum eſt in pectore iam maturat:⁊ expuit da decoctionē yſopi maiorē:et alia que dicem⁹ in tuſſi a materia groſſa ⁊ hūida.¶Si auteꝫ catarrus cū his nō ſiſtit:⁊ tuſſis ſupfluit opꝫ vt demus aliqua ex ſtupefaciētib⁹:⁊ catarri vehementiā ſedātib⁹ ex his que dicemus.¶Si aūt hec nō ſufficiūt tūc oportet vt radatur caput ⁊ fricet in loco zuhendeg in balneo cū pāno multe aſperitatis donec locus rubeat:⁊ ſi non ſufficit liniatur in eodē loco cū emplaſtro ex ſinapi contrita:⁊ decoctione ficuuꝫ:⁊ dimittat donec veſicet locus. Deide aperiantur veſice:⁊ nō conſolidētur tpe extēſo.Et ſi adhuc nō contulerit cauterizetur ſup zuēdeg:⁊ teneat cauteriū lōgo tē-

poꝛe apertū. Hec autē tuſſis curāda eſt exquiſite cū multa ſollicitudine. Perducit enim ad ptiſim pleruꝫ.

Medicine frigide ad tuſſim catarralem.

Mahemet araſi. Cōfectio ſyrupi de papauere mirabilis ad tuſſim ex catarro calido: et ptiſim. ℞. papaueris albi ⁊ nitri: añ. ℨ. c. ſeminis lactuce. ℨ. cc. ſeminis iuſquiami albi. ℨ. xxx. coquātur in aqua lib. viij. vſꝫ ad lib. ij. Deinde cola ⁊ proijce ſuper ipſum mucillaginis pſilij. lib. ß. rob lib. j. coquantur donec inſpiſſentur ⁊ adminiſtrentur.

Idē Cōfectio trociſcoꝝ ḋ papauere cōferēs vt ſupra. ℞. papaueris albi. ℨ. xxx. ſeminis cucurbite: citrulli: iuſquiami albi. añ. ℨ. xx. amili: dragaganti: gūmi arabici: añ. ℨ. xv. Cōfice cū mucillagie pſilij. Doſis. ℨ. iij. cū ſyrupo de papauere aut cū aqua oꝛdei: ſunt em̄. boni ad tuſſiꝫ calidā catarraleꝫ cum aqua eſt ſputū ſubtile citrinum b onū ⁊ expertum.

Idē. Cōfectio pillulaꝝ de papauere ad tuſſiꝫ ſiccā q̄ infeſtat in nocte: ⁊ ad catarꝝ calidū. ℞. opij: amili gūmi arabici: ſucci liqritie: añ. partē vnā papaueris ptes duas. Fiant pillule ſicut cicer. ⁊ da ex eis. ℨ. iij. vſꝫ ad. iiij. in ſero cōueniunt etiā pueris q̄ vomſit ⁊ nō poſſunt doꝛmire ꝓpter tuſſiꝫ. De iacur ⁊ de diacodion dictum eſt in grabadin noſtro.

Diapapauer ex inuētione noſtra conferens cuꝫ auxilio tuſſi catarrali noui: ⁊ multi tēpoꝛis: ⁊ maturat egritudīes pectoꝛis: ⁊ eſt mirabilis. ℞. papaueris. ℨ. xl. liquiritie: dragaganti penidiarum. añ. ℨ. xx. gummi arabici: ſucci liquiritie: farine fabarū: feniculi: aniſi: ſeminis lactuce amili: ſeminis poꝛtulace malue. añ. ℨ. x. ſeminum cucumeris: melonis: cucurbite. añ. ℨ. v. Confice cum melle colato: aut cum penidijs ⁊ melle: añ. quantū ſufficit. Doſis eſt aur. ij.

Syrupus de papauere ex inuētiōe nr̄a cōfert catarro et tuſſi ab eo: ⁊ ꝓpꝛie cū caliditate ⁊ aſperitate. Expertuꝫ. ℞. papaueris abi. ℨ. xxx. papaueris nigri. ℨ. x. ſeminuꝫ malue: gūmi arabici dragagāti ſeminū citrulli: ⁊ citonioꝛū. añ. ℨ. v. liquiritie. ℨ. xv. pſilij. ℨ. vj. omnia pꝛeter pſilium cōtunde: et pone ſuper ea aque lib. vj. ⁊ dimitte die ac nocte ⁊ fac bulli re vſꝫ dū redeat ad li. iij. Deinde cola ⁊ pone in eo ẜueg. lib. j. penidiaꝝ. lib. ß. Coque lēto igne vſꝫ ad mellis ſpiſſitudinem da bonum ſi deus voluerit.

Thamech

¶Hamech fili⁹ zacharie. Syrupus de papauere cõfert tuſ
ſi ꝛ catarro ℞. papaueris albi cũ corticib⁹ ſuis. ʒ. xxx. papa
ueris nigri: dragagãti: gũmi arabici. añ. ʒ. x. liquiritie: ſemi
nis malue. añ. ʒ. xv. ſebeſten. xxx. Contũde oĩa: ꝛ fac coqui
cum aque li. v. vſqꝫ ad lib. ij. ocide cũ meibuthes: ꝛ zuccha
ri. añ. ℥. viij. Fiat ſyrupus bonus ſi deus voluerit.
¶Idẽ. Dyapapauer cuius iuuamẽtuꝫ eſt ſublime ad tuſſiꝫ
catarralem cũ caliditate ꝛ aſperitate: ꝛ ſiti ꝛ ad raucedinẽ
vocis: ꝛ ad pleureſim. ℞. papaueris albi penidiarũ: añ. ʒ.
xxxv. ſucci liq̃ritie: gummi arabici. dragaganti. añ. ʒ. x. ami
gdalarũ dulciũ. ʒ. viij. amili: ſeminis citoniorũ ſeminis por
tulace. añ. ʒ. v. ſeminis cucumeris citrulli melõis ꝛ cucurbi
te lactuce ꝛ malue. añ. ʒ. iij. Tempera cum ſyrupo violato.
Doſis ei⁹ ab auř. iij. vſqꝫ ad. ℥. ß. cũ aqua ordei decoctiõis.
iuiubarum ꝛ ſebeſten. Et ſi habet vigilias cuꝫ eo qᵭ mal=
getur ex papaueris ſemine cum cortice ſuo.

¶Medicine ad tuſſim catarralem frigidam.

Hamech araſi. Cõfectio pillularũ de ſtorace ad tuſſim
catarralẽ abſqꝫ caliditate que inquietat in nocte ꝛ in
ducit vigilias. ℞. ſtoracis liq̃de albe olibani myrrhe ſucci li
quiritie opij. añ. ꝑtes equales. Fiãt pillule ſicut cicer. Do
ſis earum eſt. auř. ij. aut. iij.
¶Sabor Sirges. Cõfectio pillularũ quarũ iuuamẽtũ eſt
vltimum ad tuſim catarralẽ ꝛ ptiſim. ℞. ſtoracis myrrhe:
croci opij olibani caſtorei yreos pinearum purgatarũ. añ.
Confice cum galbano aut ſtorace diſſolutis cũ pauco mel
le: da bis vel ter in hebdomada. da. ij. vel. iiij.
¶Sal. Confectio trociſcorũ ad tuſſim catarralem qui tenẽ
tur ſub lingua et ſiſtunt catarrũ ꝛ ſedãt tuſſim et conferũt
ptiſi. ℞. medicaminis trociſci ꝙ habuimus in antidotario
pinearum purgataꝝ: añ. auř. v. amili gũmi arabici: draga
gãti papaueris albi: añ. auř. ij. Fac formas ſiĺes lupinis: ꝛ
da in ſero tenendas ſub lingua.
¶Alexãder dixit canonẽ quẽ preterire non iubeo. Etenim
ante curabis cataꝝ ꝙ͂ egritudĩes catarrales niſi ĩ duob⁹
caſibus. ſ. cũ timueris ne prefocetur: ꝛ ſuccurres tunc cũ vo
mitu. Et cuꝫ timueris aduentũ apatis in parte nobili pre
uenies cũ ſtõmia. Et dico ꝙ narcotica poſtꝙ͂ ex catarro iu

pectore ⁊ pulmone plenitudo acciderit. dare ſuſpectuꝫ eſt. Dabis igitur ante plenitudinē. poſt ꝟo plenitudinē euacuabis prius. Deinde ſecurius dabis ſi iſta dari oportet.

¶ Alexander. Confectio pillularum ad tuſſim catarralē et eſt ex medicinis benedictis ⁊ eſt ex ſecretis ⁊ cōfert ad omnes egritudies catarrales ⁊ vocātur pillule alchabel: ⁊ dicte ſunt in capitulo de catarro.

¶ Idē. Confectio alia pillularū expta ad tuſſim: ⁊ ad alias egritudies catarrales. ℞. ſtoracis myrrhe opiī: añ. Fac pillulas cum melle diſpumato. Alie ſm eundē modū myrrhe opiī galbani: añ. Fac vt prius.

¶ Iſaac hebē amarā. Pillule ſedātes tuſſim antiquā ⁊ nouam. ℞. ſtoracis caſtorei opiī granorum pini: añ. ꝑtē. j. croci partis. j. tertiam. Confice cum rob.

¶ Joannes filiꝰ Serapiōis. Cū tuſſis ſicca: ⁊ aſpera cū caliditate fuerit ⁊ rubore ⁊ apparuerit ſanguinis plenitudo ſicut diximꝰ in aſmate a ſimili cā facto facies. ſ. vt flobothomes adminiſtrādo deinceps aquā ordei cū ſebeſtē: cū ſyrupo violato aut myrobal'. de violis ⁊ iungimus pectus cum ceroto Galieni imbibito ł mucillagie pſiliī aut ex cera aut oleo violato ſimil'r imbibitis. Et ſi ē neceſſe materiā ſepultā in pectore educere: dabis myrobal'. predictū cū decoctione yſopi frigida ⁊ dabis ſpecies loch ex mucillaginibꝰ pſiliī ⁊ citoniorum cū gūmis ⁊ granis et medullis ex his que dicemus. Cibabis aūt eos ſorbitionibus: ⁊ ꝓprie cū farina fabarum ⁊ penidiīs: ⁊ oleo amigdalino dulci: aut ex ordeo confracto. Et quādoqꝫ miſcemꝰ ꝓpter vigilias illud quod mulgetur a ſemine papaueris albi et aq̄ ordei: damꝰ etiā ſorbitiōes ⁊ ex tritico confracto cū zuccharo: necnō ⁊ iuſcula ex atriplice ⁊ maluis: ⁊ qñqꝫ miſcemus pullos et pedes edoꝝ ⁊ capita ⁊ aues minutas teneras cum eis aut vitella ouoꝝ diei ſui ⁊ cucurbita ē bonꝰ cibꝰ eis ⁊ medulle frigide: ſicut citrullus ⁊ cucumer. Et ſil'r bleta ⁊ portulaca cū amigdal': bibāt aūt aquā ordei aut aquā frigidā ⁊ iuleb cū maturatiōis ſigna apparuerint et ſputū iā incipit impinguari dandum ea q̄ facilitant ipm ad excreandū: ſicut decoctio yſopi frigida proprie et electuaria que lambuntur et ſil'ia.

¶ Confectio loch q̄ ſumitur in hora hac. ℞. paſſularū enu-

cleatarū penidiarū fiſticorū amigdalaꝝ dulcium ſeminum citrulli melonis ⁊ cucurbite dragaganti gūmi arabici papaueris albi ſucci liquiritie portulace zucchari tabarzet ⁊ penidiarū:añ. Fac formas ſimiles lupinis ⁊ teneat ſub lingua vnā ex eis. Pect⁹ aūt ex maturatiuis inungat. Si aūt corpus mundificatiōe indiget fiat illud cū trociſcis de violis.ʒ.iij.pulpe caſſiefiſtule.℥.j.zuccari violati ⁊ tereniabin. añ.auř.v.diſſolutis cū decoctione yſopi facta.

¶Joannes Serapionis. Loch conferens tuſſi facte ex caliditate et ſiccitate ⁊ aſperitate multa.⁊ eſt medicamē bonū. ℞.amigdalarū dulciū excorticatarū.ʒ.xij.ſeminū malue:altee:añ.ʒ.x.ſeminū citrullorū mundatorū.ʒ.x. gūmi arabici dragaganti amili granorum citrinorū excorticatorū ſucci liquiritie:granorum dulcium pini:añ.ʒ.viij.penidiarū ſachari.℥.j. Terant̄ oīa ꝯtritiōe bona ⁊ miſceantur cū ſyrupo. Cui⁹ hec ē ꝑmixtio. Accipe paſſularū dulciū radicū liquiritie ſebeſten iniubarū:ana partes eq̄les. Decoque in aq̄ donec iſpiſſetur:deinde cola ⁊ proijce in eam rob quantū ſufficit: deinde coagulentur cum ea medicine.⁊ da cū ſorbitiōib⁹ ex aq̄ furfuris ⁊ ordei cū farina fabarū cū penidijs ⁊ oleo amigdalino dulci:⁊ bibat ſuꝑ ipſum aquam ordei.

¶Idez aliud valēs ſimiliter. ℞.pſilij granoꝝ citoniorꝝ:añ. ʒ.v.ſeminis papaueris albi.ʒ.x.ſebeſten.l.iniube.xxx.radicis liquiritie.ʒ.vij.cheſmes.ʒ.xv.caſſiefiſtule mundate.℥.j. Decoque in aque lib.viij.donec impinguentur: deinde cola.⁊ ꝓijce ſuper ea rob lib.ij.zucchari ſalieméni:ſyrupi violati penidiarū:añ.℥.vj.farine fabarum.ʒ.iij.dragaganti gūmi arabici:añ.auř.iiij.coquātur vſq₃ dū trāſeant in eſſentiā mellis. Deinde. ℞.ſeminis cucurbite melonis cucumeris citruli:añ.auř.ij.papaueris albi.auř.iij.aniſi feniculi:ana. auř.ij. Confice ⁊ ꝯſerua in vaſe vitreo. Doſis ei⁹ eſt ab auř. ij.vſq₃ ad.iij.teneat parū ſub lingua:deinde bibat aquam ordei:eſt eñ medicamen benedictum.

¶Cōfectio formarum ſimilium lupinis cōferentium tuſſi ⁊ aſperitati ⁊ eſt ex inuētione nr̄a. ℞.dragagāti gūmi arabici:ſeminis:malue:ſeminū cucumeris ⁊ citrulloꝝ amigdalarum dulciū:farine fabarū:añ.ʒ.iij.ſeminis portulace: amili:añ.ʒ.ij.fac formas cū mucillagine pſilij. Et ſi vigilias pa

ſitur adde feminū lactuce papaueris:añ.ʒ.iij.

¶Filius zacharie araſi.Cōfectio pillulaꝝ ɔferētiū tuſſi calide ⁊ ſiccitati ⁊ auferūt eā.℞.ſucci liq̄ritie:amili:dragagā ti:gūmi arabici:amigdalarū excorticatarū:añ.ʒ.ſ.zucchari tabarzet.ʒ.iij.Cōfice cū mucillagine feminū citonioꝝ ⁊ fiāt inde p̄dicte forme ⁊ teneat in ore die ac nocte.

¶Idē.Pillule bichichie q̄ ɔferūt ſilr.℞.ſucci liquiritie zucchari tabarzet.añ.auř.vj.amili dragagāti amigdalarū dulciū:añ.ʒ.iiij.Cōfice cū mucillagine pſilij vel citoniorū.

¶Idē.Cōfectio trociſcoꝝ feſtinantiū maturationē in tuſſi calida ⁊ pleureſi facilitantiū ſputū.℞.ſucci liq̄ritie violarū añ.ʒ.v.amili dragagāti feminū altee:feniculi.añ.ʒ.ſ.⁊.ß.ɔfice cū mucillagine pſilij:⁊ femine citonioꝝ.Da cū aq̄ ordei ⁊ ſyrupo violato.

¶Idem.Confectio alia trociſcoꝝ ad tuſſiʒ ſiccā caliditate vehementi.et ſiti.℞.ſucci liq̄ritie violarum:añ.auř.iij.ſeminis citrullorum:cucurbite tereniabin.añ.auř.ſ.⁊.ß.Fac trociſcos cuʒ mucillagine pſilij:⁊ ſeminū citonioꝝ.Doſis auř. ij.cū aqua ordei ⁊ ſyrupo violato.

¶Filius zacharie.Loch cōferens tuſſi calide et maturans eā ⁊ facilitans in ea ſputū.℞.iniube.xx.ſebeſten .xl.ficus. vj.liquiritie munde paſſularū enucleatarū:añ.ʒ.x.capilloꝝ veneris.ʒ. v.aque lib.v.bulliant vſq ad lib.ſ.Deinde recipe penidiarū et rob:añ.ʒ.v.coquantur cū facilitate vſq dū ſint ſicut mel currens.Deinde accipe ſeminis lactuce.cucumeris:cucurbite.portulace fabaꝝ excorticataꝝ.añ.ʒ.iij.gūmi arabici:dragagāti amili:papauerꝫ albi:amigdalaꝝ dulciū: añ.auř.ſ.Cōfice cū p̄dictis.Doſis.ʒ.v.

¶Idem.Cōfectio ſimilis lupinis conferens tuſſi calide et abſciſſione vocis ⁊ ſedat ſitim.℞.ſeis cucumeris mundati.ʒ.vj.ſucci liquiritie. ʒ. vj. ſeminis portulace.auř. ſ. Aggrega ea poſt bonā contriturationē cū albumine oui.Fiāt inde p̄dicte forme:⁊ teneat q̄tidie ſub lingua.

¶Sabor.Cōfectio pillulaꝝ cōferētiū tuſſi.℞.dragagāti gūmi arabici:ſeminuʒ cucumeris:papaueris albi:portulace: amili:croci:zucchari vel penidū:añ.cōfice cū rob:⁊ teneat q̄tidie ſub lingua.ē eñ expertū ſi deus voluerit.

¶Sabor rex.Medicamē mirabile cōferens tuſſi calide an

tique ⁊ egritudinibus pectoris a caliditate et ſiccitate exp̄ti. ℞.mucillaginis pſilij extracte ſm ſcienti ālib.iij.rob penidiarū:zucchari ſaliement:aā.lib.ſ.ß.coque lēto igne vſq ad mellis ſpiſſitudinē auferendo ꝯtinue ſpumā ei⁹.Deinde recipe ſeminū cucumeꝝ:melonum:citrulloꝝ: cucurbitaruꝫ mundatarum:aā.anr̄.x.amili amigdalaꝝ dulciuꝫ:granoꝝ pinee maioris aā.ʒ.xv.gummi arabici dragagāti albi ſeminis lini:aſſi:aā.ʒ.viij.ſeminū citonioꝝ mundatoꝝ.ʒ.iij.croci.ʒ.ſ.aniſi.ʒ.vij.opij.anr̄.ſ ſeminis lactuce.ʒ.x.Tere ⁊ pulueriza:⁊ pone ſuper medicamine.Et ſi nō pōt dormire:ad de cū p̄dictis ſeminis papaueris.ʒ.xx.iuſquiami.ʒ.xv.recōde.in vaſe vitreo.Doſis ei⁹eſt.ʒ.iij.vel.iiij.teneat ſub ligua ⁊ glutiat ſaliuā eius:eſt eñ medicamen benedictum.

¶Syrupus de yſopo ex inuentione nr̄a ꝯferens cū auxilio dei tuſſi calide difficili:⁊ confert ptiſi:⁊ dolori laterū. ℞. liquiritie:radicum feniculi vel ſeminum eius.aā.ʒ.x.yſopi:capillorum veneris:aā.ʒ.v.ficus pingues.vij.pruna.x. iniubas.xx.paſſularum enucleatarum.ʒ.xxx. ſebeſten.c.Decoque cum aqua lib.v.vſq ad lib.ij.Da tepide.℥.ſ.cum.ʒ. vj. zucchari roſati vel violati.Et ſi vis accipe hui⁹ aque lib.ij. ⁊ pone ſuper eam penidiarum ſaþari: zucchari melbuheg ſyrupi violati:aā.lib.ß.dragagāti.℥.iiij. ⁊ eſt valde bonum tuſſi ſicce vel ptiſi ⁊ ſiccitati pectoris ⁊ aſperitati. Da cum aqua cucurbite aſſe vel citrulli.

¶Aliud valēs ſimiliter.Accipe predicte decoctionis lib.ij. ⁊ pone ſuper ea penidiarū.lib.ſ. olei amigdalarū dulcium. ℥.iij.granorū alben excorticatorū.li.ß. fac decoqui : et accipe violarum ſiccarum tritarū ⁊ cribellatarum dragaganti: aā.℥.ſ.gummi arabici.℥.ß.Pone in vaſe vitreo.Doſis eius eſt ſicut galla bonum ⁊ expertum.

¶Syrup⁹ alius de yſopo ad tuſſiꝫ et aſma ex aſperitate pectoris.℞.yſopi capilli veneris.aā.ʒ.xvj.violarū papaueris albi ordei mūdi:ſeminis malue:aā.ʒ.x.ſeminū citonioꝝ lactucarū: cucumeris.aā.ʒ.v.paſſularū enucleatarū.ʒ.x.fic⁹. x.iuiubas ſebeſten:aā.xl.cū zucchari lib.ij.Fiat ſyrupus.

¶Syrupus ali⁹ de yſopo ad tuſſim ⁊ aſma ex aſperitate cū caliditate.℞.liquiritie.ʒ.xx.ſeminis malue cucumeris ordei mūdi dragagā.ſeminis citrullorū:aā.ʒ. iij.maratri apij

capillorum veneris yſopi:ana.ʒ.x. ſemis citoniorum malue aniſi ana.ʒ.v.iuiube ſebeſtē:ana.ʒ.x.zuccari.xl.ficuū, pinguiū alba rū.x.paſſularū enucleatarum.ʒ.x.zuccari lib.ij. Fiat ſyrupus.

¶ Dyaſcorides dixit q fruct⁹ algipur antiquus aſſus igni: deinde comeſtus in ſero cū melle ꝯfert tuſſi difficili ⁊ laborioſe. Et dixerūt quidā ex poſterioribusq ſi infigātur in eo tria grana thuris:ita q ſepeliantur in ipſo.⁊ deide aſſetur ⁊ comedatur in ſero cū melle cōfert mirabiliter. Seruetur tamen illo ſero ſine cena:⁊ eſt expertum.

¶ De tuſſi humida.

Alia aūt tuſſis humida ponitur cōpleſſionalis alia materialis. Materialis ēdez eſt ſm alterū duorum modorum aut cum caliditate aut cū frigiditate ⁊ huic quidē cum caliditate cura eſt tres res. Prima eſt adequatio cauſe ei⁹. Secunda eſt ſubtractio ipſius cū ſubtractione communi. Tertia eſt eductio ipſius eductione propria.

¶ Primam igitur rem complent cōmenſurare regimini ei⁹ ſex res:queadmodū in capitulo de aſmate dictum eſt ⁊ poſt illud adminiſtrare ex medicaminibus que ipſi⁹ materiā dī gerūt ſicut eſt decoctio capillorum veneris ꝑprie ⁊ ſyrupus ex eis ſyrup⁹ ex iuiubis ⁊ decoctio ſebeſten in aqua ordei ⁊ decoctio yſopi facta de papauere albo et fabis excorticatis et ordeo cum zuccaro roſ.aut violato ⁊ ſimilia.

¶ Secundā vero rem cōplent euacuatiōes facte cum iteratione ⁊ facte de quarto in quartum diem ex caſſiafiſtula :et tereniabin ⁊ miroba.de violis cum decoctione yſopi facta. Et quandoq addimus ei quod eſt ſicut trociſci de violis ⁊ ſimilia. Et damus inter ſolutiuum ⁊ ſolutiuum ex moderate vomere faciētibus ſicut eſt raffanus aſſus cū oximelle aut ſyrupo acetoſo de radicibus aut radices aſſas ⁊ oximelle ⁊ ſimilia. Et ſi corpus eſt plenum:⁊ facies pulchra cum abūdantia ſanguinis flobothomamus ex baſilica. Et qnq cum flobothomia remouente materiam.

¶ Tertiam rem cōplent adminiſtratiōes medicaminū plenitudinem pectoris ⁊ pulmonis per ſecretū educentiū ſicut loch de pino:⁊ ꝑprie loch de fabis ⁊ loch de yſopo ⁊ ſyrup⁹ de yſopo ⁊ confectio de orobo ⁊ ſimilia.

¶ Humide vero ⁊ frigide tuſſis cura eſt qnq res. Et prima

quidē eſt digeſtio ⁊ maturatio cauſe eius. Secūda eſt ſub tractio eius ſubtractione cōmuni. Tertia eſt eductio eius eductione ꝓpria. Quarta exiccatio reſidui ſuperflui humi di eius. Quinta corrigit accidentia.

¶ Prima quidem res ꝑficit cū adminiſtratione medicami= num ſicut in capitulo de aſmate diximus.

¶ Secundā rē cōplent euacuationes facte cū eo qđ eſt ſi= cut pillule cochie ⁊ yera dyacoloq̄ntide ⁊ pillule de agari= co quas dixim⁹ in capitulo de aſmate ⁊ ꝓprie cum iterati o ne ⁊ iteratiōe ⁊ cū interpolatiōe adminiſtratiōis rei vomi= tiue. Et ſi op; vt deueniatur ad adminiſtrationē ſolutiuoꝝ etiā ſicut in capitulo de aſmate diximus.

¶ Tertiā rem cōplent adminiſtrationes medicinarū mate riam educentium a pectore quas in capitulo de aſmate di= ximus: et deinceps oſtendemus.

¶ Quartam rem cōplent adminiſtrationes medicaminu; materiam diſſoluentium ⁊ reſoluentium ⁊ conſumentiu; ⁊ huiſmodi quide; medicamina cōſueuerunt medici exicca tiua vocare que adminiſtrāda ſunt poſtq̄ adminiſtratiōes mundificantiū cōium ⁊ ꝓpriorum cum iterationibus pre= ceſſerunt cōueniētibus vt exiccet̄ reſiduū rei. Adminiſtra= re aūt ea in principio eſt ꝓuocare ⁊ ponere egrum ad mor= tem. Adminiſtratio aūt hmōi eſt ſm̄ duos modos. ſ. aut lā bendo ſeu bibendo aut vaporando ⁊ nos plenā faciemus narrationē ex his. Et hui⁹ q̄dem ſumme eſt lābere ex myr= rha. ʒ. j. cū melle. facilitat em̄ anhelitum ⁊ conſumit humi= ditatē. Hui⁹ ēt intentiōis eſt ſtorax ⁊ oppoponacū et ꝓprie cum ouis aut melle aut ſerapino factis ex eis pillulis cum aqua rute aut glutem albotin cū melle aut alchitrā cū mel le aut ſulfur cum ouis ſorbilibus aut arſenicu; : ſimiliter cū ouis aut cum grano pini ⁊ ſimilia.

¶ Ex euaporationibus aūt ad tuſſim antiqnam eſt arſeni cū citrinū cū ariſtologie rotunde partibus equalibus. Cō= fice cū butyro vaccino ⁊ fac formas ſiles auellanis ⁊ fiat ſuf fumigiū p embotū in ieiuno: dicit̄ em̄ quod ſtatim liberat.

¶ Uapor ali⁹. ℞. arſenici citrini ſtercoris leporis et farine ordei corticum fiſtici: aā. fac formas cum vitello oui ⁊ ſuffu migetur cum eis tribus vicibus.

¶Alius. ℞. ariſtologie rotūde ſtoracis galbani: añ. arſenici ad pond⁹ omniū aggrega cum butyro vaccino et vtere.
¶Ali⁹. ℞. ſtoracis myrrhe thuris ariſtologie: añ. arſenici pondus oium aggrega cū butyro vaccino. Fiat ſuffumigatio omni die bis vel ter ⁊ bibat ſuper ipm aquam cum butyro ouino. ¶Plura huius intentionis ſcripta ſunt in capitulo de aſmate canone vltimo.
¶Quintā rem cōplent adminiſtrationes medicaminū cōfortantiū pectus ⁊ pulmonez aut elargantium: et ſi vigilie adſint cum ſedatione tuſſis ſomnum inducentium.
¶Sūma aūt ſedantium tuſſim cum cōfortatione pectoris et pulmonis eſt hec rob aut ſyrup⁹ fact⁹ ex ſucco granorūz myrthi completorū eſt ad illud mirabilis. ⁊ hoc in tuſſi calida. Sed in frigida quidē cū myrrha et croco modico: pulmonis aūt vulpis ſicci iuuamen eſt ſublime in calida ⁊ frigida. In calida quidē auř. ʒ. i. ex eo cuz ſyrupo myrthino. In frigida vero cum melle et aq̄ calida: huius aūt intentiōis ⁊ crocus cum ſyrupo myrthino aut cum ſyrupo de yſopo: ⁊ ſimiliter ſandaracha cum melle ⁊ nux cypreſſi cum vino et melle ⁊ grana pini ſunt ex rebus magnis in hac pte ex medicinis: magnis autē que ſedant tuſſim ⁊ pectus cōfortant ſunt tyriaca ⁊ mitridatū et diamuſcus dulcis et amarus et athanaſia magna ⁊ parua ⁊ dyamarthe eſt confectio mirabilis. Rabit regis quā ſcripſimus ⁊ ſimilia.
¶Sūma aūt medicinaꝝ pectus elargātiū ſcripta eſt in capitulo de aſmate. ¶Sūma aūt medicinaruz tuſſim ſedātiū et corrigentium ſuꝑfluitates vigiliarū dicet̄ qn̄ de medicinis ſtupefacientib⁹ ſermonē faciem⁹ ſi deus voluerit. Afferantur ad hunc locū plura q̄ ſcripta ſunt in capitulo de aſmate humido ſiue calido ſiue frigido. et proprie medicina quam ſcripſit filius zacharie.
¶Filius humain. Modus decoctiōis de capillis veneris cōferēs tuſſi humide cū calore. ℞. capilloꝝ veneris nō vltime recētiū. ʒ. i. yſopi ſicce fabarū excorticataꝝ ſeis feniculi aniſi: ſeminū lactucarū portulace papaueris albi amigdalarū dulciū et amararum ordei excorticati: añ. ʒ. v. ſeminis melōis cucurbite granorū myrthi: añ. ʒ. iij. gūmi arabici añ ſi. ʒ. ij. paſſularum enucleatarū. ʒ. xv. dactilos pingues. v. ſi

cus ſiccas.v.iniubas.xx.Decoquant in aqua.li.iiij.vſq3 ad lib.j.ꝛ.ß.ꝛ da ei mane.℥.iij.cū zuccharo roſato aut violato. Et ſi nolueris accipe ex hac decoctione.lib.ij.et cum meibuꝫ ꝛ zucchari.℥.x.fiat ſyrupus.Doſis eius eſt.℥.j.

¶Filius.Amarā.Syrup⁹ de yſopo cōferens tuſſi humide cū frigiditate.℞.yſopi ſicce.ʒ.v.capillorū veneris liq̄ritie: añ.ʒ.vj. corticū radicum apij feniculi ꝛ ſemis aniſi.añ.ʒ.v. foliorū praſſij.ʒ.iij. paſſularū enucleatarū.℥.j.iniubaꝝ.xx. yreos fenugreci:añ.ʒ.ij.ꝛ.ß.ſeminis malue ꝛ biſmalue:añ. ʒ.ij.ficus pinguiū.vj.numero dactylorū.v.folioꝝ calamenti auř.j.decoquantur in aque lib.v.vſq3 ad li.j.ꝛ.ß.cū melle et meibueꝫ:añ.lib.ß.Fiat ſyrupus.Doſis.℥.j.

¶Idem loch cōferens tuſſi ꝛ egritudinib⁹ pectoris ꝛ pulmonis et eſt exptum.℞.farine fabarum liq̄ritie mundate thuris maſculi gūmi albotin amigdalarū dulciū ꝛ amararū:añ.ʒ.x.ſeminis feniculi aniſi croci ſucci liq̄ritie dragagāti albi ſeminis citoniorum mūdatoꝝ papaueris albi:añ.ʒ. vj.calamenti praſſij:añ.ʒ.x.opij.ʒ.iij.Tere et cerne:ꝛ adde eis penidie.ʒ.xxx.Deinde cōfice cum melle colato.ʒ.cl.ꝛ cōtunde in mortario ꝛ ſit doſis.ʒ.ij.in mane cum decoctione yſopi ꝛ in ſero teneat ex eo ſua lingua.

¶Democritus.Modus confectionis ad tuſſim humidā cū frigiditate. Recipe calamenti fluuialis.ʒ.v.granoꝝ pini.ʒ. v.ſeminis vrtice yreos:añ.auř.j.piperis nigri ſeminis lini: añ.auř.ij.confice cuꝫ melle ꝛ chermes.Et ſit doſis ab auř. j.vſq3 ad.ij.cum decoctione yſopi.

¶Idē Loch bonum ꝛ exptum cōferēs ad idē.℞.mellis boni.℥.iiij.vitelloꝝ ouorum recentiū ꝛ butyri:añ.ʒ.iij. mel et butyrū decoquant vſq3 dū habeāt modicū ſpiſſitudinis de inde dimittat modicū infrigidari ꝛ miſce cū eis vitella ouoꝝ cū mixtiōe bona.Deinde miſce papaueris nigri puluerizati.ʒ.xij.ꝛ ſumat ex eo lambendo mane et ſero.ē.n.expertū.

¶Paulus pillule q̄ tenent in ore cōferunt ad tuſſim frigidam ſiccam ꝛ ſunt expte.℞.myrrhe croci granoꝝ pini granoꝝ coti excorticatorū feniculi aniſi amigdalaruꝫ dulcium et amararū:papaueris albi ſucci liq̄ritie:añ. Confice cum penidiarum partibus.iij.ꝛ ſucco feniculi humidi.

¶Thamech filius zacharie. Cōfectio conferens tuſſi antiq̄

et frigide ⁊ ventoſe. ℞ penidiarū.ʒ.xx.praſſij.capilli vene‑ris yſopi feniculi aniſi:añ.aur.iiij.croci calamēti ʒinʒiberʒ: añ.aur.ij.ſucci liquiritie pinearū purgatarū ⁊ amigdalaꝝ dulcium:añ.℥.j.Confice cum melle diſpumato quantū ſuf‑ficit:da.ʒ.iij.

Chamech araſi.Syrup⁹ de praſſio cōfert tuſſi de flegmate groſſo ⁊ vētoſitate.℞.praſſij.ʒ.xl.liq̄ritie yſopi calamēti ca pilli veneris:añ.ʒ.xx.radicū feniculi apij:añ.ʒ.x.amigdala rū mundataꝝ pineaꝝ purgataꝝ fenugreci:ſemis feniculi: añ.ʒ.v.maſticis darſeni ʒinʒiub.añ.ʒ.ſ.paſſulaꝝ enucleata rū.ʒ.c.iuiube ſebeſtē:añ.c.aque calide.li.xxiij. Dimitte die ac nocte.deinde coque vſq; dū redeat ad lib.x.Deinde ad‑de mellis ⁊ rob ⁊ penidiarū:añ.lib.ij.Deinde ſuſpende in medicamine croci.ʒ.ſ.Doſis earū ab.℥.ſ.vſq; ad.ij.

Idē.Loch cōferens vt ipm.Accipe liq̄ritie amigdalaruʒ dulcium ⁊ amararum:ſeminis lini aſſi:añ.ʒ. iiij.ſeminis fe niculi farine fabarum ⁊ pinearuʒ mundataꝝ:añ.ʒ.iij.myr rhe croci olibani darſeni:añ.ʒ.ſ.⁊.ſ.penidiaruʒ.℥.ij.Cōfice cū rob:Et fiāt forme ſimiles lupinis ⁊ teneat ſub lingua.

Sabor.Confectio loch de alijs que cōfert tuſſi flegmati‑ce et maturat materiam eius bonum ⁊ expertū.Accipe al‑liorum mundatorum lib.ſ.⁊ elixa ea in aqua decoctiōis ci‑cerum:⁊ yſopi ſicce vſq; dum ſint bene diſcocta. Deinde co lentur ⁊ terantur alia ſicut medulla:⁊ proijce ſuper ea mel lis et butyri:añ.℥.vj.⁊ decoquantur lento igne vſq; ad ter‑minum loch:et vtere bonum eſt.

Idem.℞.ſucci cauliū lib.v.lento igne coque auferendo ſpumā eius vſq; dū redeat ad lib.ij.Deinde coquaꝛ cū rob et mellis lib.j.vſq; dum ingroſſentur ⁊ bonum eſt.

Idem.Loch de ſquilla exptuʒ et efficax in tuſſi humida educit enim ex pectore materiā eius.℞.ſucci ſquilli ⁊ mel‑lis:añ.Coquantur vſq; dum ingroſſentur.

Idem Confectio medicaminis ad tuſſim humidarū cuʒ frigiditate.℞.ſpice croci.añ.ʒ.ſ.yſopi ſicce:praſſij : añ.ʒ.ij. myrrhe:yreos.ʒ.farine orobi ⁊ fabaruʒ.añ.ʒ.vij .piperis.ʒ. ſ.et.ſ.cheſmes et carnium dactilorum:ficuum pinguium ⁊ pinearum mundatarum:añ.ʒ.vj.Confice cum loch de cau libus.Uerum et expertum.

¶Cõfectio medicaminis ex inuẽtiõe noſtra. Syꝛup⁹ valẽs aſmati ⁊ tuſſi: ⁊ maturat eas: ⁊ ꝯfert vlcerib⁹ renũ ⁊ veſice: ⁊ eſt medicamen bonum. Accipe ficubus albas ⁊ pingues. l. numero iuiubas. c. Decoque in aqua lib. v. vſqꝫ ad. iij. ⁊ cũ rob. lib. ß. zucchari lib. j. Fiat ſyꝛupus.

¶Syꝛupus alius. ℞. ficuũ ſiccaruꝫ pinguiũ. ℥. iij. yſopi ſicce: capilloꝛũ veneris. añ. ℥. j. rute pꝛaſſi: liquiritie. añ. ʒ. iiij. radicũ mararri: apij. añ. ʒ. v. aniſi: ſemis malue. añ. ʒ. ij. carnium iuiubarum. ℥. ij. fiat ſyꝛupus cum melle ⁊ rob lib. j.

¶Alexander. Electuarium mundificans pectus ⁊ pulmonem: ⁊ cõferens tuſſi. Accipe granoꝛũ pinearũ: amigdalaꝝ dulciũ. añ. ʒ. x. daptyloꝛũ pinguiũ. ʒ. xv. pinguedines ficuũ ⁊ cheſmes. añ. ℥. j. dꝛagagãti albi. ſeis feniculi. añ. ʒ. vj. yꝛeos. ʒ. xv. Cõfice cũ melle crudo. doſis a. ʒ. ij. vſqꝫ ad auꝛ. j.

¶Alexander. Ad tuſſim que inquietat in nocte: ⁊ non ſinit doꝛmire. ⁊ ad tuſſim catarralẽ. Fiãt pillule ex ſtoꝛace myꝛrha et opio. añ. croci ptis. j. quartã. Confice cum melle aut rob in foꝛmã cicerum. et da in ſero. ij. aut. iij. aut ex myꝛrha opio: ⁊ galbano et pauco croco. Aut ex ſtoꝛace. ℥. j. galbani ſulfuris viui opij piperis terebentine: añ. ℥. j. Aut ex ſtoꝛacis. zinzi. opij croci galbani granoꝝ pini. añ partib⁹ equalibus. Cõfice ⁊ vtere. Iſta eñ ſedãt tuſſim antiquã ⁊ nociuã.

¶Galienus. Medicamen quod ponit Rabit rex. et dicit ꝙ eſt tãte virtutis ꝙ nullũ aliud ei equiparetur ad ſedationẽ tuſſis. Eſt enim mirabile. ℞. radicũ oppoponaci. ℥. j. ⁊ ß. et loco radicũ oppoponaci ponatur oppoponaci. auꝛ. v. caſtorei ſeminis lini aſſi. añ. auꝛ. iiij. ſeminis lactuce: auꝛ. v. folioruꝫ rute ſiccoꝛũ myꝛrhe. añ. auꝛ. iij. ⁊ ß. opij: croci. añ. auꝛ. ij. ⁊ ß. confice cũ melle colato. Et da in ſero febꝛicitantibus cũ aqua calida ⁊ non febꝛicitantibus cum vino. Et ſit doſis ei⁹ ſicut magnitudo fabe. Eſt enim expertum ⁊ bonum.

¶Galienus ex libꝛo decẽ tractatuũ. cõfectio pillulaꝝ q̃ruꝫ iuuamẽtuꝫ eſt vltimũ ad tuſſim antiquã humidã aut catarralem. Accipe caſtoꝛei myꝛrhe maſticis liq̃ritie opij galbani aniſi feniculi enule ⁊ l alio raſen gẽtiane yſopi ſicci yꝛeos dꝛagagãti gummi arabici. añ. croci partis. j. tertiã. Cõfice cum rob: da poſt menſes tres.

¶Galienus ex eodẽ libꝛo. Cõfectio loch: quod expert⁹ ſum

ad tuſſim:⁊ ad aſma ex materia groſſa difficilis eradicatio nis.℞.liquiritie yreos:ſtoracis liquide fiſticorum mūdato rum: amigdalarū dulciū et amararū:granoꝝ pini.aā.aur. iij.olibani glutini albotin:gūmi dragagāti agarici cynamo mi ſemis feniculi:aā.ʒ.ū.⁊.ß.aloes myrrhe:aā.aur.ij. cheſ= mes.ʒ.j.Tere ⁊ ſicca ⁊ pulueriza.Medullas vero ꝯtere cō= tritione vltima:aloē vero ⁊ myrrhā infunde in rob.circiter. ʒ.ij.aut.iij.mellis collati ⁊ cere quantū ſufficit.Deinde diſſol ue in eo ſtoracē.Confice ꝯtundendo in mortario cū ceteris. Et ſit doſis eius a.ʒ.j.vſqꝫ ad aur.j.

¶Inquit Galienus.Faciebam hanc medicinā pcedere ſy= rupū alchemes ⁊ yſopi ⁊ decoctionem eorū ⁊ alia ex matu= rantibus:quorū forma eſt apud te ⁊ hoc tēpore conuenien ti vt digeratur ⁊ maturentur materia.

¶Galienus.Trociſci cognominati aſſemus:⁊ ſunt trociſci ſtelle cōferunt huic tuſſi iuuamentū ſublime ⁊ proprie da= ti cū rob.Et ſit doſis a tertia.ʒ.vnius vſqꝫ ad.ʒ.ß.Et ſunt ex hominibus qui dant cum aqua ordei.

¶Humain.Cōfectio alba cui eſt iuuamentū:⁊ opatio vehe= mens ad tuſſiꝫ difficilē:⁊ antiquā ex materia groſſa ⁊ viſco ſa:⁊ aperit oppilatiōes pectoris ⁊ pulmonis ⁊ mundificat ea:⁊ clarificat vocē:⁊ educit ſaniē et materias corru ptas ex pectore ⁊ cōfert ptiſi.℞. ſemis lini aſſi paſſulaꝝ enucleata rū.aā.ʒ.iiij.amigdalarū dulciū ⁊ amaraꝝ:granoꝝ pini.aā. ʒ.ij.auellanaꝝ aſſarū.yreos:glutini albotin.aā.aur.ij.thu ris maſculi.croci.myrrhe.aā.aur.j.Fac ex eis trociſcos cuꝫ lacte aſine ⁊ dimitte ſiccari.Deinde tere ⁊ confice cū melle: ⁊ eſt doſis eius.ʒ.j.mane ⁊ ſero teneat ſub lingua.

¶Archigenes.Cōfectio que cognoſcitur mirabilis ꝯferēs cum virtute dei ⁊ ſputū ſanguinis:⁊ ad tuſſim cronicā ⁊ an tiquā eſt materia putrida ſanioſa ex vlcere ⁊ ptiſi.Mūdifi= cat enim ⁊ abſtergit cum virtute dei a materia groſſa ⁊ pu trida:⁊ ſunt vſi ac medicina prudentes.Et cuꝫ ſit ex fortibꝰ non ambigetur ſuper ea:⁊ cōfert prefocatiōi matricis ⁊ pa= ralyſi ⁊ veſice:⁊ cōfert fluxui ventris ⁊ periodis febrium et reſiſtit venenis:cuius pmixtio hec eſt.℞. caſtorei: piperis longi ⁊ nigri ſtoracis:ſpice:coſti:galbani:opij.aā.ʒ.iiij. cro ci.ʒ.ij.Confice cum melle diſpumato quantum ſufficit.De

ſis eius eſt ſicut faba cū aqua mellis.

¶De fluxu ſanguinis ab ore.

Sanguinis exitus ab ore eſt ſm vnum q̄ttuor modorū. aut enim expuitur tm̄:ꝛ eſt ex parte oris:aut egredit̄ cū raſcatione:ꝛ eſt aut a colatorio:aut ab vuula.aut palato ꝛ partibus eorum.Et qn̄qꝫ egreditur cum vomitu ꝛ eſt aut a meri:aut a ſtomacho:aut ab epate:aut a finibus eorū.Et qn̄qꝫ cū tuſſi:ꝛ eſt aut ex pectore aut a pulmone:aut a canna aut lacerto vocali:aut epygloti.Et quidē qualiscūqꝫ horum fuerit eſt ſm vnum.iiij.modorū.Aut enim eſt ſm ſemitam redūdatiōis ex aliquo ſicut a venis:aut arterijs:ꝛ proprie quando accidit ebullitio in ſanguine.aut agitatio aut apoſtemate ſanguineo: cuius materia eſt facilis reſolutionis.Secundus eſt ſm ſemitam redundatiōis:ſicut accidit pluribus a retentione mēſtruorū:ꝛ cōſtrictiōe emorroydarū non ſm ſapientiā:ꝛ ſicut accidit plurib⁹ ꝑpter exuberantiam ſanguinis in toto.Tertius vero ex ruptura vene ꝛ apertione eius cū vulnere aut ſine vulnere.Quartus ex vlcere ꝛ corroſiōe ſuꝑ venā.Sanguinis aūt qui expuit̄ dicta cura.eſt capl'o de vulnerib⁹ ꝛ vlcerib⁹ oris:ꝛ partiū ei⁹. Cū vero egredit̄ cū raſcatiōe cura dicta eſt i capl'o de fluxu ſanguinis nariū:ꝛ in capl'o de vlcerib⁹ vuule ꝛ palati:ꝛ in capl'o de alcola.Et cōferunt eis gargariſatiōes ex reb⁹ ſtipticis:ꝛ ſi nō tollitur flobothomet̄ ex cephalica flobothomia ſubtili vice poſt vicem.Et fiant alia que ſunt dicta ibi. Egreſſionis aūt ſanguīs cū vomitu cura eſt tres res.¶Prima eſt rectificatio mēbri:a quo eſt paſſio.¶Secunda eſt vt fiat diuerſio:ꝛ hoc fit cum ſubtractione ſanguinis ex vena ſeruiente illi membro:ꝛ cum applicatione vētoſarum ſuꝑ ipſo ꝛ ſilibus.Et ſi eſt a corpore toto propter exuberātiam ſanguinis in ipſo:fiant flobothomie cū iteratione ex baſilica:nūc dextera:nūc ſiniſtra.Et qn̄qꝫ ex ſaphenis:ꝛ hoc q̄dē differenter.Nam ſi ſolum in quantitate exuberat flōmia larga neceſſaria eſt vel mediocris largitatis.Si autem acuitas et inflammatio ſit in ſanguine cum ſubtilitate ꝛ ebullitione ſubtili flōmia vtendum eſt.¶Tertia ē adminiſtratio rerum conglutinantiū ꝛ conſolidantium ſicut competit ex his que dicemus.Nunc vero eorum que compingunt ꝛ in-

groſſant ſanguinē ex his que dicemus. Sanguinis autē egreſſio cū tuſſi eſt ex pectore aut pulmone: et eius cura eſt praua. dixit enim hyp. Screatuz ſanguinis ex pectore aut pulmone: ſi concomitatur ſputum putredinis et poſt illud ptiſis et poſt illam deſperatio et mors. Verū qḋ ē ex pectore eſt minus ſuſpectū eo qḋ ē ex pulmone. Raro q̄dē ſolutio cō tinuitatis in pulmone ſanat: et illḋ eſt ꝓpter q̄nqꝫ res. ¶ Et prīa q̄dez res eſt q̄m motio reſiſtit ꝯſolidationi: imo addit ad ipaz et dilatat eā. Et noſti ꝙ pulmo in ſimilitudinē folliū formacis dilatatur et cōſtringit cōtinue hoc cām vite.

¶ Secūda vero eſt quia ſanies in ſpōgioſo membro diu retinet: et diu retenta magis acuitur: et magis acuta ꝓfundat vlcera. ¶ Tertia eſt: quoniam ſolutio continuitatis cadēs in pulmone dilatat ipſum et retardat officium eius quod diximus quare fumi calidi difficulter egrediūtur: imo cumulantur in ſolutionis loco et inflammātur: et addūt ad ſolutionē: et diſperſi per corpus ſunt cauſa deſiccationis mēbrorum et febris ethice. ¶ Quarta eſt quoniā pulmonis caro multe poſſibilitatis eſt: et teneritatis cito ſubiecta putrefactioni. et illud ideo quoniam nutrimentum eius eſt ex ſanguine ſubtili et acuto et eſt ipm receptaculū flegmatis q̄re cito fit. in eo repugnatio contrarietatis: in alterū: et ex hoc cito accidit putrefactio et corruptio. ¶ Quinta eſt. ſubſiſtentia eius catarris paulatiz vulnerantibus et vlcerantibus. Ex his autem patet: q̄ ex pulmone ſanguis excreatio. aut in ei cōtinuitatis ſolutio ſuſpectio. Et quidē. hyp. dixit ſanguinis ſcreatus ex profundo qualitcūqꝫ aſcēdens ſuſpectꝰ eſt: a ſuperioribus autē fluens nō eſt ſuſpectꝰ.

¶ Egreſſionis autem ſanguinis ex pectore aut pulmone: cura eſt ſm duas intentiones: vlez ſcꝫ et particularē. Uniuerſalis autē intentio eſt quattuor res. Prīa eſt. ſanguinis adequatio. Secūda eſt diuerſio. Tertia eſt mūdificatio. Quarta eſt accidentiū correctio.

¶ Primā igitur rē cōplent correctiōes cadētes in exuberātia in qualitate et quātitate ſanguis l vtriſqꝫ. Et quātitate q̄dē cū diminutiōe cibi et potꝰ: et dimiſſiōe vini. Et ſi excuſari nō potes: ſit multe ꝑmixtiōis cū aqua: et ſit vinū ſtipticū. dimitta dulcia: et pulmēta ex lacte: et frumento et tritico: et

vitet oia gnatr: que dilatant ⁊ multiplicāt sanguinē ex his que comedūtur ⁊ bibūtur. Et abhorreat quietis superfluitatem multiplicātē materias somni ⁊ ꝓprie sub radijs solis et lune: et abhorreat laborē in horis vehemētis caloris: et laborē agitatiuū et clamorē ad iras ⁊ portatiōes ponderū et coitus superfluitatē: et frequētationes balnei dulcis: et silia. Et sit cōtentus sorbitionib⁹ factis ex sauich ordei ⁊ riso: ⁊ milio: et cōceditur caseus recēs: et lac ex quo extractū sit butyrū ⁊ fructus stiptici. Et ex oleribus portulaca: ⁊ lactuca: et endiuia ⁊ attriplices et cucurbite et citrulli. Et ex carnibus carnes perdicū turdorū: ⁊ minutarū auium minus pinguiū leporis: ⁊ silium decocte cū fructibus stipticis et succus eoꝝ. Et ex granis comedāt lentes excorticatas ⁊ mes ⁊ sauich ordei: ⁊ rizum ⁊ miliū ⁊ gegueris: et farinam fabarū. Et piscib⁹ pisces degētes in locis petrosis: ⁊ cācros aquaꝝ dulciū coctos in lacte sine butyro ⁊ aqua ordei ⁊ q̄ hoc cursu ꝓcedunt. Bibant aūt aquā rosatā aut decoctionis rosarū ⁊ quā de minera ferri: aut aquā in qua extinguitur ferrū cū rob myrtino aut aquam ordei decoctionis cancrorū aque dulcis ⁊ similia. Si autē pctm̄ sit ex parte acuitatis sanguinis ⁊ ebullitionis sedamus id cū rebus extinguentibus inflāmationē et ingrossantibus sanguinē. Sicut sunt ꝓprie cibi ⁊ potus frigidi: et ꝓprie stiptici et extinctiui inflāmationum sicut cibi congelati ⁊ lentibus cū succis aliquibus stipticis: aut ex cucurbita. aut citrullis et portulaca est ex rebus mirabilibus ad illud. Sedat eīn inflāmationem et stringit sanguinē: ⁊ cōcedūtur eis cibi pauce acetositatis. sicut zeroschie ⁊ sumachie. ⁊ cucurbita cum granatis acrib⁹ ⁊ dulcib⁹: aut muzis tritis cū granis suis ⁊ carnes pulloꝝ et paruaꝝ auium cum succis stipticis et cōgelatum ex eis. Et cōfert eis iuuamentū magnū administratio psilij assi cōquassati in aqua rosata cū coriādro asso sitr aūt semē portulace cū aqua rosaꝝ: ⁊ hoc in matutinis. Hec eīn ingrossant ⁊ impinguāt sanguinē. Huius etiā intētionis est lac acetosum extracto butyro ex eo: ⁊ si extinguatur in eo ferrū magnificatur ei⁹ opatio: ⁊ caseus recens est bonus eis: ⁊ laudantur eis iuiube ⁊ aqua decotiōis eaꝝ ⁊ fructus stiptici et succi eoꝝ ⁊ silia. Et ex rebus etiā sangui

nis inflãmationē ⁊ acuitatē ſedantibus ſunt emplaſtratio=
nes ⁊ epithymata circa epar ⁊ cor ex rebus: et ſuccis frigi=
dis ⁊ ſtipticis:⁊ appoſitiones aque veri frigoris cum aliq̄=
bus eoꝝ circa ipſa:⁊ ſedere in aqua frigida ⁊ ſilia que dixi
mus in capitulo de fluxu ſanguinis ex naribus. ¶Si aūt
peccatum in quantitate ſanguinis ſimul ⁊ qualitate fuerit.
tunc noſtra occupatio erit circa vtrūq̄.

¶Secundā rē cōplent adminiſtratiōes flōmie cū iteratiōī
bus ſi opꝫ ex vena baſilica:nūc dextri nunc ſiniſtri brachij
mediocris aptiōis:ſi ſolū in q̄titate ſanguis exuberat:aut
ſubtilis aptionis ſi ſubtilitas ⁊ acuitas dn̄at in ſanguine.⁊
q̄nq̄ ↄuertim⁹ ſanguinē ad lōginquā diuerſitatē ſicut ptes
inferiores.⁊ hoc cū flōmia ſap̄ hene ⁊ vētoſatiōe crurū ⁊ ſca
rificatione in ipſis.Et quādoq̄ exigit diſpoſitio emorroy=
darū aut menſtruoꝝ ꝓuocationē:⁊ facimus id.Et cōferunt
ventoſationes in hypocundrijs ſine ſcarificatione.

¶Et dixit Ruffus:q̄nq̄ accidit mulieri vt ſpueret ſangui=
nem poſtq̄ lac delituit in mammillis eius:et reſtrictus eſt
prouocatio:lacte et accidit ei illud tertio ⁊ curata eſt poſt
exuberantiam lactis.

¶Tertiā aūt rē cōplent adminiſtratiōes medicaminū ſan
guinē mūdificantiū:⁊ ſiq̄dē fuerit acuitas et inflāmatio et
ebullitio in eo ꝓpter pmixtionē colere acute in ipſo: opor=
tet q̄ euacuetur colera prius:deinde flobothomet̄.hoc em̄
eſt ſm canonē artis:demū ſequatur ifrigidatio:⁊ ſi oportet
vltima infrigidatione.Colera aūt euacuabit̄ cū aqua fru=
ctuum facta ex eo q̄ mulgetur ex ſeminib⁹ portulace prius
aſſis.Et in reubarbaro eſt virtus mirabilis in hac parte.
Euacuat em̄ colerā ⁊ ſtringit de ꝓprietate ſanguinē ⁊ pro
prie cū ſucco lingue arietis:aut cū aq̄ que mulget̄ ex ſemi=
nibus portulace.Si aūt flegma abūdat cū ſanguine faciēs
exuberare ipm̄ euacuet̄ flegma cū eis que ſcis. Deinde flo
bothoma.Et ex eis ēt que mundificant ſanguinem ſimul ⁊
diuertunt motū eius:⁊ inclinant inferius ſunt adminiſtra
tiones clyſteriorū debilium:⁊ ſi oportet hn̄tium acuitatem
ex eis q̄ ſcis niſi timueris agitatiōes fieri in ipſo:⁊ proprie
apud ebullitionē eius.Tunc aūt oportet blandiri cū clyſte
ribus debilib⁹.hec eſt em̄ operatio ſm ſapientiam.

¶Quartam

¶Quartã rez cõplent nunc abſtinentia ⁊ ceſſatio a rebũs
mouentibus ⁊ agitantibꝰ ſanguinẽ. Nunc aũt ꝑuentio ⁊ ꝓ
ſeruatio a fluxu eiꝰ: ⁊ ꝓpꝛie in expoſito ad illud. Nũc vero
remotio nocumẽti faciẽtis cadere in illũ. Res aũt mouẽtes
⁊ agitãtes ſanguinẽ ſunt cibi acuti ⁊ medicĩe acute ⁊ laboꝛ
vehemẽs ⁊ ebꝛietas multa ⁊ rixe ⁊ vociferatiões ⁊ caſus et
percuſſio: ⁊ his ſĩlia. expoſiti aũt ad ſputuz ſanguinis ſunt
habẽtes pectꝰ ſtrictũ ⁊ nudũ ⁊ hũeros ſicut curuature ala
rũ ⁊ collũ ſubtile et lõgũ ⁊ deꝑſſuz iter alas ⁊ hũeros et fre-
quẽtat eis tuſſicula cũ pũctura interdũ: nunc apud dextrã
nũc apud ſiniſtrã ſpatulã nũc apd aliquã mãmillaꝝ. hos
aũt ꝑuentemꝰ ne cadãt in illud cũ flõmia ex baſilica: ⁊ incli
natiõe ſanguinis ad inferioꝛa cũ flobothomia ſaphene et
poſitiõe vẽtoſaꝝ et pꝛofocatiõe emoꝛroydaꝝ aut mẽſtruo-
rum ⁊ fricatiõe facta in extremitatibꝰ ⁊ coꝛrectiõe in ſex ge
neribus reruz ſicut ſcis. ⁊ hec oĩa maxime obſeruãda ſunt
pꝛopꝛie in pꝛincipio veris ⁊ in toto vere. Et eſt eñ tempus
exuberare faciens ſanguinem.

¶Nocumẽta aũt facientia cadere in ſputũ ſanguinis ſunt
ſicut catarrus acutꝰ tuſſis vehemẽs apoſtema pleureticũ
aut peripleumonicũ: aut epaticum ⁊ ex his eſt retentio mẽ
ſtruoꝛũ ⁊ conſtrictio emoꝛroydarũ conſuetarũ fluere. Et q
dẽ iam catarri curã ſcripſimus: ⁊ tuſſis ꝑ pleureſi ſiquidẽ: ⁊
peripleumonia ſanguineis apparẽs ſputũ ẽ ſignũ lauda-
bile: reſudat eñ ex apate aliqd poſt aliqd ex eo ꝙ materia
eius eſt reſolubilis nõ ꝓhibita pꝛopter adherentiã aut cũ
pactionẽ. In apate aũt epatico eſt eiꝰ apparitio. aliqñ cau-
ſa ad malum: ⁊ ꝓpꝛie cũ apa eſt magnũ exuberans: ⁊ qñq3
ẽ ſignũ boni ⁊ ꝓpꝛie apd reſolutionẽ ipſius. Emoꝛroydaꝝ
aũt aut mẽſtruoꝝ cõſtrictio nõ ẜm ſapientiã ſi faciat cade-
re in illud: aut ſi ſit ſuſpectio de illo tunc eoꝝ pꝛouocatio ex
cuſat aut ſuſceptione vel ſuſpitiõe. ſicut Galie. ſup verbis
hyppo. dixit. Inqt eñ cronicus emoꝛroydarum fluxus to-
taliter cõſtrictus ⁊ ſubito cadere facit i hydropiſiz: aut ma
niam aut ſanguinis ſcreatum et ptiſim.

¶Particularis aũt intẽtio hz quattuoꝛ modos. Pꝛimꝰ co-
git vertere intentionẽ noſtrã ad curationẽ ſcreatꝰ ſangui
nis: q cõtingit ꝑpter reſudationẽ ipſiꝰ. Et ſi qdez fuerit ab

ſpate ſanguineo caſus materia ponitur in reſolutiōe ali- cui⁹ caſus eſt aliq̇d curari nō indiget: eſt em̄ ſignificatio ſalutis. ¶ Si āt fuerit ſʒ ſemitā reſudatiōis ex venis pulmonis aut arterijs vel ēt pectoris ꝓpter agitationē ⁊ ebullitionem cadentē in ſanguine dabim⁹ medicamina ſanguinis feruorem reprimētia: ⁊ ipm̄ cōpingentia. Et huius operationē facientiū ſumma hec eſt portulaca ꝓprie ꝯmaſticata frequenter ⁊ parumpoſt parum deglutitus eius ſucc⁹ potēter ſtringit ſanguinem: ⁊ ſedat ebullitionem eius ⁊ cōpingit ipſum. Et ſimiliter ſemē eius aſſum ⁊ tota planta ipſi⁹ ēt ſm oēm modū adminiſtrationis eius. Et ſimil'r albū papauer aſſum. Iuiube aūt ſunt hui⁹ intentiōis ſm oēm modum adminiſtrationis earum. In mucillagine aūt pſilij cū lapide ematitꝭ he diligenter loto ⁊ cōtrito cōtritione vltima ineſt virtus mirabilis: ⁊ ſimiliter in coriādro. Et ſil'r in lapide emathite cum ſucco arnogloſſe. Pſilium aūt aſſum ⁊ cōquaſſatū cū aqua expreſſionis portulace: aut ſeminis eius vſqꝫ dūʒ fiat mucillaginoſuʒ: eſt ad id mirabile. Et ſimiliter ſemē iuſquiami cum ſucco arnogloſſe huius etiā eſt intentionis lac coctū cū lapidib⁹ fluuialib⁹ aut cuʒ ferro ignito. Prius extracto butyro ex eo. Et ſil'r lac acetoſum extracto ex eo butyro ⁊ caſeus recens ſimil'r. Lutū autē aſſemen et lutum armenū ⁊ ſigillatū ſunt ex medicinis veris ad illud ⁊ ꝓprie cū ſucco plantaginis. Iſta em̄ cū virtute infrigidationis ⁊ conglutinatiōis ⁊ ex eis compoſita ſunt vltima ad id: ⁊ q̄cunqꝫ ſunt huius intētiōis. Et laudant eis aqua ferri ⁊ aqua pluuialis cū gūmi arabico aſſo aut dragaganto. Et laudatur eis ēt aqua ordei: ⁊ ꝓprie aſſi cū cācris fluuialibus aut ſpodio: ⁊ ſimilib⁹. Et qn̄qꝫ exigit neceſſitas apud vehementē agitationē ⁊ vigilias vt cum eis aliqua ex narcoticis tribuantur ⁊ tunc facimus id cum cautela.

¶ Secūdus modus docet vertere intentionē noſtrā ad curationē ei⁹ ſcreatus ſanguinis qui fit ſm ſemitam redūdationis ⁊ huius curaʒ iam diximus: qn̄ modos diuertēdi fluxum ſanguinis docuimus.

¶ Tertius modus q̇ eſt ad curādū apertionē aut rupturā vene cū vulnere aut ſine vulnere idiget adminiſtrātiōe medicaminū ſtipticoꝝ ⁊ conſolidatiuoꝝ. Et hoc q̇dem facien-

tiū ſumma hec eſt: ſanguis drachonis proprie et carabe et bolus ⁊ lutum ſigillatū ⁊ balauſtie ⁊ roſe ⁊ cornu ceruinuꝫ adustū ⁊ corali aduſti ⁊ chachie ⁊ hypoqſtidos ⁊ cortices ⁊ flores granatorum ⁊ mathites ⁊ gūmi aſſuꝫ: ⁊ mumia ⁊ reu barbarū ꝓprie aſſum ⁊ cortices thuris ⁊ cortices maſticis ⁊ coagulum leporis ⁊ coriandrū ⁊ ſemen lingue arietis: et capita ⁊ virgulta roſarum ⁊ fructus ⁊ folia myrti ⁊ ſpodiuꝫ et cortices cancrorum vſtorum ⁊ ſit'ia. Fundamentū aūt et medicina cū quibus hec miſcenda ⁊ ꝓpinanda ſunt vel aliqua eorū hec ſunt ſuccus ꝓprie plātaginis: ⁊ ſuccus albut ſandani et ſuccus portulace ⁊ ſuccus albedarogi ⁊ aqua al ſauich ⁊ aq̄ pluuialis infuſionis gummi aſſi: ⁊ aqua roſa. ⁊ ſuccus citoniorum ⁊ miua et ſuccus granoꝝ myrtis ⁊ ſyrupus ex eis et mucillago pſilij ⁊ ſemen citoniorum et aqua ſumach et ſimilia. Medicinas aūt compoſitas ſcribemus poſt ſi deus voluerit: de quarū ſumma ē zuccharū roſatuꝫ ꝓprie: eſt enim medicamē eis benedictū ⁊ miua ⁊ ſyrup9 de roſis ſiccis ⁊ ſyrupus de iujubis et ſyrupus myrtinus: et ſyrupus de pomis ſtipticis ⁊ trociſci de charabe ⁊ trociſci de terra ſigillata quoꝝ memoriā fecim9 in antidotario.

¶ Medicamina aūt q̄ adminiſtrata emplaſtrādo aut liniēdo extra. Sūma hec eſt. Oleum roſatū cū maſtice aut: oleū myrtinū ⁊ ex eis eſt oleū de citonijs: ⁊ oleum nardinum et ſuccus coriādri humidi cū ſauich aut farina ordei: aut cuꝫ ſandalis aut ſpodio ⁊ roſis cum modico cāphore. Hec enim empl'a cōferūt. Uel accipe acchatie hypoqſtidos farine ſauich ⁊ farie orobi: aā. Cōfice cū albumie oui ⁊ ſuppōe. Uel accipe puluerē thuris ſubtiliſſimū ⁊ adminiſtra cū albumine oui. Et q̄dē de rebus melioribus i hac parte eſt ſubtiliter inq̄rere ad inueſtigādū locū vehemētē doloris. Illic em̄ emplaſtrationes ⁊ linimēta vtiliſſima ponentur.

¶ Quartus aūt modus docet abſcindere cās vlcerationuꝫ ⁊ corroſionū cadentiū in partes pectoris ⁊ pulmonis et ꝓprie pulmonis ſm plurimū: hoc em̄ eſt id qđ eſt ſuſpectum ⁊ timoroſum maxime: ⁊ hmōi q̄dem curationē ſcribemus i ca. de ptiſi: ſi deus voluerit ⁊ permiſcerit curari hmōi.

¶ Gal'. ſi accidit ſputum ſanguinis a catarro tunc erit conſideratio noſtra: vtrum ſit acutus aut nō acut9. Et ſi fuerit

Idem acutus ⁊ colericus aut ſalſuginoſus ſedabimus im-
petum acuitatis eius prius cum regimine bono diſtincto i ca. de
catarro. Poſtq̄ aūt vehementia acuitas ſedata fuerit ſol-
uatur natura cum eo quod eſt ſicut infuſio mirabolanorum et
ſimilia. Et ſi fuerit ſalſuginoſus cum eo quod eſt ſicut pillule
cochie. Deinde precipimus eū flobothomari de vena cepha
lica flobothomia ſubtili ⁊ ſi oportet cum iteratione ⁊ frica
mus extremitates eius vice poſt vicē ⁊ trahimus materias
eius a capite cū clyſteribus acutis: ⁊ ſi opꝫ fortis acuitatis
⁊ cū poſitione ventoſarum in cruribus: ⁊ ſup emorroydas.
poſt apertionē earū cū flobothomia. Et confert eis poſt il-
lud adminiſtratio aque ordei cū cancris fluuialibus: ⁊ ſy-
rupus de papauere. Et ſi indiget medicamine fortiori den
tur trociſci alſchēdene: quorum rememorabimur poſt. Et
fortius eſt ex eis trociſci de charabe ⁊ proprie cū ſyrupo de
papauere aut ſyrupo myrtino: aut rob eius. Et ſi res fuerit
prauior nō ē excuſatio adminiſtratiōis medicinarū fortiū:
ſicut tyriace proprie ⁊ mitridati ⁊ athanaſie ⁊ trociſci ſtelle
⁊ ſimiliū. Et iā q̄dē mulieri cuidā ⁊ pluribus poſt illā cui ac-
ciderat ſputū ſanguinis ex catarro cōmenſurauimus re-
gimina q̄ iam diximus ⁊ inſtituimus poſt illa: vt poneremus
ſup caput eius ⁊ proprie in parte zuēdeg medicamē ex fimo
colūbino poſtq̄ egreſſa eſt balneū ⁊ adiūximus ⁊ dedimus
ſibi tyriacā recentē anni ſui vt faceret eā dormire ⁊ in craſti-
nū iniūximus fricari extrema ipſius ⁊ cōſtringi inſtitis ⁊ ad
miniſtrari ex tyriaca recenti quātitatē minorē ⁊ minimus q̄ti-
die quantitatē eius donec deuenimus ad adminiſtrationē
ſolius mellis vt mūdificet pulmo ſufficienter: ⁊ non receſſi-
mus ab adminiſtratione alicuius ex rubificātibus ſup par-
tem que dicit̄ zuendeg: ⁊ ab aſſiduitate fricatiōis extremita-
tum donec diuerteretur catarrus ⁊ remāſit nobis poſt hec
ſola vna neceſſitas, ſ. vt deinde cōſolidaretur vulnus ⁊ dedi-
mus ei filoniū perſicum: ⁊ interdū trociſcos de luto ſigilla-
to cum zuccharo roſato ⁊ q̄nq̄ zuccharū roſarum ſolum in
quantitate multa ⁊ fecimus interpolationes in adminiſtra-
tione ipſorū ⁊ viciſſitudines: ⁊ q̄nq̄ ex eorū vſu ſtringebat̄
anhelitus cōuertebamus ſtudiū noſtrū adminiſtrādū res
q̄ dilatāt ipſum ⁊ educūt ſaniem ſicut proprie decoctiones

ysopi & similia: & cū elargabatur anhelitus tūc revertebamūr ad filoniū & trociſcum & zuccharū roſatū cum hac viciſſitudine ſanata eſt. Et nō eſt modo comprehēſibilis numer⁹ eorum qui ſanati ſunt ſm doctrinam hanc.

¶ Filius zezar. Confectio trociſcorum conferentium tuſſi & ſputo ſāguinis. ℞. gummi arabici boliarmeni: aā. ʒ. x. ſeminis portulace. ʒ. ix. ſpodij foliorū roſarū: et ſeminis earum aā. ʒ. ij. dragaganti amili. aā. ʒ. v. Fac trociſcos cū ſucco lingue arietis. & da cum eodem ſucco.

¶ Idem. Confectio trociſcorum de papauere conferentium ſcreatui ſanguinis & tuſſi cū febre & dolori pectoris ſi deus voluerit. Accipe roſarū gūmi arabici. aā. ʒ. iiij. amili papaueris dragaganti ſucci liqritie. aā. ʒ. ij. ſpodij croci. aā. ʒ. ß. Cōfice cū triplicato melle aut rob: & da cū tereniabin et aq̄.

¶ Idē. Cōfectio trociſcorū emanthicorū expertorū & iuuamētorū ad ſcreatū & ſputū ſanguinis & manationē eius vndecūq̄. ℞. corticū cancrorū fluuialiū aſſorum. ʒ. xvj. coriandri aā. ʒ. viij. ſeminis papaueris. ʒ. xv. boliarmeni & terre ſigillate. aā. ʒ. vj. ſeminis portulace: foliorū roſarū cū capitibus ſuis: gūmi arabici dragagāti. aā. ʒ. v. lapidis emathitis loti. ʒ. iiij. euſiſtidos accatie cornu cerui adusti. charabe balauſtie ſeminis myrthi. aā. ʒ. iiij: cōcularū incenſarū. ʒ. ij. margaritarū nō pforatarū. ʒ. j. Fac trociſcos cū ſucco lingue arietis. Ex reb⁹ mirabilis iuuamēti ſunt trociſci de terra ſigillata & trociſci de charabe dicti in antidotario.

¶ Dyaſcorides. Portulaca ſāguinis ſputū ſedet ex pulmone & pprie maſticata & frequēs ſucci ipſi⁹ deglutio & ſimiliter ſemen eius. ¶ Sedegeni aūt eſt ad illud mirabilis & pprie lotus & adminiſtratus cū ſucco portulace aut arnogloſſe. Et ſimiliter coagulū leporis cū eiſdē ſuccis ſtipticis. Et iam expertum eſt q̄ ſeminū arnogloſſe granorū myrthi & capitū roſarū cū folijs ſuis. aā. ʒ. j. & ß. adminiſtrata cū ſucco arnogloſſe ſunt ad illud medicamen vltimū. Et in ſemine iuſquiami eſt operatio bona. et hoc qū egritudo eſt praua & pprie cū aqua mellis & in mūmia. ſitr eſt operatio pfecta & pprie in ſputo ſanguinis ex percuſſione aut caſu & ſit potio ipſius charat. j. & proprie cū vino ſtiptico.

¶ Andromachus. Cōfectio trociſcorū ad ſputū ſanguinis

⁊ ſcreatū eius. ℞.accatie.ʒ.iiij.roſarū balauſtie:ań.ʒ.vj.gū mi arabici.ʒ.ij.dragaganti.ʒ.ſ.Confice cū aqua pluuiali. Doſis.ʒ.ſ.cum aqua frigida: ⁊ eſt expertum.

¶Paulus.Confectio trociſcorum reſtringentiū ſcreatum ſanguinis:etiam ſi ſit antiquus ⁊ ſedantium agitationes ⁊ inducentiū omniū.℞.accatie ſcebdanegi lote hypoquiſtidos balauſtie florum mali granati.ań.ʒ.v.gallarum.ʒ.ſ.et ℔.opij croci.ań.ʒ.iij. Fac trociſcos cū aqua pluuiali.doſis anr.℔.cum aqua frigida.

¶Filius zacharie araſi.Confectio trociſcorū ſcehdene conferentium ſputo ſanguinis:⁊ eius manationi vndecunq̃ et ſunt experti.℞.thuris ſanguis draconis balauſtie.ań.ʒ.iij. ⁊.℔.alteri⁹ charabe.ʒ.v.ſcehdene terre ſigillate:ań.ʒ.x. aluminis.ʒ.ij.⁊.℔.opij cynamomi:ań.ʒ.ij. iuſqami.ʒ.ſ.⁊ ℔. Fiāt ex eis trociſcis.iiij.Et ſit doſis.ſ.cum albedarogi aut aqua portulace aut lingue arietis.

¶Idem.Confectio epithymatis quo linitur pect⁹ et ſedat dolorem ⁊ reſtringit ſanguinem et conſolidat et linitur ſuper ſtomachum apud vomitum ſanguinis ⁊ veſicam ⁊ ſup renes apud micturam ſanguinis ⁊ peſſarizatur in matrice apud ſuperfluitatem menſtruorū ⁊ ſtringit fluxū emorroydarū.℞.ſucci euſiſtides accatie ſanguinis draconis galle balauſtie croci gummi arabici myrrhe boliarmeni opij: ań.fiant trociſci ⁊ line ex eis vbi oportet.

¶Sabor.Cōfectio papaueris ꝯferētis cū auxilio dei q̄ ſpuit ſanguinē ꝑpter acuitatē ⁊ inflāmationē et dolores pectoris ⁊ pleureſim.℞.roſarū gūmi arabici: ań.ʒ.iiij.amili dragagāti papaueris:ań.ʒ.ij.ſpodij croci: ań.ʒ.℔.ſucci liq̄ritie. ʒ.ij.Confice cū ſyrupo de papauere:da cū aqua pluuiali et ſyrupo myrthino aut rob eius aut ſyrupo de papauere.

¶Idem.Confectio trociſcorum conferentium ſputo ſanguinis et emanationi ei⁹ vndecūq̃.℞.luti ſigillati.ʒ.iij.boliarmeni amili roſarum.ań.ʒ.iiij.charabe granoꝝ myrthi: ań. ʒ.vj.cancrorum vſtorum:ſeminis portulace:ań.ʒ.x. corallorum dragagāti ſpodij:ań.ʒ.v.gummi arabici ſcehdene ſucci liquiritie:ań.ʒ.iiij.Confice cum ſucco portulace et aqua roſ.da cum aqua pluuiali.

¶Iſaac iſraelita.Cōfectio medicaminis cōferēs ſcreatui

ſanguinis a pectore ⁊ pulmone ⁊ emanationi eius ⁊ vomitui: et hoc medicamen nõ p̄mittit cadere in ptiſim. Accipe pſilij aſſi. ʒ. xv. granoꝝ portulace aſſatorum gūmi arabici aſſi bolliarmeni: añ. ʒ. v. papaueris albi lactuce: añ. ʒ. x. charabe aſſe roſaꝝ cū pedib⁹ ſuis: añ. ʒ. iij. coralli aſſi. ʒ. iij. Tere oīa ſicut alcohol. Doſis ei⁹ ē. ʒ. iij. cū aqua frigida mane ⁊ ſero ⁊ ſit cibus eoꝝ vitella ouorum et pedes arietū et edorum.

¶Idem. Cõfectio loch que adminiſtratur ad manatiões ſanguinis ex pectore ⁊ pulmone bona. ℞. dragagāti gūmi arabici ſanguinis draconis bolliarmeni roſarū amili ſpodij: añ. ʒ. iiij. ſcehdenegi: ſeminis arnogloſſe papauerꝭ albi mumie accatie ſucci euſiſtides: añ. ʒ. ij. penidiarū ſahari. ʒ. iij. Confice cū ſyrupo facto ex roſis ſiccis quantū ſufficit: aut cum ſyrupo myrthino et adminiſtretur.

¶Filimon. Cõfectio Filonij perſici vehemētis virtutis ad manationē ſanguinis vndecunq; ⁊ ſcreatum eius cū tuſſi et ſine tuſſi et ſuperfluitatē menſtruoꝝ doloroſam et emorroydarum ⁊ egeſtionē ſanguineaꝫ ⁊ ad mulieres pregnantes quibus erūpuntur mēſtrua ⁊ conſeruat fetus in matricibus earū. Cuius hec eſt p̄mixtio Accipe papaueris albi iuſquiami. añ. ʒ. xx. opij terre ſigillate: añ. ʒ. x. ſcehdenegi croci: añ. ʒ. v. caſtorei ſpice euforbij piretri: margaritaꝝ nõ perforataꝝ charabe zedoarie doronigi ramich: añ. ʒ. ſ. camphore. ʒ. vnius tertiam: confice cū melle roſato colato quātuꝫ ſufficit. Doſis a. ʒ. ß. vſq; ad. ʒ. ſ. cū ſucco arnogloſſe aut cum aqua roſata et modico vini puri.

## ¶De pleureſi.

Pleureſis alia eſt quedā vera q̄dā nõ v̄a. Et vera q̄dem ē apatio cadēs in panniculis ⁊ lacertis diſtinguētib⁹ inter velamen diſtinguēs magnū ⁊ coſtas ⁊ p̄prie ſecus extremitates coſtarū terminataꝝ in pectiore aut ſub eo aut accidens in panniculo diſtinguēte ⁊ eſt dyafragma ⁊ eius materia ē ſanguis: aut ſāguis coleric⁹ aut colera pura Et non vera quidē pleureſis eſt que fit in velamine ⁊ lacerto extrinſecis cooperientib⁹ pectus ⁊ diſtinguētibus inter coſtas ⁊ cõmiſſuras eaꝝ et cõmunicantibus cū cute. Et eius materia aut eſt flegma putrefactū ⁊ inflāmatuꝫ: ⁊ hoc ēra ro aut melancolica et hec eſt rarius. Et illa q̄dē q̄ fuerit in

velamine diſtinguēte coſtas cū cōitate cutis min⁹ ſuſpecta ē. Que vero in velamine q̄ ē ſub coſtis magis. Que aūt in velamine diſtinguēte eſt praua. Fit em̄ cum pmixtione itellectus circa augmentū ⁊ ſtatū eius. ⁊ illud ideo q̄m cōicat cū cerebro mediante neruo magno quodā qui dirigitur ⁊ dilatatur in ſubſtantiā pānicułoꝝ. Et q̄dē cōe eſt intrinſecis et extrinſecis pāniculis ab omni materia apoſtemari poſſe verū a ſanguine ⁊ colera frequentius a flegmate et melancolia rarius. ⁊ illud ideo q̄m ad membrū panniculare ⁊ denſum et raro groſſum aut viſcoſum penetrant.

¶ Pleureſis aūt q̄liſcunq̄ fuerit aut reſoluit̄ aut ſuppurat̄ aut pmutatur. Ars aūt et ingeniatio ad reſolutionē ipſius eſt ſm. vij. res. Et prima q̄dē eſt repcuſſio materiei. Scd̄a ē regimē ingeniatiuū q̄ requirit̄ ſciētia vtrū ſit a plenitudine hūorali aut vētoſali. Tertia ē diuerſio materiei. Quarta eſt ſubtractrio ei⁹ ſubtractiōe cōi poſt digeſtionē ipſi⁹. Quīta eſt eductio ipſi⁹ eductiōe ꝓprie poſt p̄parationē ei⁹. Sexta eſt correctio accidentiū. Septima eſt regimen vite eius q̄d in tota prolatione cure extendendum eſt.

¶ Et primā quidē rem cōplent adminiſtratiões medicamīs nū mēbrū cōfortantiū ipſiuſq̄ virtutē coadunātiū vt nō recipiat nec ip̄m vincat que ad ipſuȝ fluit materia. Et ex hoc quidē facientib⁹ eſt emplaſtratio facta ex lentib⁹ excorticatis coctis cum aceto aut ex farina fabaꝝ cocta cū aceto aut ſauich cū aceto. Et forti⁹ eis eſt emplaſtratio ex lentib⁹ nō excorticatis lotis in aqua calida. Deinde coctis cuȝ aceto. Hui⁹ etiā intentionis eſt euaporatio facta cū ſpongia infuſa in aceto decoctionis roſaꝝ aut balauſtiaꝝ aut ſimiliuȝ. Uerū hoc eſt ſuſpectuȝ niſi cū materia pauca fuerit aut in principio principiante cū nondū materia repſit in locū. Et hec quidē cautela eſt vt adminiſtretur regimen diuerſiuū in eodem: tūc enim hec cura eſt ſm ſapientiam.

¶ Secundā rē complent adminiſtrationes euaporationū nunc humidoꝝ nunc ſiccoruȝ ſicut diſpoſitio materiei exigit. Et recipimus ſpongiā marinam aqua calida infuſaȝ ⁊ expreſſam alia euaporatoria precedere pri⁹: tamē loco palma manus leniter fricato ⁊ oportet vt ſit ſpōgia lata ⁊ ampla ex omni parte circundans ⁊ oportet inter carnē ⁊ ſpon

gitaīi pannum antiquum ſubtilem ⁊ ſiccū interponit et ſu‐
pra ſiccū alium ꝑmutari ſingulis iterationib⁹ atq̄ʒ iteratio
nibus adminiſtrationis ſpongie ⁊ opʒ eſſe aquam dulcem
ac lenem:⁊ qn̄q̄ʒ decoctionis camomille aut aneti aut ſimi‐
liū.Et aqua ſalſa eſt foꝛtioꝛ aqua dulci ⁊ hoc qn̄ opʒ ⁊ qn̄q̄ʒ
facim⁹ illud cū veſica aqua calida ſemiplena.Ex bonis eua
poꝛatoꝛijs eſt aq̄ decoctiōis furfuris ⁊ camomille aut aneti
aut herbe vitri:⁊ adhuc ſacellatiōes ex herba vitri ⁊ furfu‐
ris poſtq̄ʒ calefactū fuerit in latere calido ſup quē roꝛatum
prius fuerit acetū ꝑmixtū aqua aut cū aq̄ ſola aut aq̄ ſalſa
ſm qđ exigit diſpoſitio materie: ⁊ qn̄q̄ʒ madefiūt in aliquo
eoꝝ prius.Deinde calefiunt ⁊ ſupponunt.Et foꝛti⁹ his eſt
euapoꝛatoꝛiū factū ex oꝛobo ⁊ ſeminib⁹ aut folijs caulū ⁊
aceto poſitis ſup lanā imbibitaʒ oleo aut oleo anetino.Ex
ſiccis aūt euapoꝛatoꝛijs eſt ſacellatio facta cū furfure ⁊ ſa‐
le calefactis aut milio ⁊ ſale calefactis aut panico ⁊ ſale.Ex
medijs inter humidū et ſiccū eſt vas eneum aut terreū aq̄
calida plenū ⁊ opʒ vt ſit vas amplū cōnexū vt ex oī parte.
circundet.Et q̄dem ſup oībus his canon eſt quē ſemp obſ‐
ſeruari iubem⁹:qm̄ circa cito et tarde reſolubile inteſe aut
remiſſe calidū ⁊ circa in ſuperficie aut ꝓfundo poſitū eua‐
poꝛatoꝛij adminiſtrationes opʒ cōmenſurare.ſic em̄ tradi‐
tur ſcientia ſm ſapientiā.Et adhuc q̄dem canō eſt debere
ab humidis et debilioꝛibus incipere.Et q̄to ꝯpatioꝛ ⁊ ſic‐
cioꝛ fuerit materia tanto tardius ad foꝛtioꝛa ꝓrumpere ne
reſoluat materie ꝙ ſubtile eſt:⁊ cadat:deīde durities in re‐
ſiduo.Hoc namq̄ʒ cauendum eſt.Cauendum etiam ne va‐
poꝛ ex euapoꝛatoꝛijs ad egri nares aſcendat.Diſſolutionē
em̄ ⁊ triſticiā ⁊ anhelit⁹ cōſtrictionē generat cū aūt ex ſerie
operationis huius peruenerit ad hoc vt doloꝛ et ꝓſctura
qualiſcunq̄ʒ fuerit reſoluantur aut ſm aliquid aut integre
ſubeſt excuſatio tranſeundi ad aliud. Si vero multiplicat
vſq̄ʒ adeo vt dilatet et aſcendat doloꝛ vſq̄ʒ ad furculas:aut
vſq̄ʒ ad hypocōdria extendat:tunc certū eſt ꝙ reſolutionē
repletio agitatiua pꝛohibet:immo adhuc euapoꝛatio dila
tat agitatam ⁊ multiplicat.⁊ hoc maxime cum repletio fue
rit in toto:tunc ad aliud genus cure pꝛocedendum eſt quē‐
admodum dicemus iam.

¶ Tertiam igitur rem cōplent adminiſtratiōes medicamī nū ſm exigentiā vnius duarū occupationū. Et prima ḋdez eſt ꝙ ſi materia fuerit dilatata aſcendēs vſqꝫ ad furculā et nondū ex toto repſit: ſed adhuc eſt vt repat flōmet baſilica ex latere oppoſito ⁊ extrahatur de ſanguine vſqꝫ dū altere tur color eius: iuxta virtutis ⁊ etatis exigentiā. Et quādoqꝫ apud pluralitatem repletionis iubemus flobothomari ex ſaphena ptis oppoſite. eſt em̄ ei⁹ iuuamentū ſublime feſti nū: ⁊ ꝓprie apud aſcenſum materiei ad caput. huius etiaꝫ intentionis ſunt ventoſatiōes in crurib⁹: ⁊ fricatiōes in ex tremitatib⁹ ⁊ clyſteria lenia ⁊ que hoc curſu ꝓcedunt. Se cunda ṽo eſt ꝙ ſi materia fuerit decliuior ad hypocundria ꝓponenda eſt clyſterizatio. Deinde ſi neceſſitas expetit flo bothometur baſilica ſilr partis oppoſite: ⁊ non excludatur ſi virtus pmiſerit flōmia ſaphne. Et vniuerſaliter ḋdez ex tractio fecis: ⁊ alleuiatio partiū ventris a fece et ventoſitas te excuſat ab additione nocumentoꝝ in hac egritudine. Adminiſtrentur igit̄ clyſteria leuia facta ex eo qđ eſt ſicut aqua ordei cū radice maluaꝝ: ⁊ aqua ſicle pauca: ⁊ ſimili bus. Et ne excedas in vſuꝫ eoꝝ niſi vſqꝫ ad illud qđ ſignifi cabitur tibi ex diſpōne: qm̄ conſueuit egritudinē hāc flux⁹ ſanguinis ſequi imoderātiā. Et ſi quidē fuerit cū eis acceſ ſus incolumitatis ad anhelitū ⁊ lenteſcentiā febrium: tunc ex huius apparitio ſignificatiōis laudabilis. Si vero non cōtraria. Ex reb⁹ aūt maximi iuuamēti ad diuertēdū mor bi materiā eſt poſitio vētoſarū ſup locū doloris: nūc cū inci ſione nūc ſine ea ſicut exigit neceſſitas. ſedatur em̄ ex hoc dolor interdum ⁊ interdū materia ad partes cutis trahit. Uerum opꝫ operationē hāc ꝙ precedat corporis mūdifica tio cū flobothomia ⁊ ſolutiōe ventris ex his que dicemus. Uerum hoc a ſeptimo vſqꝫ ad decimū quartum dieꝫ et hoc proprie cū intelleximus materiam morbi poſſe reuocari ad cutē. huius ēt inētiōis eſt emplaſtratio ex ſinapi: ⁊ ſilib⁹. ¶ Quartā rē cōplent flobothomia: ⁊ corpis mūdificatio cū medicinis ſolutiuis ſm neceſſitatis exigentiam. Et hoc qđ nunc diſcutimus: dirigit intētionē noſtraꝫ ad egritudinem iam factā in qua repſit ſm totalitatē ipſi⁹ materie. Neceſſa ria eſt ergo flobothomia tūc ſi ex ſanguinis abūdātia fue

rit ex baſilica partis que ſequitur doloꝛē facta vſq; ad colo‑
ris ſanguinis permutationem cum conditionibus virtutis
⁊ etatis. Excuſat eñ ab alijs hec flobothomia niſi fuerit cō
ſtipatio nature tūc eniȝ lenienda eſt natura cū his que ſūt
ſicut ſyꝛacoſt: ideſt manna ⁊ myꝛoba. de violis: ⁊ decoctio
violarum cum iuiubis in aqua oꝛdei. Et que hoc curſu ꝓce
dunt: aut cum enemate leui. Si auteȝ materia colerica fue
rit tunc flobothomia ⁊ ventris ſolutio neceſſaria eſt. ⁊ ſimi
liter ſi flegmatica aut melancolica fuerit. veruȝ opoꝛtet flo
bothomiam prepont ex ſolutiue niſi ventris fuerit cōſtipa
tio. tunc enim precipimus lenire p̄ius naturam. Mūdifica
tionem autē coꝛpoꝛis cum medicina ſolutiua opoꝛtet ꝙ pre
cedāt preparatiua ad materiei digeſtionem neceſſaria ⁊ ſi
quidem materia colerica fuerit requirit inflammatio ei⁹ in
frigidationem maioꝛē ⁊ humectationē non tamen expoliā‑
da a virtute abſterſiōis: ⁊ de hoc quidem genere ſunt aqua
citrulli ⁊ melonis indi ⁊ cucurbite et ſimilium et ꝓpꝛie cuȝ
eo qđ eſt ſicut ſecaniabin qđ ſcripſit Gal. cuius hec ē ꝯmi‑
xtio. ℞. mellis partē. j. zucchari ſalemeni ꝑtes. ij. aceti ⁊ aq̄
dulcis ſit: añ. partē. j. Ineſt aūt huic ſecaniabin virt⁹ extictio
nis ⁊ ſedatiōis ſitis: ⁊ abſterſiōis. ⁊ ſi duplicat̄ i eo mel ꝓue
niet ex eo abſterſio maioꝛ ⁊ ſi addit̄ ei ad acetoſitatē eſt ob
uiatiuū magis ebulitiōi colere ⁊ m̄tiplicatiōi ſitis: ⁊ ſit do
ſis ei⁹ ab. ℥. ij. vſq; ad. iiij. cū aliquo ex p̄dictis ſuccis: aut cū
aqua habēte tēperiē inter calidū ⁊ frigidū ſi eſtas fuerit: ⁊ ſi
fuerit hyēs detur cū aq̄ calida. ita tñ ꝙ i matutinis p̄cedat
hauſtū eius pot⁹ mucillaginis pſilij ex aqua ſola: aut ex aq̄
granatoꝛū dulciū ⁊ aqua dulci cū iuleb. ⁊ ſubſequat̄ ipſum
circiter per duas hoꝛas potus aque oꝛdei.

¶ Si autē reȝ pluris humectationis ⁊ minoꝛis abſterſiōis
diſpoſitio exigit ſyꝛupus violatus cū aqua iuiubarum dā‑
dus, eſt cum aqua oꝛdei cū violis cōditis. Reſcindant̄ aūt
omnia que infrigidāt ⁊ cōpingūt ſicut poꝛtulaca papauer
⁊ ſimilia. niſi aliqua neceſſitas exigat ſicut dicemus.

¶ Si aūt febꝛis ⁊ eſtuatio anhelitusq; frequētia ⁊ ſitis in‑
ualuerit ſuccurrendū: tūc cū eo in quo eſt humectatio ſola
ſicut eſt mucillago pſilij ꝓpꝛie ⁊ iuleb ſubtile ſoꝛbēdo ex eo
ſemꝑ aliqđ poſt aliqđ: ⁊ ſi fuerit cuȝ hoc conſtrictio nature

dādus eſt ſyrupus de prunis cū mucillagine pſilij: et ſilia.
¶ Si aūt materia ſanguinea fuerit requiritur virtꝰ infrigida
tionis minor ⁊ abſterſionis maior: ⁊ proprie cū eo qđ eſt ſi-
cut ſecaniabin in quo duplicatur mel cuius hauſtum pce-
dat ſicut in matutinis hydromel ⁊ iuleb factū ſubtile vtrū
qꝫ ⁊ ſubſequatur aqua ordei decoctionis capillorum vene-
ris: ⁊ ſimilium. ¶ Si autem materia fuerit ſanguis flegma
ticus requiritur minor infrigidatio ⁊ maior abſterſio cū eo
qđ eſt ſicut ſecaniabin proprie: ⁊ decoctio yſopi: ⁊ radix lilij
huius etiā intētionis eſt hydromel: et ſilia. ¶ Si vero fue-
rit materia ſanguis melancolicꝰ detur ſyrupus mellinus: ⁊
hydromel cum decoctione aneti vel lupuli: vel bugloſſe: ⁊
yreos et ſimiliū. Et ſuper his canon eſt vt res lenientes: ⁊
remouentes aſperitatem precedant res que abſtergūt im-
mo non expolientur ab eis. ſic em̄ felicitat operatio. ¶ Cū
autē adminiſtrationē medicine ſolutiue cognoueris neceſ
ſariā eſſe in re eſt vt conſideres. Nam ſi febris vehementia
inualuerit cū extenuatione: tunc timendū eſt ſolutiuū ⁊ ex-
cuſat ab ipſo ſola flobothomia in qua: nō eſt timor niſi for-
ſan apud nature cōſtipationē ⁊ iubemus eā liniri cū aqua
ordei: ⁊ violis cōditis ⁊ pulpa caſſiefiſtule: ⁊ manna: ⁊ ſili-
bus: aut cū aqua prunorū. ⁊ que hoc curſu procedunt: aut
cum clyſteri lenitiuo ex hiſque ſcis.

¶ Materia vo euacuanda qualiſcūqꝫ fuerit: oportet vt eua
cuetur cum eis cum quibus cum ſolutiōe eſt lenificatio: de
quorum ſumma ſunt viole proprie humide ⁊ ſicce: ⁊ condi
te: ⁊ ſyrupus ex eis: ⁊ ſiracoſt: ⁊ tereniabin: ⁊ zuccharum al-
hoſor: ⁊ caſſief. ⁊ ſimilia: et proprie ſi materia fuerit colerica
⁊ quandoqꝫ miſcet cū eis ſicut ſunt trociſci de violis: habē-
tes aliqđ ſcamonee: ⁊ nos ſcripſimus pmixtionem eorū in
capitulo de aſmate. ¶ Et ſi fuerit flegmatica materia eua-
cuanda eſt cum eo quod eſt ſicut puluis yreos. aut agaricꝰ
aut yſopus: aut alhaſce cū myroba. de violis mellitis ⁊ tere
niabin et aqua ordei. ¶ Si vero fuerit melācolica cū eo qđ
eſt ſicut elleborus niger cū aqua ordei: ⁊ iam quidem Gal.
pcepit aquā ordei poſt ſolutiuū ppinari debere aut aquā
mellis vt lenificet et abſtergat virtutē ſolutiui: et ſi diſpoſi-
tio aliqua eſt que erigat: neceſſariū eſt vti clyſteribꝰ leni-

bus medijs ⁊ acutis ſm neceſſitatis exigentiā ⁊ ꝓpꝛie cū dolor ⁊ ꝓclivioꝛ ad hypocondria fuerit.

¶ Quintā rem cōplent adminiſtrationes medicinarū ſputū facilitantiū ipſumꝙ velocitātiū. ¶ Et hoc quidē pficitur cū inchoatiōe ab hūectātibus ⁊ lenificantibus ꝓcedendo ad res tēperate abſterſionis. ¶ Et ſi quidē vehemēs inflāmatio fuerit cū eo qđ eſt ſicut aqua melonis indi aut aqua citrulli aut cucurbite cū aq̄ zucchari aut aqua oꝛ. excoꝛticati decocti in aq̄ pluris decoctiōe vehemēti cū iuleb. ¶ Et ſi quidē nō adeo fuerit vehemēs ſufficit aq̄ iuiubarū ⁊ ſebeſten cū violis ⁊ ſeminibus citonioꝝ: ⁊ oleo amigdalarū dulciū, cū iuleb. ⁊ aqua mellis aut aq̄ zucchari. ¶ Et nō pmittatur poſt illā aqua oꝛdei ſicut poſt horā et i ꝓceſſu rei ꝓcedēdū vſꝙ ad id qđ eſt ſicut decoctio radicū lilij: ⁊ capilloꝝ veneris in aqua oꝛdei cum hydromelle. ¶ Uerū aqua mellis eſt vltimioꝛ ad hūectādū ꝙ aqua oꝛ. ⁊ aqua ficuū et paſſularū eſt huius gñis poſt iſta ⁊ ꝓpꝛie cū myꝛoba. de violis ⁊ aqua mellis: et oleo de amigdalis dulcibus ⁊ ſimiliter aq̄ liquiritie cum eis aut ſine eis: ⁊ facimus ſeq̄ poſt illā aquā oꝛdei: ⁊ eſt via rectioꝛ: ⁊ quandoꝙ perueniemus ad gradū eoꝛum que ſunt decoctio yſopi: ⁊ ſimilia: ⁊ ex rebus ſputuꝫ facilitātib⁹ ex ſoꝛbitio facta ex aq̄ ad caliditatē declini hora poſt horā ⁊ ex eis eſt embꝛocatio facta ſuper locū doloꝛis cū aqua calida. minuit enim doloꝛem ⁊ ſputū accelerat: ⁊ ſi ſit decoctionis maluarū aut fenugreci: ⁊ ſimilium magnificatur operatio eius ⁊ conferunt ei cerota ⁊ emplaſtra: ⁊ ex eis quidem ſunt melioꝛa in quibus eſt lenificatio cū reſolutione non eleuata: ſed quaſi in gradu pꝛimo. Deinde ꝓcedendū paulatim ad ea que amplius eleuantur: ⁊ ex reb⁹ vtilibus non eleuatis eſt cirotum ex oleo viola. ⁊ cera: aut ex oleo amigdalino ⁊ cera: et eleuantur ſuper iſta quecunꝙ fiūt ex mucillaginibus aut adipibus alijs: ⁊ adhuc ex yſopo humido: ⁊ ex eis eſt foꝛtius ex radice lilij aut fenugreco ⁊ ſemine lini: ⁊ abſinthio coctis cū ſucco herbe vitri: ⁊ oleo de camomilla ⁊ pauco melle: ⁊ adhuc eſt foꝛtius his ex caulibus elixatis cum butyꝛo aut ex cinere radicū cauliū cum adipe: ⁊ nos quidem plura ex his ſcribemus poſt: ſi de⁹ voluerit. Et ex his q̄ valde ſputū facilitant, eſt, vt dominus ia-

firmus ſuper lat⁹ doloroſuȝ ⁊ ſorbeat hora poſt horā pau-
latim ex aqua calida: ⁊ aqua zucchari aut aq̄ mellis calida
⁊ ſimilibus.
¶ Sextam rem complent adminiſtrationes medicaminuȝ
ſedantium accidentia ſuperuenientia huic egritudini q̄ ſi
vltimantur accidit ex eis timor: ⁊ deſperatio: et ſunt ꝓpͥe
permixtio intellectus alienatio vigilie ſitis vehemens flu-
xus ventris: ⁊ ſanguis ex naribus: intellectus autem ꝑmi-
xtio ⁊ alienatio q̄nq̄ accidit apud permutationeȝ pleure-
ſis: ⁊ nos loquemur de ea: ⁊ q̄nq̄ accidit ex ꝓprietate cuiuſ
dam ſpeciei pleureſis: ſicut ꝓpͥe q̄ꝺ fit in velamine diſtin
guente magno: ⁊ eſt dyafragma ⁊ cōicat cū cerebro mediā
te neruo quodam magno qui dilatatur ⁊ contexitur in ſub
ſtantiam panniculareм ⁊ oportet vt in hac parte gemina-
re curam ſimul pleureſis ſicut ſcribemus nunc et freneſis
ſicut in proprio loco ſcripſimus: ⁊ hic erit modus curatiōis
ſi deus hanc egritudinē curari permiſerit. ¶ Uigilie anteȝ
ſi accidant interdum acceſſum ad permixtionē intellectus
ſignificant: ⁊ proprie dum multiplicantur ⁊ tunc neceſſaria
eſt adminiſtratio ſpērum de iacur: ⁊ ſyrupus de papauere
⁊ decoctionis eius: ⁊ hoc cū cautela ne ſputū cōpingant et
prohibeant: quod es res deterior eis. ⁊ medicine ex ſemine
papaueris. meliores ſunt eis q̄ ex cortice: ⁊ cautela ſocieta
tis aufert hoc nocumētū ⁊ ꝓpͥe ſi aſſocieť ei⁹ q̄ꝺ eſt ſicut
decoctio paſſulaꝝ aut aq̄ mellis aut rob: ⁊ q̄ꝺ eſt eis ſimile.
¶ Sitis autem accidens eis ſedāda eſt cum humectantib⁹
⁊ vehementiam inflammationum extinguentibus ſicut cū
aqua citrulli proprie ⁊ melonis indi: ⁊ mucillagine pſilij: et
ſimilibus: de quibus loquemur in proprio capitulo. Ueruȝ
oportet nō eſſe frigida actu: ⁊ oportet admiſceri aliqua eis
ex abſtergentibus ſubtiliter vt lenificetur ſputum: ⁊ ſi fue
rit ſitis a cauma te ſpūalium adminiſtreť libertas aeris tē-
perati declinis ad humiditatem ⁊ vngatur pectus etiā ex
ceroto de oleo viola. ⁊ cera: ⁊ ſimilibus. Si auteȝ fuerit ab
ebullitiōe colere rubee confert ſecaniabin ſubtile. q̄ꝺ ſcri-
pſit Galie. cū aqua pluuiali ſyrupus viola. cū aqua pluri-
ma ſedat hanc ſitim ⁊ aqua ordei habens bonitates ſuas
ex materia permixtionis ſue ↄfert ſicut hyppo. dixit. ¶ Flu

fluxꝫ aũt ſanguinis in naribꝰ cõtingentẽ eis poſt criſiꝫ ſiſte-
re nõ debemꝰ niſi ſupfluat: ꝛ ſi fuerit: nõ creticus ſed ꝓpter
exuberãtiã ſanguinis cõfert: tũc flomia ꝛ alia q̃ diximꝰ i ca-
pitulo ꝓprio. Fluxus vẽtris accidẽs eis in morbi pricipio ẽ
ſm vnũ duoꝝ modoꝝ: aut eñ ꝓpter multitudineꝫ materie
cum preſiſtentia regulatiõis nature: et ſequit̃ ex hoc anhe-
litus facilitas ꝛ lenteſcentia febris: et eſt ſignificatio bona:
aut eſt ꝓpter exuberantiam materie ꝑter ꝙ reguletur na-
tura: immo eſt ſicut egurgitãs ꝛ eſt ſignificatio mala: ꝛ pro-
prie cũ non ſiſtitur ꝑ ipſum difficultas anhelitus triſtitia ꝛ
febris inflãmatio. tunc eñ fortaſſis ſupueniet mors in. iiij.
vel ante. ¶ Si autem accidat fluxus ventris in fine morbi
eſt ſilr ſm alios duorũ modoꝝ: aut eñ expellitur materie
ad epar ꝛ viſcera: ꝛ ſequetur. ipſum incolumitas: aut acci-
dit a debilitate epatis et proſtractiõe digeſtiue ꝟtutis ꝛ cõ-
tẽtentiue i ipſo ꝛ ſequitur poſt ipſum pernitioſitas.
¶ Septimã rem complent adminiſtrationes regulationũ
circa regimen egri in gñibus ſex rerum. ꝛ ꝓprie vt dirigat̃
eis temperies in aere que ſit vt cũꝗ ad caliditatem decli-
uis ꝛ timeatur obtuſio: ꝛ acuitas in ipſo ex multiplicatio-
ne boree: ꝛ auſtri inquantũ poſſibile fuerit: ꝛ fiat elonga-
tio a fumis ꝛ vaporibus et ventorum flatu: ꝛ ab aere agita-
tionis aquarum ꝛ ab eſtuoſo ꝛ ſicco. ¶ Nutriens aũt opor-
tet cõmenſurari eis ſm cõſideratiõnẽ noſtram quaꝫ dirigi-
mus aut ad morbũ aut ad patientẽ: ꝛ ad morbũ q̃dem aut
ſm quãtitatẽ acuitatis: aut ſm horã acceſſus ꝛ receſſus eiꝰ
et multitudo q̃deꝫ acuitatis facit neceſſariã ſubtractionẽ
nutriẽtis ſicut paruitas multiplicationẽ ipſiꝰ. Et hip. q̃dẽ
dixit apud vehementiã doloris ꝛ acuitatis ſi cibus det̃ eſt
ponere egrũ ad deſperationẽ ꝛ mortẽ. Et illud ideo qm̃ nã
debilis ad alterã duaꝝ occupationũ aut deficiet ad vtrãꝗ
intendet: ꝛ certũ eſt furiã ex reſiſtentibus naturale et ſup-
peditatiõe multiplicari: quare tunc nutriẽs oino ꝓhibẽdũ
eſt: ꝛ adhuc nutrire circa acuitatis ꝛ doloris aduentum ſeu
augmentũ horrendũ eſt magis circa ipſiꝰ vltimitatẽ. Apud
vero acuitatis ꝛ vehementie doloris declinationẽ non ſu-
ſpectũ eſt et minus apud lenteſcẽtiã. Ulterius aũt nutrien-
dum qñ tam accidẽtia quieta: ꝛ leuia ꝛ facilia fuerint: ꝛ ad-

huc vlterius qñ iam ex toto remiſſa ſunt. ¶ Nutriens igr̃
cũ nondũ in toto dolor leuior fuerit cũ eo qḋ eſt ſicut aqua
or. ⁊ aqua zucchari aut aq̃ mellis vtriuſq; factis ſubtilibꝰ.
Et cũ iaȝ a dolore alleuiatũ egrũ inueneris: ſed nõ integre
ſis cõtentus aq̃ zucchari: ⁊ aqua or. decocti i aqua plurima
decoctione vehemẽti aut aq̃ alteraniabin cũ aqua or. deco
ctis vehemẽter. facilitãt eñ ſputũ: ⁊ ſi vlteriꝰ ſollicitare vo-
lueris ex amigdalis iuſculũ decoctionis eaꝝ admiſcebis ⁊
dabis cũ melle modico aut zuccha. ⁊ ex eis eſt aqua alchã-
deres ⁊ aqua triti. ⁊ ꝓprie cũ amplius egrũ alleuiatũ inue
neris. ſilr̃ iuſculũ ex maluis et critolocanna ⁊ bletis et ſicla
⁊ cucurbita ⁊ ſorbitiões earũ ex fabaꝝ farina ⁊ concedimꝰ
in fine febris pulmẽta ex butyro. Et poſt febrem iuſcula ex
herbis cũ carnibus teneris aut vitellis ouoꝝ. Et quidam
ex antiquis dabãt panẽ cũ aqua zucchari et iuleb. Gal. aũt
precepit qḋ nunc comprehendit vniuerſitas fermentatum
non dari: facit eñ apertionez apatis ante digeſtionem. Et
azimus non dari: ſputum enim inuiſcat.

¶ Cum aũt rupturã apatis querimꝰ: ⁊ damus fermentatũ
rupturam eñ apatis facilitat ⁊ vlr̃ quidẽ cõcedũtur eis cã
na melle ⁊ granata dulcia ⁊ poma dulcia elixata aut aſſata
⁊ paſſule ſine interioribus ⁊ cheſmes ⁊ iuiube complere ⁊
amigdale. Et qñq; extẽdimꝰ vſq; ad piſces degẽtes in ſcro
pulis ⁊ proprie habentes ſquãmas; ⁊ hec proprie tribuan
tur ſicut exigit diſpoſitio. Et in pleureſi q̃dẽ flegmatica dã
da eſt aqua cicerũ aut aqua ordei ⁊ cicerũ cũ melle ⁊ aqua
cauliũ cũ oleo amigdalino aut lacte amigdalaꝝ ⁊ cibẽtur
ſicla cũ oleo amigdalino: aut lacte earum ⁊ melle: et detur
etiã alteraniabin cũ yſopo et melle aut pulegio: eſt eñ ci-
bus bonꝰ. Et dico ꝙ tẽpus etas regio ⁊ cõſuetudo i admi-
niſtratione quãtitatis nutrientiũ ⁊ numeri vtrũ paruȝ vel
multũ ſeml aut amplius dari debeãt regulat. quare diſtin-
guendũ eſt in illis ſicut ſcis. Potꝰ aũt eis bonus eſt aqua
zucchari ⁊ aqua mellis ⁊ iuleb ſubtile et aqua ordei ſubti
lis ⁊ que hoc curſu procedũt. Aquã autẽ in hyeme calidaȝ
bibant: in eſtate vero tẽperatã. Uerũ abhorreãt aquã frigi
daȝ niſi in duobus caſibꝰ. ⁊ hoc quidẽ in tuſſi ſicca ⁊ aſpe-
ra ⁊ in ſiti et caliditate vehementi tunc eoque concedimus

ipſam

ipſaȝ frãgẽtes frigiditatẽ eius cũ ſecaniabin ⁊ iuleb acqui rentes ei ex virtute inciſiõis allecaniabin virtutẽ penetra tionis vt penetret ⁊ diſcurrat in venas ⁊ ſigillet. Deinde ex frigiditate ⁊ humiditate virtutis aq̃ extinguẽs inflãma tioneȝ et ſedans aſperitatẽ et ſitim. hoc eſt eniȝ quod non omnes compꝛehenderunt. In moꝛbi autẽ declinatione de tur eis vinum albuȝ dulce et ſubtile et rob cũ aqua pluuia li: et aqua mellis: et conceditur vinuȝ aquoſum eis lene et vinũ chelmes ⁊ aqua decoctionis alchelmes et aqua paſ ſularum ⁊ iuleb ⁊ que hoc curſu pꝛocedunt. In flegmatica vero ſoꝛbeant aquam mellis ⁊ quandoq̧ decoctionis yſopi et que hoc curſu pꝛocedunt. In melãcolica vero cibẽtur ſoꝛ bitionibus factis ex ſanich tritico ⁊ melle ⁊ alteraniabin ⁊ oleo amigdalarum et ex ſoꝛbitionib⁹ factis ex farina faba rum ⁊ iuſculis ex lingua bouis domeſtica ⁊ ſilueſtri. Potẽt aquam mellis cum aqua mellis lupuli aneti ⁊ ſimiliuȝ. Et ꝗdem iam dictum eſt in hac egritudine ventreȝ fluxibileȝ cum moderãtia fieri. Et eñ eius ſtrictura vel largitas plu rima non eſt bona. In lubꝛicitate igitur vẽtris pꝛohibẽda ſunt iuſcula ex herbis. Danda ꝟo ſunt apud vẽtris ſtrictu ram ⁊ cuȝ ſitis aſpera fuerit ⁊ ꝓhibẽda ſunt granata et po ma cuȝ ventris cõſtipatio fuerit. Dãda vero ſunt apud lu bꝛicitatẽ ipſius ⁊ ſic intelligendũ eſt de ceteris. Cibare aũt aut potum dare nõ niſi a fece purgatis viſcerib⁹ vel ſalteȝ membꝛis digeſtiõis pꝛime. Hyp. iuſſit neq̧ accidẽte doloꝛe neq̧ pͥſente eo neq̧ in hoꝛa deterioꝛi hoꝛaruȝ. Silr aũt nec aperias venas fece cõſtipatis viſcerib⁹ aut lubꝛicitate do minante eis ⁊ ꝓpꝛie vehementi: neq̧ in die cũ natura obij cit moꝛbo: ſed in die minoꝛis agitatiõis ſi poſſibile fuerit. Soluere ꝟo apud vẽtris cõſtipationẽ ⁊ apꝺ materiei decli nationẽ ad hypocundria cũ enematibus magis eſſe cõue niens Gal. iuſſit. In euacuãda vero materia mẽbꝛa nutriti ua ⁊ ſpiritualia obſidente farmacie opus eſſe pͥcepit: ⁊ ene mata vtilia eſſe non negauit ⁊ ꝓpꝛie ſicut diſpoſitio exigit. Adhuc aũt opus farmacie abſcindenduȝ eſt apud febris ⁊ accidentis vehemẽtiaȝ: excuſat enim tunc ab ea ſola ſlob o thomie adminiſtratio niſi foꝛte linire ſiccitatẽ viſcerũ ⁊ pos ſeat. et hoc magis cum clyſteribus facias.

¶Sermo in aqua ordei.

CONſueuerũt antiqui vocare aquã ordei ptiſanuʒ ⁊ cõ ſueuerunt vocare ptiſanuʒ ⁊ chilũ eſſe liquores reſultantes ex elixatione alicuis rei in aquoſo exactiõe caloris operantis in illa. Uerũ chilus hʒ artificẽ calorẽ aĩalis ⁊ ꝓprie vaſe proprio Ptiſanum aũt hʒ artificeʒ calorẽ ignis in vaſe cõi ſicut eſt elixatio carniũ ⁊ frumenti et ordei et aliarum rerũ nutrientiuʒ. Elixationẽ aũt reruʒ medicinalium cõſueuerunt vocare apozima:⁊ inuenerunt aque ordei duplex officium.ſ.lenitiõis cũ abſterſione:aut ſine abſterſiõe: ⁊ ſi qdem eſt cũ abſterſione potũ medicinalem vocauerũt. Eam vero q̃ ſine abſterſione eſt et qñqꝫ vocauerũt potũ tm̃ ⁊ potum ⁊ cibũ. Et in his diſtinguitur modus operationis ſm arteʒ ⁊ ſcientiã quare dupliceʒ in eius operatiõe inuenerunt artem vnã.ſ.facienteʒ eã potum medicinaleʒ:aliaʒ faciente potum tm̃ aut potuʒ ⁊ cibũ. ars vero prima mũdificat ſic. Accipe ordei excorticati ⁊ fricati cũ panno aſpero fricatione vehemẽti vſqꝫ ad excuſſionẽ tenuium corticũ circiter lib.j.⁊ ſit ordeũ ſubtile medium inter antiquũ ⁊ nouũ ſuper ꝙ nõ cecidit de odore corruptiõis aliqd:nec de cõtagiõe fumi aut pulueris ⁊ cõſeruatuʒ fuerit in loco aeris liberi:⁊ iaʒ habuerit ꝑfectionẽ in natiuitate ſua ⁊ pone illũ electum in olla noua mũdata lota ⁊ abſterſa nimis vt non remanſerit in illa de odore quicquã omnino:⁊ ꝓijce ſuꝑ ipſum aque circiter li.xx.⁊ ſit aqua fontiũ dulcis lenis ⁊ ſubtile:⁊ exerce coctionem ipſius cum omni facilitate inquantum poſſibile fuerit ⁊ hoc ſine fumo auferendo a principio ſpumaʒ eius et decoquãtur vſqꝫ ad cõſumptionẽ medietatis aque. aut duaꝝ partiũ eius:deinde coletur ⁊ cõſeruetur in vaſe vitreo:hʒ em̃ hec aqua virtutẽ lenitiuã reſultantem in ea ab aqua ⁊ medulla ordei:abſterſiuam ⁊ lauatiuam a nitroſitate quadã expanſa in cortice ordei interiori regẽte medullaʒ ei⁹. Eſt igit̃ facilis lauatiua ⁊ ſputi facilitatiua. Uentreʒ lubricat:oppilatiões aperit:⁊ vrinã ꝓuocat. Ars vero ſecunda mũdificat ſm hunc modũ. ℞.ordei excorticati circiter lib.j.⁊ frica illud cũ panno aſpero fricatiõe vehementi vſqꝫ ad excluſionẽ ⁊ ad ſeparationeʒ intrinſecorum corticuʒ oĩno.⁊ laua illud lauationibus pluribus cũ aqua

calida: deinde pone id in olla ⁊ funde super ipm aque circi ter lib. viij. deinde bulliant cũ facilitate ebullitione vna ⁊ proijciatur ab eo illa aqua: deinde pone ſup ipm aq̃ calide circiter lib. xx. ⁊ decoque cũ facilitate vſq ad li. x. vel vſq ad li. vij. deinde cola et reconde in vaſe vitreo. Hec aũt aqua ſitiz ⁊ aſperitatẽ ſedat ⁊ inflãmationẽ extinguit pectus pulmonẽ ⁊ guttur lenit ſitiz extinguit: ventrẽ lubricũ reddit p̄cordia humectat ⁊ ſputũ facilitat. Hec aũt aqua vlteriorem recipiẽs coctionẽ infundendo adhuc in ea parũ poſt parũ circiter lib. x. aq̃ calide efficitur cibus ⁊ potus: quẽ q̃buſdã colatũ: q̃buſdã nõ colatũ ẜm neceſſitatis indigentiã Hyp. dari precepit. Et q̃nq adhuc vlteriorẽ recipit decoctionem vſq adeo donec habeat mediocritatẽ inter iunctũ ⁊ liq̃duz ⁊ eſt cibus laudabilis habẽs bonitates ſolẽnes.

¶ Sermo in aqua cicerum.

Dixerunt antiqui duplicem in ciceribus proprietatem eſſe. Et ex eis vna eſt: que eſt expenſa in ſuꝑficie corti cum cicerum humiditas bauracbia cum caliditate ſubtili que tollitur ſola ebullitione. Et eſt alia proprietas q̃ ſedet in toto corpore eorum: ⁊ eſt humiditas dulcis ſubtilis nutribilis tantum inflammatiua. Si vero coxeris lib. j. cicerũ ꝯſeruantiũ adhuc nitroſitatem ſuam cuz lib. xx. aq̃ facili decoctione vſq dum redeant ad lib. x. tunc erit aqua eorum potus medicinalis ⁊ proprie lauatiuus ⁊ abſterſiuus ⁊ apertiuus oppilationum: tam precordiorum q̃ nutritiuorum ⁊ viarum vrine frangitiuus lapidũ in eis. ⁊ mundificat viſcera: ſitim tamen non tollit. Et ſi vlteriorem excipiat coctionẽ ⁊ cum plurima aqua vſq dum acquirat mediocritatẽ inter tenue ⁊ iunctum eſt cibus bonus egritudinibus flegmaticis. Verũ oportet vt detur colatũ. Ex ciceribus autẽ a q̃bus iam expoliata fuerit nitroſitas: fiunt iuſcula incitãtia ventrẽ ⁊ impinguãtia. Sermonẽ i aq̃ mellis iã ſcripſim⁹ in antidotario nr̃o: quare nõ eſt hic neceſſe repetere.

¶ Haboali. Juleb alchesmes conferẽs cũ auxilio dei pleureſi ⁊ doloribus pectoris. ℞. alchesmes ⁊ paſſulas ⁊ decoquantur in aqua decoctione ſufficienti: ⁊ accipe hmõi aque partẽ. j. penidiarũ partem. ẞ. decoquantur vſq duz ſufficit ẜm eundem modum fiat iuleb.

¶Idem.Syrupus conferens tuſſi ⁊ pleureſi.℞.ſucci gra=
natoꝝ dulciū lib.ij.ſucci cannarū mellis lib.j.penidiarū tā
tūdem.Fiat ex eis ſyrup⁹ bon⁹:ſi deus voluerit.

¶Joannitius.Juleb ſubtile cōferens pleureſi cū inflāma=
tione ⁊ ſiti.Accipe ſucci melōis idi:aut ſucci cucurbite aſſe
li.iij.zucchari li.iij.fiat ex eis ſyrupus:⁊ def cū aqua ordei.

¶Idem.Syrupus violaceus conferens febribus ⁊ pleure
ſi.⁊ tuſſi ſicce.℞.violarum recentium ſeminū citonioꝝ:et
citrulli.ana.ʒ.x.ſeminis malue.ʒ.xij.gummi arabici.ʒ.viij.
draga.ʒ.xv.Funde ſuper ea aque calide lib.vij.et dimitte
die ⁊ nocte:deinde bulliat ad cōſumptionem medietatis.
Deide cū penidiarū lib.ij.⁊.ß.fiat ſyrupus.da cū aq̄ ordei
⁊ mucillagine pſilij:mane et ſero.

¶Iſraelita.Syrupus conferens pleureſi.⁊ catarro calido
⁊ tuſſi calide cū aſpitate:⁊ ſiti vehementi factis cauſa ſicci=
tatis tpis.℞.iuiubarū pinguiū:ſebeſten.aā.ʒ.c.violarum:
ſiracoſt.aā.ʒ.x.liq̄ritie florū lingue bouis ⁊ dōeſtice:ana.ʒ.
xij.ſeminis malue:citonioꝝ.aā.ʒ.v.ſup ea ꝓijce aq̄ cal'e.li.
viij.⁊ dimitte die ac nocte deide coq̄ vſq; ad cōſumptionem
medietatis.⁊ cū zucchari li.ij.⁊ ſucci maloꝝ granatoꝝ dul
ciū li.j.Fiat ſyrupus:da cū aqua ordei ⁊ mucillagine pſilij:

¶Idem.Syrupus conferens pleureſi cū inflammatione ⁊
acuitate vehementi ⁊ tuſſi difficili.℞.aque cucurbite.li.iij.
ſyracoſt.violarū.aā.ʒ.xx.pulpe caſſiefiſtule.ʒ.x.infūdātur
oia per diem ac noctē in ſucco predicto calido:deide frica
manib⁹ ⁊ cola ⁊ cū ſucci granatoꝝ dulciū:⁊ zucchari lib.ij.
fiat ſyrupus:da vt diximus.

¶Hamec.Syrupus de violis cōferens pleureſi:⁊ tuſſi cali
de.℞.violarū.℥.ij.ſeminū citonioꝝ:⁊ malue:aā.℥.j.iuiuba
rum:ſebeſtē.aā.ʒ.xxx.Decoque in li.vij.aque cucurbite ad
tertie partis ꝯſumptionē.Et cū zucchari lib.ij.fiat ſyrup⁹.

¶Filius zacharie.Cōfectio trociſcoꝝ feſtinantiū matura=
tionē in pleureſi:⁊ facilitantiū ſputū.℞.violaꝝ:ſucci liq̄ri=
tie.aā.ʒ.x.draga.amili:ſeminis:altee:ſemis feniculi.ana.ʒ.
iij.cōfice cū mucillaginib⁹:⁊ ꝓprie pſilij ⁊ ſeminū citonioꝝ:
⁊ ſeminis lini.Et ſit doſis.ʒ.j.cū ſyrupo violato.

¶Idē.Cōfectio vnguēti liniētis pect⁹ ⁊ facilitātis ſputū.
℞.olei violarū.ʒ.iiij.mucillaginis ſeminis lini:⁊ ſeminis

citoniorū ⁊ mucillaginis ſeminis altee.añ.ʒ.iiij.mucillagi‑nis ordei mūdi cocti ad pfectionē vſqꝫ dū rubeſcat.℥.ſ.et.ß. ſucci radicū lilij.℥.ſ.cere pure.℥.ſ.aggregētur ola bona ag‑gregatione ⁊ inūgatur cū eo pectus.bonū ſi deus voluerit.

¶Sabor rex medorum.Deſcriptio vnguēti ſedantis dolo‑rem ⁊ lenientis ſputum.℞.olei violati.℥.ij.cere.ʒ.ß.adipis anatis ⁊ galline.añ.ʒ.v.yſopi humide.ʒ.viij. butyri ouiū lo‑ti ſepe i aq̄ ordei.ʒ.iiij.mucillaginis ſels lini ⁊ altee:añ.ʒ.x. Et fiat ex eis vnguentū bonum ⁊ expertū. Et ſi materia cō‑pactior fuerit pone pro oleo violato oleum de lilio.

¶Idem.Cōfectio emplaſtri mirabilis ad ea que diximus. ℞.foliorum violarum.ʒ.v.radicū lilij.ʒ.x.farine ordei ⁊ fa‑barum.añ.ʒ.vſ.⁊.ß.mucillaginis maluauiſci ⁊ ſeminis cito‑niorum ⁊ ſeminis lini:añ.ʒ.xij.florum camomille dragagan‑ti.añ.ʒ.vij.cere.℥.ij.olei violati.℥.viij.rob q̄tuꝫ ſufficit ag‑gregentur ola et decoquātur ⁊ ſuppone.Si aūt materia cō‑pactior fuerit ⁊ indiget reſolutione addatur i eo farine ſe‑minis lini.℥.ſ.⁊ ꝓ oleo violato ponatur oleum de lilio.Et ſi caliditas intenſior fuerit adde eis ſucci folioꝝ cucurbite ne‑nufaris:añ.ʒ.xij.⁊ ſubtrahimus ſemē lini.

¶Idem.Aliud ſedans dolorem ⁊ maturās . Accipe farine ordei mellilotí:añ ptem.ſ.farine fenugreci:ſeminis lini:añ. ptēꝫ.ß.ſeminis papaueris albi partis vniꝰ tertias.ij.aut cor‑ticum papaueris partem.ß.vitellum oui vnum.rob quātū ſufficit ad aggregandum ea.

¶Filius amaran.Emplaſtrū cōferens pleureſi.Accipe vio‑larum ſiccarū furfuris farine albe:farine ordei et fabarum malue camomille melliloti partes equales.Cōfice cum ce‑ra ⁊ oleo violato quantū ſufficit ⁊ vtere. Et ſi neceſſitas ex‑petit ad maiorem reſolutionem:adde ficus albas farinā ſe‑minis lini et fenugreci.

¶Si aūt reſolutio quā queris nō fuerit poſſibilis imo ten‑dit ad hoc vt ſuppuret:⁊ hoc ſignificatur ex eo ꝙ nō mūdi‑ficatur in decimoquarto die.imo multiplicatur dolor cum febre ⁊ difficultas ⁊ cōſtrictio anhelitus ⁊ tuſſis ⁊ alia . Et tūc diuertemus noſtrā ꝯſiderationē ad inueſtigādū q̄litā‑tē accidētium ſignificantiū ſup alterū duorū ex his q̄ cōpre‑hendit rō de eſſe virtutis. Nā ſi dolor cū ꝑdictis accidētib⁹

non multū fuerit neqꝫ ꝓpter flōmiam: neqꝫ ꝓpter ſputū ne
qꝫ ꝓpter alia ſedatus ⁊ virtꝰ fuerit fortis expecta ſuppura-
tionē. Si aūt fuerit debilis expecta caſum eius ⁊ mortem.
¶ Et dixit hyp. ꝙ qñ pleureſis nō reſoluitur neqꝫ mundifi
catur vſqꝫ ad diē. xiiij. tūc ꝑmutatur ad collectionē. Et tunc
opꝫ vt ars ꝓcedi collectionē ad ſuppurationē ⁊ ex ſuppu
ratione ad ſtatum īcolumitatis dirigat intētionē noſtrā ad
ſex res. Pria ꝗdem ē maturatio apatis. Scđa eſt īgeniatio
ad rupturā eiꝰ. Tertia eſt abſterſio ⁊ mūdificatio materie
rum. Quarta eſt mūdificatio ⁊ cōſolidatio. Quinta eſt cor-
rectio accidentium. Sexta eſt rerum ſex regulatio.
¶ Primā igitur rez complēt adminiſtratiōes medicaminū
aggregātiū in ſe virtutē lenificatiōis ſimul ⁊ reſolutionis vt
cadat maturatio equalr̄ in materiā collectā ⁊ illā ꝗdez opꝫ
vt latitudinē cū gradatione admininiſtrationis medicami
nū habeat incipiēdo ab eis ꝗ ſunt in gradu tēperate ꝯple-
xionis extēdēdo ad ea ꝗ ſunt maioris eleuatiōis donec ꝑ-
ueniatur ad gradū fortiū. Et ſcias ꝙ̄ ꝑncipiū opatiōis me
dicaminis fortis inequalē facit maturationē aut añ matu-
rationē apa aperit. ¶ Maturatiuorū aūt ꝗdā opantur ad
miniſtrata interius ꝑ os. Et ꝗdā exteriꝰ ⁊ ex īteriꝰ opantis
bus ⁊ tēperatus eſt aqua decoctiōis ficuū ſiccarū et dactilo
rum ⁊ fortius eis eſt decoctio vtrorūqꝫ ⁊ ex eis eſt decoctio
fenugreci ⁊ ficuum ſiccaꝝ cū rob aut ſine eo aut paſſularuꝫ
⁊ fenugreci aut aqua ordei decoctionis ficuum ſiccarum
vel radicum lilij cum melle. Et ex eis eſt fortius decoctio
ficuum paſſularum enucleatarum dactylorum fenugreci: ⁊
ſeminis malue cum beibueg: ⁊ ſi fuerit in eo caliditas vehe
mens tūc cōueniens eſt aqua ordei cū iuleb ſubtili aut cum
aqua mellis aut cum aqua decoctionis maluarum aut ſe-
minū carū aut altee aut radicis lilij aut ficuū ſiccarū ⁊ paſ
ſularū aut feniculi aut ſeminū citoniorū ⁊ ſimiliū.
¶ Confectio trociſcorum facientiū maturationē ⁊ proprie cū
non eſt caliditas vehemens. ℞. ſeminū malue altee farine
fenugreci: ſeminis lini aſſi farine cicerum ſucci liq̄ritie tere
nia bin: añ. fac trociſcos cū mucillagine ſeminis lini. Da cū
eo ꝙ conuenit ex potibus.
¶ Confectio alia trociſcorū conferentiū ei cū quo eſt calidi

tas et febris vehemēs. ℞. violarū ſiccarū dragaganti amili ſucci liquiritie: ſeminum citonioꝝ ſeminum citruli ⁊ meonis ⁊ cucurbite: ſeminum malue altee floꝛū mellilotí: aſi. Fac trociſcos cum mucillagine ſeminuȝ citonioꝝ aut ſeminum lini: da cum eo quod conuenit ex potibus.

¶ Extrinſecus aūt operātium q̄dā ſunt embꝛocatiões ⁊ ꝓpꝛie ex aq̄s decoctiōis malue aut altee aut fenugreci aut ſeis lini aut citonioꝝ ⁊ ſiliū administrare cū ſpongijs. Et q̄nq̧ addit̄ eis ꝙ eſt ſicut mellilotum ⁊ anetū ⁊ herba vitri q̄n opꝫ ſedare doloꝛeȝ. Et q̄n opꝫ. Quedam ſunt linitiones ⁊ ꝓpꝛie que ſunt ſicut cera ⁊ oleū imbibita in mucillagine pſilij ⁊ ſeminū malue aut in mucillagine fenugreci ⁊ ſeminis lini ⁊ altee ⁊ ſiliuȝ. Et ex eis eſt adeps galline anatis ⁊ ſimilia. Et foꝛtius eis eſt dyaqlon diſſolutū in oleo de lilio. Et adhuc foꝛti⁹ ꝙ fit ex mucillagine radicū malue altee farine oꝛdei fenugreci: ſeminis lini ⁊ ſeminis citonioꝝ et melle aggregatis cū butyꝛo loto ⁊ ceroto facto ex oleo et cera. ¶ Et q̄dā ſunt emplaſtratiões ⁊ ꝓpꝛie cū eis q̄ fiūt ſicut ex farina oꝛdei ⁊ mucillagine ficuuȝ cū melle ſimul coctis aut ex farina oꝛdei ⁊ mucillagine cū melle et oleo veteri aut ex dactylis ⁊ farina frumenti et rob et ex valde bonis eſt ꝙ fit ex folijs caulium ⁊ farina fenugreci cū butyꝛo ſimul coctis ⁊ ſilr ex radice lilij cocta cū rob et butyꝛo. Et foꝛtius eis eſt ꝙ fit ex faria oꝛdei ⁊ ſemine lini et fenugreci ⁊ ſemine malue coctis cū mucillagine ficuum ⁊ altee cū melle et butyꝛo ⁊ rob ⁊ adipe antiquo et adhuc foꝛtius ſi addat̄ eis galbanum diſſolutum in rob aut vino dulci. Et adhuc foꝛti⁹ ſi addatur ex fimo colūbino et foꝛtius adhuc ſi addatur vtrūq̧. Hoc aūt medicamen̄ interdū collectionē vſq̧ ad partes cutis adducit. Et ſi addatur ī medicamine herbe albedeſtur aliq̄d operabit̄ id vehementi⁹. Et cōfert ī hac hoꝛa adminiſtratio quietis ⁊ ꝓpꝛie ī aere quieto ⁊ tēperato ad caliditatem ⁊ humiditatē decliui. ¶ Cibos aūt mādúcent maluas blites ſiclam atriplicem cū oleo amigdalino. Et ex ſumma olerum melius eſt leureng. eſt em̄ ei cibus ⁊ medicina citā ⁊ facilem faciens ſpatis maturationē ⁊ laudatur eis aliq̄d alteraniabin ⁊ ius ciceruȝ dulciū cum melliloto et foꝛbitiones frumentales ⁊ ius cauliuȝ ⁊ ſilia ⁊ cōcedātur eis in ſe-

cunda mensa ficus ſicce elixe et dactyli humidi et chesmes et poma dulcia elixa et canna mellis ꝛ ſimilia.

¶Secundam rem cōplent adminiſtrationes medicaminū aggregantiū in ſe virtutē lenitionis ꝛ aptionis cū ingeniationibus ex modis operationum Et ad hoc quidē gen⁹ medicaminis puenienđū eſt cū iam factū eſt dubelati: ꝛ hoc qđem ſignificatur ex remiſſione doloris et febris et multiplicatione grauedinis in loco collectionis.

¶Medicamina aūt qbus ineſt ꝓprietas hoc facere ex eis q̄ ſumunt̄ p os ſunt ſicut ſyrupus de yſopo ꝛ de praſſio. Et ex eis efficatior eſt ſyrup⁹ de ſucco herbe albeduſtar ꝛ mel le aut apozima decoctionis eius cū modico fermenti ſimul diſtemperatis et coctis. Et fortius eſt ſuccus ipſi⁹ cū fermēto ꝛ melle. Et adhuc forti⁹ ſi addatur eis baurach modicū et eſt forte: ꝛ confert in hac hora ꝛ ꝓprie cū natura eſt fortis et febris non eſt adminiſtratio tyriace ꝛ mytridati.

¶Feſtinant eñi ꝛ facilitant apertionem. Et ſilr ſinapis cū aqua mellis aut aſa fetida cum lacte.

¶Ex eis aūt qbus vtimur extra eſt emplaſtrū factū ex herba albeduſter ꝛ butyro aut adipe antiquo ꝛ melle ꝛ forti⁹ eis eſt ſi addatur ex fimo columbino ꝛ fermento: et adhuc fortius ſi addatur baurach.

¶Modi aūt operationū quibus ingeniamur ad aptionē apatis ſunt ꝓuocatio tuſſicule hora poſt horā et fortius eo eſt ꝓuocatio vomitus ꝛ cōfert ante horā eruptionis vt dormiat ſup latus infirmum: deinde reuoluatur ſubito ꝛ impetuoſe ad latus ſanum: ꝛ ſunt ex ingeniantib⁹ qui mouēt et agitant eos lecto penſilij aut in cunis et ſunt qui agitāt ſedem in qua ſedent gubernando eos ne cadant.

¶Et ſint cibi eoꝝ in hac hora ſorbitiōes fermētate ex farina cū melle aut tritico: aut ex farina ordei aut tritici aut ciceꝝ. Et panis fermētat⁹ infuſus aqua mellis aut rob: ꝛ ꝑcedunt̄ eis oua ſorbilia cū pane ꝛ lac calidū ſicut mulget̄ cū pane ꝛ paſſulis et ficus ſicce cū pane. Et comedant̄ in ſcđa menſa grana pineaꝝ cū ficubus ſiccis ꝛ amigdalis dulcib⁹ et amaris ꝛ ſilia. ¶Uerū ſi cū hac arte aꝑa nō rumpit̄ tūc eſt timor in ea: quare opꝫ vt aperiatur collectio cū flobothomo aut cauterio vt ſanies egrediatur ꝛ nō ſubito ne ſuper-

ueniat ei q̄ eſt ſicut debilitatio et ſincopis et mors. Quare opꝫ vt paulatim omni die trahatur et cum cautela.

¶Cum aũt ſanies q̄ expulitur poſt apoſtema iã fractũ aut aggrediẽ poſt aptionẽ iã factã fuerit alba ⁊ vncta equalis nõ hãbẽs de odore corruptionis aliquid omnino ⁊ febris continuat remiſſio paulatim: tunc eſt aliq̄d de quo eſt ſpes ad ſcolumitatẽ ⁊ ꝓpͤ qñ continuantur ei q̄nqꝫ alie ſignificationes laudabiles q̄ ſunt ꝓpͤ lenitas q̄es iocunditas ⁊ deſiderium cibi ⁊ bonitas aliarũ operationũ: videlicet naturalium ⁊ ſpiritualiũ: quare in hac oportet hora vt conſeruet virtutẽ cum carnibus ⁊ cibis tẽperatis neqꝫ terrendũ de febricula: qm̄ eradicabitur paulatim exeunte ſanie.

¶Cum aũt accidentia in contrarium eorum que diximus apparuerint: tunc eſt illud de quo deſperabitur.

¶Inquit hyppo. termin⁹ rupture hui⁹ apoſtematis qñqꝫ pſcribit in. xx. ei⁹ qñqꝫ. xl. ⁊ qñqꝫ. lx. ⁊ illud ideo: quia quãto accidentia collectionis fuerint vehemẽtiora tãto ſtatus vicinior ⁊ eruptio velocior: et quanto accidentia leniora ⁊ pigriora fuerint tanto ſtatus: ⁊ eruptio remotior. Accidẽtia aũt ſup hec ſignificantia ſunt febr. s ⁊ dolor. hec em̄ vehemẽtia aut remiſſa citã aut tardam eruptionem declarant.

¶Tertiam rẽ complent adminiſtrationes medicaminum a ſanie mundificantium poſt collectiõis eruptionẽ. Et quidem hoc ſm̄ exigentiam declinationis ſaniei. In quibuſdã em̄ tranſitum hñs per pulmonẽ excreatur cũ tuſſi. In quibuſdã vero recipitur in vacuitate corporis ⁊ ſubintrãs cõcauam venã tranſit ad epar: ⁊ ſi quidẽ aũt in partem cõcauã eius ⁊ declinabit ad īteſtina magis ſicut ad ꝓpinquiores ductus aut ad partẽ gibboſam ipſius: et declinauit ad vias vrine: ⁊ in quibuſdam fit poſt rupturam ad nullã partium ſaniei declinatio: quare conculcatur ibidem. et eſt materia morborũ difficiliũ ⁊ ptiſis et qñqꝫ prefocat multitudine ſua. Quibus omnibus iaꝫ ſuccurrimus aut mundificet a principio vulnus. Niſi eniꝫ ſicut hyppo. dixit vſqꝫ ad. xl. dies mundificatum fuerit faciet cadere in ptiſim.

¶Cum aũt natura expulſionis ſaniei viam fecerit ꝑ os abſterſiua mundificatiua lauatiua medicamina ad dari opꝫ et in genere eoꝝ ẽ aqua mellis laudabilior ⁊ aqua zucca-

ei ꝛ iuleb: ꝛ ſir aqua ordei ꝛ aqua ciceꝝ ꝛ fortius eis eſt ſe caniabin Sal. qđ ſcriptum eſt in capitulo ꝙ eſt ante illud. Et adhuc eis fortius eſt decoctio yſopi ꝛ ſyrupus ei⁹ et decoctio radicū liliȷ celeſtis ꝛ ſyrupus ipſius mellinus.

¶Huius etiā intentionis eſt loch de caulibus ꝛ loch de ſqlla ꝛ electuariū de orobo ꝛ loch de aliȷs eſt vehementis virtutis in hac parte: ꝛ aſſa aſſa cū melle ꝛ butyro: et nos hec ſcripſimus in capitulo de aſmate ꝛ tuſſi. Plura ꝛ diuerſa ex eis que pectus ꝛ pulmonē a putredinibus mūdificāt. ſcripſimus ibidem que ibi requiruntur.

¶Cōfert etiā vomitus ꝓuocatio cū interpollatiōe cū aqua mellis et ſale aut cum aqua mellis ꝛ baurach aut ſinapi.

¶Cōferunt etiā ſup locū embrocatiōes ꝛ linimenta et emplaſtratiōes ꝛ ꝓprie ex rebus q̄ adiuuāt ad mūdificationē. Et ex ſumma eoꝝ eſt decoctio alhaſce aut yſopi aut yreos aut ſimiliū adminiſtrata cū ſpongiȷs. Et qñq; miſcetur cū eis qđ eſt ſicut ſpica ꝛ lignū balſami et grana ei⁹ et hueg ꝛ ariſtologia rotunda. Et ex eis que liniuntur ſuper locū: eſt oleum de ſpica ꝛ oleū de alchanna ꝛ oleū de lilio et oleum camomillinū ꝛ anetinū ꝛ fortius eſt eis oleū de yreos ꝛ adhuc fortius eſt oleum balſami.

¶Emplaſtrationes aūt op; vt fiant ex eis q̄ ſunt ſicut camomilla mellilotū ſpica ꝛ farina ordei fenugreci ꝛ ſeminis lini et ſeminis malue congregatis cum ceroto qđ fit ex yſopo hūido et oleo de lilio ꝛ oleo nardino et oleo de yreos et cera ꝛ forti⁹ eis eſt et ꝓprie qñ q̄ritur extinctio et ꝓprie factū ex alumine ſulfure ꝛ aſpalto aggregatis cu; oximelle. Et qđem ſup his canō eſt medicinā huius nō eſſe euacuādam ab aliqua trium ꝓprietatū. Et prima quide; eſt vt ſit abſterſiua ꝛ mundificatiua. Secūda vt ſit membri per qđ eſt ſaniei tranſitus confortatiua. Tertia vt ſint expulſiōes facte per illud membrum facilitātia.

¶Et primum quide; perficitur cū eis que ſunt ſicut aqua mellis ꝛ aqua zuccari ꝛ ſyrupus mellinus et alia quoꝝum preceſſit rememoratio.

¶Scđm vero cū eo qđ eſt ſicut yſop⁹ haſce cheſmes: ꝛ ſiſia in expulſione facta per pulmonem: ꝛ ſicut ſpica ꝛ cordumeni ꝛ amigdale amare: et ſiſia in expulſiōe facta ꝑ epar ad

vias vrine:et ſicut trociſci dyarodon ⁊ maſtix ⁊ ſuch.⁊ ſimi lia facta in expulſione per epar ad inteſtina.
¶Tertium vero perficitur cū eo qđ eſt ſicut yreos:⁊ ſemen alcharat ⁊ cartamꝰ ⁊ ſimilia: qn ſanies expurgatur ſputo. Et ſicut decoctio feniculi ⁊ apij ⁊ aqua cicerū ⁊ ſimiliū quādo expurgatur per vrinā:⁊ ſicut ſal ⁊ baurach et cartamus quando fit expurgatio per inteſtina.
¶Et ſunt ex medicinis que aggregant in ſe oēs intētiones ſicut ius galli antiqui ⁊ mel et liquiritia ⁊ capilli veneris:⁊ yſopus:⁊ caſſia fi.⁊ manna ⁊ ſimilia.hec enim adiuuant ad expulſiōes oēs quas diximꝰ.Et ſunt ex medicinis magnis que etiā aggregāt omnes has intentiones:ſed non ſunt ad miniſtrande niſi cū morbus ꝓprie cronicat: ⁊ ſunt tyriaca ꝓprie ⁊ mytridatū ⁊ athanaſia.mūdificāt eñ hec ſufficienter:⁊ ex eis eſt cōfectio mirabilis relata ad Archigenē quā ſcripſimus in capl'o de tuſſi.⁊ ſimilr medicamen de piperibus.Uerū ſup hiis cautela adhibenda eſt.oportet eñ febre lenteſcēte dari ⁊ natura non debili exiſtēte ⁊ cū melle pluſrimo aut aqua mellis vt exiccetur ſanies ⁊ mundificet locꝰ. ⁊ ſit potio eoꝝ circiter auellanā vnā vel duas ſm exigentiam rei cum eo quod cōuenit ex potibus ⁊ ꝓprie cū aqua mellis.In craſtinū autē ſit quātitas eorū minor ſic ſemper diminuēdo donec perueniatur ad mel ſolum.
¶Et ſi non plene cum his mūdificetur.iteꝝ redeatur ad illa:⁊ iterum ſi oportet procedatur eadē doctrina vſq ad id qđ exiccetur in totum. Et ſi cum hoc regimine adhuc nō mūdificabitur plene:accelerabimus cū ſapiētia et adminiſtrabimus medicinā ex arſenico ⁊ ſulphure ſm ſentētiā traditam a nobis in capitulo de aſmate ⁊ tuſſi.hec eñ exiccāt cum fortitudine.Et ſi cum his conſtringitur anhelitꝰ redeūdum eſt ad ea que dilatant ipſum: ⁊ educunt ſaniem ſicut aqua mellis cum medicamine yſopi. ¶Et ſi ſupercaleſiunt ex eorū adminiſtratione redeundū eſt ad aquam ordei cū aqua mellis ⁊ iuleb:⁊ ſiſia.Cum aūt hec accidētia ceſſauerint.ſ.cōſtrictio anhelitus ⁊ ingcaleſactio:⁊ exiccatio iterētur predicta cū v cilſitudine ſm exigentiam neceſſitatis.
¶Cibi aūt eorū ſint ſicut aqua cicerū: ⁊ alteraniabin ⁊ ſorbitiones ſubtiles ex farina cicerū ordei ⁊ fabarū cum oleo

amigdalino ⁊ melle ⁊ zucharo et ius caulium cum oleo ami gdalino. ⁊ quando cum gallinis niſi febris vehementia prohibeat ⁊ ius gallinarum antiquarum: ⁊ ius galli antiqui: et carnes pul line ⁊ edine: ⁊ addatur eis in cibis: aut iuribus eorum dum res expoſtulat ex pipere aliquid: adiuuat enim ad mundificandum ⁊ exiccandum. Et precepit Gal. dari cepas ⁊ allium in ie iunio vt vulnus non claudatur donec mundificetur. Et precepit dum ſanies ad inteſtina declinet dari cibaria que ventrem moueant: ſicut proprie malua bleta atriplices ⁊ leureng: et cum per vias renum educere volueris dari que ſunt ſicut aſpa ragi: aut baucia ⁊ ſimilia.

In ſecunda vero menſa comedat grana pini amigdalas cum melle: ⁊ ſemina feniculi: ⁊ dactilos humidos ⁊ ſimilia. Et conce dunt etiam poſt cibos poma dulcia: ⁊ citonia et pira: ⁊ proprie ſceburdi: ⁊ ſimilia. Potum autem damus eis vinum dulce ⁊ vinum al chesmes: ⁊ vinum de paſſulis ⁊ aquam mellis: et aquam zucchari.

Si autem collectio corrumpitur: ⁊ diffunditur ſanies in lo co collectionis ad nullam partem declinans: tunc oportet cauteria ſu per eodem loco. iij. vel. v. vel plura ſi neceſſitas expetit in pri mis cum cauterio puncti: ⁊ perforetur pectus vſque ad locum ſaniei. Et hoc ſi fuerit in pectore.

Si autem fuerit in latere aperiatur cum ſagitella vſque dum perueniatur ad ſaniem: vt extrahatur ⁊ exiccetur extractioni bus remouentibus materiam donec ſanies paulatim exiccetur in totum mundificationibus ⁊ abſterſionibus quotidie factis cum aqua mellis: aut cum vino mellito ⁊ ſimilibus.

Quartam rem complent adminiſtrationes medicaminum aggregantium nunc virtutem abſterſionis ⁊ mundificatio nis: nunc vero incarnationis ⁊ conſolidationis: ⁊ oportet medicamina huius ſibi inuicem ſuccedant vſque dum plena ap pareat ſanitas. Et dictum eſt aquam mellis abſterſiuum bonum eſſe. Et dictum eſt de alijs que non oportet nunc iterare. Etiam quidem compertum eſt in lacte caprino: aut aſinino aggregari intentiones duas ſcilicet abſterſionis ex parte aquietatis eius et conſolidationis ex parte caſeitatis eius. Et ſi oportet vt ſit lac calidum ſtatim cum mulgetur et ſit poſt bonum paſtum: et pro prie deſiccatiuum. verum aſininum lac ſubtilius eſt quam caprinum. Caprinum vero temperatius eſt eo: et aqua decoctionis ordei

cancrorũ fluuialiũ aggregat ſimiliter intentiones duas p̄dictas et ſil'r lac coctũ cũ oleis. Medicinarũ aũt icarnãtiũ et ↄſolidãtiũ vulnera pulmonis et pectoris ſũma dicta ẽ in capl'o de ſputo ſanguinis: q̄re opꝫ vt pars illa afferat̃ ad locũ hũc. Et loq̄mur adhuc de eis i capl'o de ptiſi ſi de' voluerit. ¶ Cibi ãt eorũ ſint carnes paruarũ auiũ et extremitates edorum et porcorũ iuuenũ et arietũ caſtratoꝝ: et riſum cũ gallinis et triticũ et ſorbitiones tenere ex frumẽto cũ carnibus. Et ex valde iuuantibus ſunt ſorbitiones ex farina ordei: aut ex farina riſi cũ lacte. Et lac coctum cum eis eſt cib' delectabilis: et proprie cum lapidibus fluuialibus: aut calide et ſil'r caſeus recens: et ſil'r ſorbitiones et pulmenta ex lacte cum farina cicerũ: aut fabarum aut amili. Caueatur autem indigeſtio eius. contingens eñ ex lacte moleſta eſt et inimica et ꝓprie quantũ eius nutrimentũ eſt amicũ. ¶ Potus eoꝝ ſit vinũ mediocriter ſtipticũ: et vinũ albũ antiquũ et vinũ antiquũ dulce eſt bonũ eis: et aqua in qua extinguit̃ ferrũ: aut aqua de minera ferri: et aqua roſata: et aqua pluuialis infuſionis gũmi aſſi: et ſiſia: et laudatur eis rob myrtinũ: et ſyrupus eius: et miua cũ aqua maſticis. Et non negligant̃ excellentie zucchari roſati et adminiſtratiões ei' omni hora. fortaſſe enim eſt ipſum ſolum medicina curãs eos: et nos diximus in capl'o de ſputo ſanguinis ꝫ ſermonẽ Gal'. et dicemus hoc lati' in capitulo de ptiſi ſi deus voluerit. Medicinarum aũt ſumma que adminiſtratur emplaſtrãdo dicta eſt in capitulo de ſputo ſanguinis.

¶ Quintã rem cõplent adminiſtrationes medicinarũ ſedãtium accidentia in tota cure latitudine ſuperueniẽtia: et ſunt vehementia doloris et febris: et prauitas anguſtie et ſitis: et tuſſis vehemens: et ſtrictio anhelitus et vigilie et faſtidiũ cibi: que tẽpore collectionis et maturationis timoroſa ſũt maturata autẽ ea ſuſpecta ſunt magis: poſt eruptionẽ aũt ipſius remanentia mortalia ſunt. Uerũ ex eis quedã remanentia ſunt ꝑm magis et minus ſuſpecta. et quedã corrigi poſſunt quedam aũt minime. Inquit enim Hyp. dolor et febris circa ſaniei generationem vehementiora ſũt generata autem ea remiſſiora: et amplius remiſſiora poſt eruptionẽ ipſius et adhuc amplius mũdificata et exiccata ea. Si aũt

In contrarium hoc acciderit:tūc nil aliud niſi peſſimitas ⁊ profunda corruptio ex prauitate venenoſitatis ſignificat: ⁊ hec quidem vere mortalis:⁊ teſtatur hoc virtus apparēs ſicut amurca:⁊ fetidum:⁊ hoc quidem incorrigibile deſperādū oīno. Et hoc idē de prauitate anguſtie dicimus. ſimiliter de tuſſi ⁊ conſtrictione anhelitus. Uigilie autem ſitis ⁊ appetitus defectio aliaꝫ atqꝫ aliaꝫ pñt habere cauſam ꝓpter qḋ non indicanda mala ſimpliciter. Uigilationē autēꝫ efficit mala cerebri cōplexio ſicut ſiccitas:⁊ bauracitas ex mala humiditate occultata in ipſo. Aliquādo aūt efficit frequens agitatio ſup aliqua re.⁊ iam q̄dē diximus curā eius in capl'o de ſahara. Sitis etiā cauſaꝫ pōt habere extraneā: ſicut eſt ꝓprie ſalſuginoſitas ex mala qualitate exiſtēte in ſtōacho:aut caliditas:aut ſiccitas in orificio ipſius:⁊ aliaſi cut dicemus in capl'o ſuo:⁊ curat ſicut diximus ibi. Et ſilr defectio appetitus poteſt habere cauſas quas etiā dicemꝰ in proprijs capitulis.

¶ Sextā rē cōplent adminiſtrationes regiminū ex generibus rerꝫ ſex ſm exigētiā quinqꝫ canonū ſupraſcriptorū. Et hoc quidem dictum eſt.

¶ Filius zacharie. Confectio trociſcorū qui adminiſtrant cum aqua ordei cū qua cocti ſunt cārci fluuiales ⁊ ſyrupus de papauere:aut rob:myrti. Et cōferūt ad cōſolidationē et mūdificationēvulneris pectoris aut pulmonis:quarum ꝑmixtio. ℞.papaueris albi:ſemis cucurbite ⁊ citrullorꝫ excorticatorū añ.ʒ.x. amili dragaganti gummi arabici: ſucci liquiritie:añ.ʒ.v. thuris maſculi ſedenegi loti:boli armenii ſanguinis draconis:charabe:ana.ʒ.ij.myrrhe cynamomi opij:añ.ʒ.ſ. Et fiāt trociſci:⁊ adminiſtrentur.

¶ Idē. Cōfectio emplaſtri feſtinātis maturationē pleureſis ⁊ ſedantis dolorem eius. ℞.aneti:camomille violarū ſiccarum furfuris altee farine ſeminis lini fenugreci :ordei:añ. Decoquant in aq̄ donec ſint diſcocta. Deinde conterantur ⁊ miſce cū oleo antiq̄ ⁊ ſupponat tepidū:et qñqꝫ addunt in eo cinis caulium ⁊ adeps anatis.

¶ Gal'. Confectio loch mundificātis ⁊ abſtergentis ſaniem a pectore ⁊ pulmone. Accipe amigdalarū dulciū et amararū granorū pini:ſeminis vrtice:farine lupinorū:añ.partes

equales. Confice cū melle et da cum eo ꝙ conuenit.

¶ Plures ex ꝑteritis medicinis mūdificātib⁹ pect⁹ ⁊ pulmonem a ſanie et viru dicte ſunt in capl̄o de aſmate et tuſſi: q̄ reperiūtur ibi. Et ex medicinis ſanātib⁹ vulnera pectoris ⁊ pulmonis: plures dicte ſunt in capl̄o de ſputo ſanguinis.

¶ Aboali. Cōfectio trociſcoꝝ ad vlcera q̄ fiūt in pectore et pulmone cōſolidantiū ea. ℞. roſaꝝ balauſtie. aā. ʒ. ij. ſāguinis draconis: amili olibani: aā. ʒ. j. dragagāti: maſticis: aā. ʒ. j. ⁊ ß. accacie: croci: aā. ʒ. j. tertiā charabe: ⁊ myrrhe: aā. ʒ. ß. Confice cum rob citoniorū myrtilorum da cum eiſdem.

¶ Cōfectio medicaminis ex inuētione noſtra: ꝙ eſt medicamen forte ⁊ exptum ad vlcera pulmonis ⁊ pectoris: ⁊ mundificat ea a ſanie: ⁊ materia viſcoſa cōtēta in eis et facilitat expulſionē earū. Cuius hec eſt ꝑmixtio. ℞. olibani myrrhe cynamomi: amomi: granoꝝ pini: radicū yreos gūmi albotin croci: talch: aā. ʒ. iiij. ſpice caſſiefiſtule: carniū dactiloꝝ: aā. ʒ. iij. coſti. ʒ. ij. galbani. ʒ. j. tertias. ij. mellis quātū ſufficit ad aggregādū ea. Decoquant̄ mel ⁊ albotin in vaſe duplici vſq dum habeant ſpiſſitudinem. Deinde ꝑmiſce cū eis galbanum: et fac bullire denuo. Deinde ꝓijce ſuper ipſum puluerem aliarum rerum et da cum eo quod conuenit.

¶ Permutationū aūt pleureſis ad alias egritudines q̄dā ſunt ad bonum quedā ad malum. Permutat̄ aūt in peripneumoniā: ⁊ ptiſim: ⁊ ad malū et ꝑmutatio ei⁹ ad ꝑipneumoniā eſt ſm alterū duoꝝ modoꝝ. Qn̄q enī fit ex cōuerſione materiei pleureſis ad pulmonē: qn̄q ex cōuerſiōe virus ad ipm̄ q̄ non mūdificat̄ vſq ad. xl. dies a ruptura collectionis. Et ꝑmutatio ei⁹ ad ptiſim: ſilr̄ fit ſm alterū duoꝝ modoꝝ aut mediāte peripneumonia: aut ſine mediatiōe ei⁹. Et ꝓprie cum ſanies acuta ⁊ mordicatiua reſoluta ab eruptiōe ſpatis tranſiens ꝑ pulmonē vlcera ſubſtantiā eius.

¶ Et dixit Hyppo. ꝙ qn̄ pleureſis nō reſoluit̄ neq mūdificat̄ i. xiiij. diebus in empima trāſit. ⁊ ſi empima nō mundificatur in. xl. diebus a die rupture permutatur in ptiſim.

¶ Et dixit Gal. ꝙ materia pleureſis qn̄q rapitur fluxu vētris qn̄q natura vincit ſuꝑ ipſam ⁊ expellit eam ad partē aurīū. Et facit collectiones ⁊ eſt ſignificatio incolumitatis. Et quandoq apparet victoria morbi ſupra naturā ⁊ ſignifi-

ficat ex ꝑmutatiõe intellect⁹: ⁊ fit ꝑmutatio in freneſim. Et qñq3 vltimatur materia morbi ſupra naturã ⁊ declinat materia ad cerebrũ: ⁊ interficit vſq3 ad dies iij. ⁊ qñq3 declinat ad neruos ⁊ facit ſpaſmũ. ¶Et dixit iterū. Gal. ꝙ quãdo rapitur ad ptes cordis multiplicatur tremor ei⁹ ⁊ ſincopis et interficit in principio: ⁊ quandoq3 ſubito.

¶Et dixit Hyppo. ꝙ aliquando accidit ex prauitate ⁊ ventoſitate materie vt vincat ſupra poſſe nature oino ⁊ cõuertat ptes loci vt appareat dorſum patiẽtis quaſi dorſu3 verberati ⁊ viteſcat lat⁹ ei⁹ ⁊ nigret ita ꝙ conſueuit de eis dicere vulgus eſſe percuſſos a demone.

¶Iterum Gal. dixit ꝙ natura multotiẽs vincit ſupra morbum ⁊ expellit materiã eius ad loca vacua ſubaſcellarũ ⁊ inguinum et partiũ cruriũ et auriũ ⁊ pedũ et conuertit in apata bene nata ad pleureſim. Significant enim ſalutẽ: ⁊ qñq3 conuertit materiam et extrahit vſq3 ad cutem et ducitur ad incolumitatem cum apate ſub cute.

¶De peripneumonia.

Perípneumonia ẽ apoſtema ⁊ ex mẽbri denominatiõe nomẽ accipit. ẽ em̃ apoſtema pulmõis. Et dixit Gal. ꝙ eſt morb⁹ difficilioris cure ꝗ̃ pleureſis ⁊ magis ꝓ̃ptior ad interficiendu3 ⁊ illud ꝓpter duas res. Et ꝗdez prima ẽ q̃m in pulmone ſicut ſcis ſolutio cõtinuitatis raro eſt ſuſceptibilis cure ꝓpter cauſas in capitulo de ſputo ſanguinis aſſignatas. ¶Scða eſt ꝗa virt⁹ cordis nõ patit: immo deficit ab inflãmatione eius. creauit em̃ ipm ſapientia vt euentaret cor. eſt aũt peripneumonia morb⁹ ꝑ ſe aut morbus ex altero morbo cauſat⁹. Et ſi ꝗdez que cauſatur ab eo ꝗ̃ꝺ aptum natum eſſe nutrimẽtum pulmonis: aut a ſupfluitate nutrimẽti ipſius eſt morbus ꝑ ſe. Deriuatur aũt ex altero morbo: ſicut ea que fit poſt catarrū ⁊ poſt pleureſim. Fit aũt peripneumõia ex omi materia ſicut pleureſis. Et ex ea eſt quedã vera: quedã nõ vera. Et dixit Gal. ꝙ vera peripneumonia eſt que fit a flegmate. Et videt ꝙ dicẽti ꝙ vera peripneumõia eſt que fit ex colera ſit magis credendũ. Et enim pulmo eſt membru3 colericu3 ⁊ eius nutrimentũ eſt ſanguis colericus. Et iam quidẽ canon eſt ꝙ morbus cui⁹ cõplexio nõ recedit a complexione membri niſi ſicut natu

rale ⁊ innaturale eſt moꝛbus ꝓꝑie verus. Recedēs aūt ab eius complexione in contrarium ipſi⁹ eſt moꝛb⁹ zebdeg. i. moꝛb⁹ notus. Et foꝛtaſſis ratio ꝓ Galieno eſt qm̄ moꝛb⁹ ꝓꝑie verus minus moleſtus eſt ꝙ zebdeg. Et peripneumonia flegmatica nō eſt in vehemētia paruitatis ſicut colerica. Interficit eñ cito colerica acuitate ſua cū ſit vicina coꝛdi: ⁊ oppoſitio cum infrigidantib⁹ nō peruenit ad locū: nec ꝓducitur niſi poſt ei⁹ alterationē plurimā: eo ꝙ ꝓpter viarū diſtātiā caleſit. Hoc aūt ſecus eſt in flegmatica qm̄ opꝫ medicamina eſſe maturatiua ⁊ reſolutiua q̄ facile ſunt ꝑuenientia ad locū neceſſitatis ſine diminutione ꝟtutis eoꝝ.

¶ Preterea moꝛbus ꝓꝑius ali⁹ eſt q̄ fit de materia q̄ deputatur ad nutrimentū: alius eſt q̄ fit de materia q̄ dū irrūpit facit moꝛbū: aut fit de materia q̄ eſt ſuperfluitas nutrimēti illius mēbꝛi. Et iam q̄dem Ariſto. dixit ꝙ ſupfluitas eſt contraria illi rei cuius eſt ſupfluitas ſicut fumus ⁊ chilus: ⁊ ſicut vrina ⁊ maſſa ſanguinea ⁊ ſicut ſudoꝛ ⁊ humoꝛes in venis ⁊ ſicut medula ⁊ nutrimētū oſſiū ⁊ ſicut adeps et caro ⁊ ſimilia niſi ſit ſupfluitas delatiua potentialitatis ei⁹ a q̄ deciditur ſicut ſperma. Et ſciendū ꝙ pulmo ſicut cetera mēbꝛa partē ſibi ꝓꝑiam de humoꝛib⁹ recipit: ſed qđ eſt ſicut ſanguis coleric⁹ de ipſis deputaꝛ ad nutrimentum ipſius. Et ſupfluitas ſui nutrimēti quod eſt flegma mittitur in vacuitates ei⁹ ꝓpter cāꝫ vtilitatum quas ſcis propter quod quidem crediderūt Galieno dicēti: ꝙ vera peripneumonia fit ex flegmate: ſicut ex ſuperfluo nutrimēto ⁊ crediderunt alijs dicentibus ꝙ fit ex colera ſicut ex nutrimēto cui iā accidit coꝛruptio. Et hoc ſm̄ intētiones ꝓꝑias. Terminatur aūt hec paſſio ſm̄ vnum trium modoꝛum ſicut ⁊ pleureſis: aut enim reſoluitur aut ſuppuratur: aut permutaꝛ. Et cura eius eſt ſimilis cure pleureſis.

## ¶ De empimate.

Empima q̄ꝫ fit ex pleureſi: ⁊ diximus curā ei⁹. Et q̄ꝫ ꝙ fit a peripneumonia ſicut dictū eſt. Et q̄ꝫ ex ſanguinis ſputo. Uerum cā eoꝝ q̄ꝫ eſt a pulmone q̄ꝫ a pectoꝛe et ꝑtibus ei⁹. Et iā q̄dē Gal. dixit factā ex cauſis i pulmone moleſtioꝛeꝫ eſſe ea: q̄ eſt ex cauſis in pectoꝛe propter cauſas dictas in capitulo ꝙ eſt ante illud. Et ſilr̄ curā eius

difficiliorem eſſe ꝑpter cãs dictas in capitulo de ſputo ſanguinis. Cura autẽ omnis ſpeciei eius ſimilis eſt cure empimatis facte a pleureſi quam diximus.

¶ De ptiſi.

Ptiſis eſt detrimentum deſiccatiõis ⁊ cõſumptiõis cadens in corpus: ex calore febriũ habitudinalium minutarũ ex vlceratiõe pulmonis. Et vlceratio quidem hmõi cãm hʒ: aut ex ꝓcedẽti catarro acuto vlceratiuo inſtillante ⁊ imprimente in pulmonẽ hora poſt horã ſicut accidit ex frequẽti inſtillatione ſuper petrã vt perforetur petra. Et qñq3 fit ex precedenti pleureſi: aut peripneumonia mediãte tamẽ empimate. Et qñq3 tamen ſine mediatione ⁊ qñq3 fit ex materia putrida diu ſtãte in pulmone quã ſequit̃ putrefactio ⁊ vlceratio. Et accidit nõnũq3 poſt ſputũ ſanguinis ſine mũdificatiõe: ſicut hyppo. dixit. Poſt ſanguinis ſputũ caſus in ſaniei ſputum: ⁊ poſt ſaniei ſputum caſus in ptiſim. Hic autem ſermo eius eſt ſub conditiõe. Eſt enim poſt ſanguinis aut ſaniei ſputũ quibus non reſiſtit̃ fit caſus in ptiſim. Raro autẽ contingit hec paſſio pueris ⁊ ſenibus. Et ſi cadãt interdum ſenes in illã occultari põt eis: et diu viuere cum illa. Uiris autẽ ⁊ mulieribus frequenter accidit: et proprie paratis cadere in ipſam ⁊ raro occultatur eis. Uerũ mulieribus occultatur interdum licet parum. Cõtingit autẽ hec paſſio ſicut hyppo. dicit a decimooctauo ãno vſq3 ad trigeſimũquintum. Expoſiti autẽ vt cadãt in ptiſim. ſunt habentes cerebrũ debile: quare non ꝓhibetur receptio ſuperfluitatum in ipſo: nec digeritur quod trãſmittitur de nutrimẽto ad ipſuʒ: quare ſunt catarrizabiles ⁊ ex parua cauſa. Et adhuc expoſiti ad id ſunt habẽtes pectus ſtrictum in creatione ſua cũ multiplicatione ventoſitatũ in ipſo. Et pulmone eorum ⁊ vicinis partibus ⁊ habẽtes humeros alatos ſicut ſunt curuature alarum ⁊ colluʒ ſubtile ⁊ longũ depreſſum inter alas ⁊ humeros ⁊ frequentat eas tuſſicula cũ pũctura alicuius ſpatule aut mãmillarum ⁊ ꝓcipue ſi ſint ex iraſcentibus facile ⁊ colericis. Tempus autẽ magis aptuʒ vt faciat cadere in ptiſim: ⁊ quod vehementi⁹ nocet factis ptiſicis eſt autumnus: ⁊ conſtitutio borealis multũ dominans ⁊ maxime ꝙ preceſſit auſter: aut cõſtitutio auſtrea: ꝙ

pꝛeceſſit boꝛeas. Et ex eis eſt regio boꝛealis multũ frigidã ⁊ ſicca ⁊ cibi ⁊ potus eius: et quecũq; hoc curſu procedunt.
¶Curare autem ptiſim que vehementer impꝛeſſit: ⁊ diuturnauit ĩpoſſibile eſt ⁊ pꝛopꝛie quando continuatur ei lubꝛicitas ventris faſtidiũ cibi ⁊ fetoꝛ oꝛis curuature vnguiũ ⁊ caſus capilloꝛum. Significatur enĩ ex hoc coꝛruptionẽ ꝓfundari ⁊ nutrimẽtũ eſſe abſciſſũ. Curare vero nõ diuturnam: aut que non multum impꝛeſſit: ⁊ in qua accidentia tĩmoꝛis nondũ apparuerunt foꝛtaſſis pꝛeſumendũ: eſt quãuis non ſit facile. Et intentio in curatione eius eſt duplex: vʒ vniuerſalis ⁊ particularis. Et vniuerſalis quidẽ intẽtio eſt tres res. Et pꝛima quidẽ eſt coꝛrectio cauſe facientis: ſecũda eſt abſciſſio eiꝰ. Tertia ẽ regulatio ipſiꝰ vite patiẽtis.
¶Pꝛimã igit rẽ cõplẽt admiſtratiões medicaminũ abſcindẽtiũ nocumẽta catarri ſi accidat a catarro. ⁊ hec eſt radix opatiõis ĩ hac cura. Et iã hec ſcripſimꝰ ĩ caplo ꝓpꝛio ⁊ ſi cã ipſiꝰ fuerit ex ꝓcedẽti empimate ex pleureſi ⁊ peripneumonia: aut ſputo ſanguinis cura eoꝝ dicta eſt.
¶Scdam rẽ cõplent admiſtratiões euacuationũ abſcindẽtiũ cauſas: quarũ ꝓceſſit rememoꝛatio: ⁊ ſi qdẽ malitiã complexionis calidã cognoueris ex plenitudine ſanguinis flobothomamus ex baſilica. Et ſi virtus permiſerit demũ ex ſaluatella: ⁊ qñq; flobothomamus flobothomia renouante numerũ ſi neceſſitas expedit adminiſtrãdo ex cibis ⁊ potibus ⁊ aliĵs que boni ſunt nutrimenti ⁊ hec diebus qbus nõ flobothomas. Si aũt colerã abũdare cognoueris euacua cum eo qđ eſt ſicut aqua decoctionis capilli veneris: et chayare de ſingulis manipulos ſingulos iuiubarũ ſebeſtẽ añ. xl. pꝛunoꝛũ ſiccoꝛũ. xx. pulpe caſſiefiſtule ſaracoſt. añ. ℥. ſ. zucchari violati. ʒ. xĵ. ſi neceſſitas expetit addatur eis qđ eſt ſicut trociſci de violis ⁊ ſimilia. Si aũt cauſã leſiuã materiam flegmaticam eſſe cognoueris euacua cum cochĵs ⁊ ſimilibus quibus ex bdellio ⁊ dragaganto partes addantur conuenientes. Et ex euacuationibus particularibꝰ: ⁊ vtilibus huic egritudini ſunt pꝛouocatiões emoꝛroydarũ ⁊ mẽſtruoꝛũ. ⁊ maxime ſi ex eoꝛum retentione in nocumentum cadat. Et nos de his in capitulo de ſputo ſanguinis. iiĵ. canone locuti ſumus.

¶Tertiam rem complent. adminiſtrationes regulationū in generibus rerum ſex ⁊ ꝓprie collocētur in loco aeris tē- perati ad ſiccitatem declinis ⁊ permutetur ad regiones ae ris tēperati. Et ſint cibi eorū ex eis que ſunt quātitatis pau ce ⁊ pluris nutrimenti. ⁊ inſuper ad digerēdū faciles ſicut ꝓprie epata gallinarū ⁊ teſticuli gallorū qui nō calcauerūt ⁊ alas pullorū ⁊ carnes minutarū auium tenerarum: ⁊ car nes iuuenū perdicū ⁊ alcubugi ⁊ colūbarū et ſint hmōi elix a aut iuribus cicerū: aut in aqua ordei ⁊ proprie quando queritur mundificatio ⁊ oportet vt addatur tūc in iuribus eorū de melle aliquid et congruunt eis vitella ouorū ſorbi lia cum melle et conceditur etiam eis in hoc caſu ius cau- lium impinguatum cum gallinis ⁊ ſiſ̄ia. Quādo aūt cōſoli datio ⁊ conglutinatio vulneris queritur: tūc oportet vt ſint cibaria deſiccatiua non eleuata in gradu multe exiccatiōis ⁊ ſint etiam conglutinantia ſicut proprie extremitates ⁊ ro ſtra edorū ⁊ porcorum iuuenū et arietum caſtratorū. Pane aūt vtatur ſimilagineo bene cocto habente aliq̄d maſticis q̄nq̄ ponitur in eo ozimus ⁊ ſimilia. Et ex cibis: cōglutina tiuis eſt triticum cum gallinis ⁊ riſum ⁊ ſiſ̄ia ⁊ pulmenta ex zeguer ⁊ milio ⁊ ſauich ⁊ chiſt ordei poſt bonā decoctio nē eorꝫ ⁊ lentes ſunt bone eis. Et pulmēta ex orobo ⁊ ſorbi tiōes ex farina eius ⁊ ſimilia: ⁊ cibi ex lacte ſunt eis magni iuuamenti: ⁊ proprie cū non eſt febris ⁊ caſeus ſi eſt recēs. Et nos diximus in capitulo de epymate diuerſos cibos ex lacte canone quarto. ¶Si autem fuerit cū ea febris vehe- mentia ſit cibus eorū: chiſt ordei bene coctū cū cancris flu- uialibus: poſtq̄ abluuntur abiectis extremis eorum cū aq̄ ⁊ cinere ⁊ cum iteratione ⁊ etiam cancri fluuiales aſſi aut elixi in aqua ordei. Et q̄nq̄ dantur cocti in lacte aſine: ⁊ q̄n q̄ in oleis frigidis: ⁊ q̄nq̄ in aqua ordei aut cicerū ⁊ quādo q̄ in lacte acetoſo abſtracto ab eo butyro ⁊ ſunt iuuamen- ti ſublimis ⁊ adduntur eis cucurbita ⁊ bleta cū oleo ami- gdalino ⁊ citrulli ⁊ ſimilia. Et ex rebus cibalibꝰ ſimul ⁊ me dicinalibus eſt lac acetoſum coctum cum tortellis de ſeni ⁊ proprie lactis. ℥. iij. ⁊ tortellarū tritarū. ℥. ſ. In craſtinum adde ex lacte circiter aur̄. ij. et minue ex tortellis circit̄. aur̄. i. Et hec fiant ſingulis diebus donec deueniatur ad lac ſo-

lum. Cũ autem peruentũ fuerit ad egritudines declinationẽ incipiam⁹ diminuere ex lacte acetoſo oĩ die ꝛ addere ad tortellas donec deueniatur ad dationẽ tortellarũ tm̃. Hunc autem modũ decoctionis lactis acetoſi ſcripſit Paul⁹ ꝛ plu res poſt ipſum laudauerunt illud.

¶Operatio autẽ lactis acetoſi eſt ſm hunc modũ. Accipe lac caprinum mundũ habẽs bonitatẽ ex ſanitate animalis et cõgruitate paſcui ipſi⁹ et extrahatur ex eo butyrum ꝛ di mittatur vna nocte in aere tẽperato. mane aũt agitetẽ vehe mẽter ꝛ excludatur ſpuma ei⁹. Eſt aũt lac huiuſmodi ſeda tiuũ vehementis caloris conſtrictiuũ ꝛ conſolidatiuũ. Pot⁹ autem eorũ non febricitantiũ ſit in principio vinũ albũ dul ce ꝛ cũ puenitur ad tempus cõſolidatiõis ſit albũ ad ſtipti citatẽ declinãs permixtũ cũ aqua pluuiali. Febricitantium autẽ potus ſit aqua ordei ꝛ aqua pluuialis ꝛ rob myrthi et ſyrupus ei⁹ ꝛ ſyrupus de papauere cũ vocat neceſſitas ꝛ aq̃ pluuialis decoctiõis cancrorũ: ꝛ aqua granatorum dulciũ ꝛ ſimilia. Et in ſecũda menſa comedant paſſulas cũ granis poſt bonã maſticationẽ ꝛ granata dulcia et citonia de ſeni cocta in rob ꝛ ſimilia. Et oportet ante comeſtionẽ vt appro ximent deambulationibus mediocribus: ꝛ poſt ambulatio nes vtantur fricationibus lenibus tenerũ faciẽtibus corp⁹: ꝛ hoc vt viuificetur calor in ipſis. Et poſt comeſtionẽ vacẽt ꝛ quieti ſint per duas horas. ꝛ hoc in loco temperati aeris in quo ſint odores redolentiũ frigidorum ꝛ ſtipticorum cũ adminiſtratione gaudij. Deinde vacẽt ſomno ꝛ quieti quã tum poſſibile fuerit. Et ſi fuerint vigilie accedamus ad me dicinas ex papauere: ꝛ hoc cũ ſapiẽtia ne cõgelentur ſpiri tus. Elongetur autem a balneis, reſoluunt enim virtutem niſi apud declinationẽ. Tunc eniʒ ſunt iuuamẽti ſublimis quemadmodũ dicemus poſt. Prohibeatur autẽ eis omnis lubricitas ꝛ conſtipatio viſcerum et magis lubricitas vehe mens reſoluit enim virtutem.

¶Particularis aũt intentio eſt quinq; res. Et prima quidẽ eſt mũdificatio et abſterſio vlceris. Scđa eſt prohibitio cur ſus materierũ ad ipſum. Tertia expulſio materieꝝ ꝛ saniei eius ꝛ exiccatio earum ex ipſo. Quarta eſt cõſolidatio ꝛ in carnatio eius. Quinta eſt correctio accidentium.

¶Et primam quidem rem complēt adminiſtrationes me dicinarum mundificātium et abſtergētium vlcus ⁊ in genere eorum excellētius ⁊ nobilius eſt mel ⁊ aqua eiꝰ. Aggregat enī virtutem mundificationis ⁊ abſterſionis. Et preter hoc eſt cibꝰ ⁊ potus amicꝰ nature ⁊ iuuatiuꝰ valde. Et ex eis eſt aq̄ ordei ⁊ aqua zucchari ⁊ aqua cicerū. Et fortiꝰ eis eſt decoctio yſopi ⁊ ſyrupus eiꝰ. Et adhuc fortiꝰ eſt lochꝫ de caulibus ⁊ de ſquilla. Et ex eis q̄ ſunt maximi iuuamēti eſt medicamē Galleni. Ipſum enī eſt mundificatiuū bonū. qđ. ℞. yreos haſce yſopi. aā. ptes equales. Cōfice cū melle. Da mane ⁊ ſero ℈.ʒ.j. vſq; ad .ij. cū aqua mellis. ⁊ dixit Democritꝰ. Iſopꝰ aut yreos aut faraſion ſingulariter vel cōficta cocta i aqua mellis aut in aqua ordei ſunt mundificantia bona et nos diximus plura ex his in capitulo de epymate.

¶Secundam rem complēt adminiſtrationes medicaminū materias a pulmone prohibētium. Et hoc quidē perficitur ſm alterum duorum modorum ⁊ proprie cū prohibitione. materie que transfertur ad ipſum ex altero membro ⁊ cum cōfortatione pulmonis vt nō recipiat ꝙ ad ipſum transfertur de materia. Et ſm plurimuꝫ que trāſferūtur ad pulmonem materie ſunt catarrales aut trāſmiſſe a vicinis mēbris ⁊ ex pleureſi ⁊ alijs. Et horum curam iam diximus. Sūmā enim medicinarū pulmonē cōfortantiū etiā diximꝰ in capitulo de tuſſi humida. Et ex eis eſt rob myrthi ⁊ ſyrupꝰ eius cū.ʒ.ij. pulmonis vulpis ſicci. Et ex medicinis q̄dē mirabilis iuuamēti aggregātibꝰ virtutē cōfortatiōis ⁊ mūdificatiōis ē medicamē Galleni. qđ Recipit pulmonis vulpis ſicci: ſucci liq̄ritie capillorꝫ veneris ſeminis feniculi aniſi: aā. Cōfice cū zuccharo decocto cū aqua quantū ſufficit. Et q̄nq; cōficiē cū rob myrthino et eſt confortatiuum amplius.

¶Tertiam rem complent adminiſtrationes medicaminuꝫ putredines que ſunt in pulmone exiccantiū. Et nos q̄dem diximus in capitulo de tuſſi: hec adminiſtrāda eſſe poſt mūdificationem debitam vt extirpetur poſt eas reſiduū putrefactiōis olno. Et diximꝰ qꝛ adminiſtratio ex myrrhe rubee. ʒ.j. ⁊ mellis.ʒ.iiij. lābendo diebus interpollatis cuꝫ aliqua ex medicinis educētibus ſaniē eſt medicamē vtile. Et fortius eſt lambere alchitran cū melle aut cū melle ⁊ galbano

ſimul liquefacti. Et ex maxime iuuatiuis eis ſunt medicīe magne ſicut tyriaca: ⁊ mitridatū ⁊ alia quoꝝ ī capitulo de epymate ꝓceſſit rememoratio ⁊ ſi īdigetur adhuc medicamīe exiccāte ꝓcedemus ad medicīas de arſenico ⁊ ſulfure ſcriptas in eodē capitulo canone tertio. Et nō negligātur medicamīa hui⁹ ſumme: qm̄ ad ſanitatē ꝑducunt ſi de⁹ voluerit. Uerū ſi ꝑuenitur ex eis ad ſupcalefactionē ſuccurrēdum eſt cū aqua oꝛdei. Et inleb ⁊ cum trociſcis de cāphoꝛa vſq; dū ceſſet accidēs: deide redeat ad exiccatiua pꝛedicta.

¶ Quartam rem cōplent adminiſtratiões medicaminum aggregantium in ſe duas virtutes mūdificationis. ſ. ⁊ cōſolidatiōis. Et ex medicinis ꝓpꝛijs in hac ſumma ē lac aſininum cuꝫ virtute ſubtiliationis in ipſo ⁊ lac capꝛinum cum tēperie ſua: ⁊ lac muliebꝛe cū pꝛopꝛietatibus tēperiei intra illa. Lac em̄ aggregat intentiões tres eſt em̄ res cibalis ⁊ dilecta nimis ⁊ ex reb⁹ velocis cōuerſionis ī ſanguineꝫ. Eſt em̄ ſanguis bis coctus ⁊ eſt poſt illud medicina abſtergēs vlcus virtute ſerroſitatis eius ⁊ cōglutinās ipm̄ virtute caſeitatis eius. Et opoꝛtet vt bibatur calidū cū mulgetur: ⁊ ſi poſſet ſuggi ex mām̄illis: ⁊ hoc in ieiunio āte cibos alios ⁊ opoꝛtet vt poſt ipſuꝫ quieſcāt ne coꝛrumpatur et aceſcat in ſtomacho eoꝛum: nec doꝛmiāt ſuper ipm̄ nec ſuſpiciant cibum niſi pꝛius deſcēdat. Et opꝫ vt bibatur in loco aeris tēperati ⁊ pꝛopꝛie cum fuerit gaudium ⁊ tranquillitas ſet qñ ipſuꝫ magis mundificatiuum eſſe querimus: dandū eſt cū melle. Et quando ipſuꝫ magis conglutinatiuum ⁊ conſolidatiuum querimus: detur cū zuccharo: roſato: ⁊ ſimilibus aut coctuꝫ cum lapidibus. Et ſi ſumēs ipſuꝫ conſtipationē patitur viſcerū opoꝛtet vt eligatur ex lacte in quo multiplicatur ſerroſitas et ſi nō ſufficit multiplicetur quantitas potus eius in die ſequēti ⁊ adhuc in die tertio: ⁊ ſi adhuc nō ſufficit miſcenduꝫ eſt cum eo quod eſt ſicut zuccharum. et ſal ⁊ ſi adhuc nō ſufficit miſcenduꝫ eſt polipodium cuꝫ ipſo: ſi autem ſumēs ipſuꝫ lubꝛicitatem inteſtinoꝝ patitur: tūc opoꝛtet vt miſceatur ei quod eſt ſicut hypoquiſtidos ⁊ ſimilia. Et ſi tuſim habuerit miſceatur cū eo quod eſt ſicut dragagantum. Et ſi cum ſtomachi debilitate fuerit miſcendum eſt cū eo quod eſt ſicut trociſci dyarodon ⁊ ſimilia. et

lac quidem de quo butyꝛuz extractuz fuerit eſt magis con
glutinatiuuz et coctum quidez amplius et qđ cuz butyꝛo
eſt magis humectatiuum et impinguatiuuz.
¶Ars aūt in decoquēdo lac eſt hmōi. Accipe lac mundū ⁊
recipe ipſum in vaſe puro abſterſo et pone ſup ipſo circi=
ter quintaz partē eius ex aqua pluuiali. Deinde extingue
in ipſo lapides fluuioꝝ ignotos ſine fumo vſqꝫ duz lac ſue
rit coctū ⁊ cōſumptis aqueis ptibus ī ipſo. Lac aūt melius
eſt quod ſumit ex aīalibus iuuenib⁹ mediocriter nō nimis
remotis aut vicinis ptui: quoꝛū paſcua ſunt ex herbis mō
tanis in quibus eſt ſubtilitas ⁊ mūdificatio cū ſtipticitate
⁊ exiccatione. Et laudauit Galienus herbas hmōi deputā
das eſſe paſcui eoꝝ. ſ. ex herbis calidis abſinthiū yſopū ha
ſce polium ſceha iahde feniculis abꝛotanū ⁊ ſimilia. Et ex
frigidis. rub⁹ rhānus ſolatrū cayare et ſimilia. Et opoꝛtet
vt dādi lactis quātitas cōparetur poſſibilitati virtuti ſuſci
pictis ipſuz: quare incipiendū a quātitate minoꝛi dādo ex
eo circiter. ℥. iij. a pꝛima die et in craſtinuz addatur ei circi
ter. ℥. j. ⁊ ſic in alijs diebus a pꝛima die vſqꝫ dū deueniatur
ad lib. j. vel parū amplius. Demū paulatiz deueniēduz eſt
vſqꝫ ad illud quod eſt ſufficiēs. Et iam quidē diximꝰ cauen
duz eis eſſe ab indigeſtiōe in potu lactis. In ipſa eñ eſt ti
moꝛ. Febꝛicitātibus aūt eis aut caput dolētib⁹ aut ſiti vehe
mēti obſeſſis abſcidat lac dulce ⁊ laudatur eis lac acetoſū
de quo extractū eſt butyꝛū ſꝫ doctrinā traditā a nobis in
hoc eodē capitulo. Danda eſt etiā eis aqua oꝛdei cocta cū
cācris fluuialibus ſm ꝙ etiaz dictū eſt: et ſyꝛupus de papa
uere aut ſyꝛupus de myꝛtho cū eo. Et opoꝛtet cancroꝛū ex=
trema abſcindi. Deinde lauari coꝛpoꝛa eoꝛuz cū aqua ⁊ ci
nere fricatiōe vehemēti: ⁊ hoc cū iteratiōe ⁊ iteratione. Et
opoꝛtet vt detur in ieiunio. Et ſit quātitas poti⁹ eius circi
ter. ℥. iij. ⁊ in craſtinum adde. ℥. j. et ſic die quolibet vſqꝫ ad
lib. j. ß. mane ⁊ ſero ante alios cibos. Sūma aūt medicina=
rum vlcera pulmonis ⁊ pectoꝛis cōſolidantiū eſt hec. San
guis dꝛaconis ⁊ pꝛopꝛie lutum ſigillatum bolū armenicuz
charabe ſcehdenegi olibanum maſtix balauſtie roſe et ſe=
men eius coꝛalli euſiſtidos coꝛtices cancroꝛum fluuialium
ſſtoꝛuz ſemen poꝛtulaſſe aſſuz amilū aſſum ſemen malue

et altee aſſuz ſemen arnogloſſe aſſuz gūmi aſſuz fruct⁹ myr
thi et ſimilia. Medicamina aūt cū quibus hec dāda ſunt ꝑ
prie ſunt vitella ouoꝝ lac dulce et acetoſum: aqua pluuia-
lis et aqua ordei decoctionis cicerū et cancrorum fluuialiū:
aqua alſauich ſi.:ccus citonioꝝ minus ſuccus myrthi roſe: et
ſuccus eaꝝ mucillago pſilij ſemē citonioꝝ: ſyrup⁹ de papa
uere: ſyrupus de iuiubis: ſyrupus de violis et ſyrupus roſa
tus et ſimilia. Ex medicinis autē compoſitis ſunt hec troci
ſci de luto ſigil. aut de luto armenico: philoniū perſicū ē vl
timuz: mūdificat eñ et exiccat putredines et conſolidat vl
cera. Et nos ſcripſimus ipſuz et adhuc alia multa hui⁹ intē
tionis in capitulo de ſputo ſanguinis que efficaciter afferā
tur ad hunc locum. ex rebus autez mirabilis inuamēti ad
conſolidationes et ſanationes vlceruz pulmonis eſt zucca
rum roſatuz recens: ſuꝑ quod non preterijt annus. Aggre
gatur eñ in eo virtus abſterſionis ex ſucco roſarum: et vir
tus conſolidationis ex parte ſubſtantie eaꝝ. Et noſti ꝙ vir
tus abſterſiōis ex roſis ꝑpter antiquitatē abſcinditur que
adhuc poſſidetur in recētibus. Et Galien⁹ ꝙdez ꝑcepit da
ri zuccarū roſatū ſingulis dieb⁹ in quātitate plurima etiā
cū rebus medicinalibus cibalibus et potabilibus ſꝫ omnē
modū adminiſtratiōis eius: ita ꝙ etiā cū pane. Et vſi ſunt
eo poſt ipſuz plurimi et nō eſt cōprehenſibilis eoꝝ numer⁹
ꝗ ſanati ſunt ex vſu ei⁹ tamē prius mūdificationibus ꝑce-
dentibus. Falluntur eñ vtentes eo a principio ſi mūdifi
catio nō preceſſerit. Coartat eñ i pulmōe materiaſ. Nos
autem dedimus cum lacte calido nō febricitantib⁹. Febri
citantibus vero cum aqua ordei decoctionis cancroruz flu
uialium: et alijs multis modis adminiſtrationum: et inue-
nimus eſſe: medicamen vltimum. Veruz quotiens ex eius
adminiſtratiōe contingit conſtringi anhelitū dentur que
elargant ipſuz ex eis que educūt ſaniez: ſicut proprie ſyru
pus de yſopo et ſimilia. Et ſi accidat ſupercalefactio ꝑpter
deſiccationē detur ſyrup⁹ de iuiubis: aut ſyrup⁹ de violis
aut mucillago pſilij: aut citonioruz cum aqua granatoruz
aut aqua expreſſionis ſeminū portulace cuz trociſcis de cā
phora dictis in antidotario. Et ſi ſequatur poſt ipſuz cōſti
patio nature: detur myrabol. de violis aut ſyrup⁹ eius cuz

aqua ordei. Et poſtꝙ ceſſaueris huiuſmodi redeat ad zuccharum roſatum dandum in omnem modum.

¶ Quintã rem cõplent correctiões cadẽtes in accidẽtia cõcomitãtia ⁊ ſuperuenientia huic morbo. Et ex cõcomitãtibus eſt febris cõſumptio ⁊ macies ⁊ debilitas. Et ex ſuperuenientib⁹ eſt tuſſis fluxus vẽtris conſtipatio ⁊ faſtidiũ cibi. Et iam quidẽ hyppocra. dixit mũdificatiuum vlceris febris lenteſcentiã ſuccedere debere: que ſi nõ ſucceſſerit conſtat corruptionẽ vlceris ꝓfundari. Nos autem experiemur circa omne tẽpus curatiõis: eius interponere medicamina febris vehementiã ſedantia vt ſigillent ex his ⁊ illis beneficia concordãtia. quoꝝ finis eſt ſanitas. Et ſuccurretur conſtipationi ⁊ arefactioni ⁊ eoꝝ cũ eis que adequãt ⁊ humectant ex cibis ⁊ potib⁹ et rebus medicinalibus: et adminiſtratione lactis dulcis ⁊ alijs que diximꝰ. Et cõfert eis balneatio in aqua dulci calida: poſtꝙ morbus in declinatiõe fuerit: ⁊ ante illud eſt res prauior ⁊ eſt ponere egrũ ĩ deſperatione. Forma aũt balneatiõis eſt in hũc modũ. Preparetur aer balnei vt ſit liber non habẽs de corruptiõe odoris aut praue q̃litatis omnino aliq̃d et calefiat vt ſit caliditas balnei: ⁊ aque caliditas tẽperata qua excitet̃ et nõ reſoluatur calor naturalis ⁊ ſit prima mãſio nũ remiſſius calida q̃ alia. Tunc intret patiens mãſionẽ primã ⁊ fricetur in ea leni fricatione: ⁊ ꝓprie tenerũ faciẽte corpus. Deinde intret manſionẽ ſecundã ⁊ incipiat lauare corpus cũ aqua calida vtẽdo lenificatiõe cũ manu. Deinde paulatim intret aquam calidã ⁊ delectetur in ea. Deide incipiat lauare corpus ei⁹ cũ aqua decoctionis capitũ edorũ: aut cum aqua ordei conquaſſata cũ ouis multis ⁊ oleo amigdalarum dulciũ. Deinde ducatur ad manſionem primã: ⁊ inungatur corpus ei⁹ oleo roſato: ⁊ ducatur ad habitaculum exterius in quo ſit aer temperatus cum multitudine redolẽtium ſtipticorum ⁊ q̃eſcat ĩ lecto. Deide poſt duas horas cibet̃ cibis laudabilibus pauce quantitatis: ⁊ pluris nutrimenti ex eis quorum iam mẽtionẽ fecimus. Et ex hinc tota intẽtio noſtra ad humectãdũ ſit occupatio. ⁊ hoc cum delectatione et quiete et ſomno ⁊ delitijs ⁊ ſimilibus. In craſtinũ aũt aut in die tertio balneetur ſimiliter. Si aũt patiẽs debilis fuerit aũ per

duas hoꝛas ꝙ̄ balneū itret. Accipiat ſoꝛbitiō es ex carnibꝰ
teneris: aut ex lacte dulci ⁊ quieſcat ſup ſoꝛbitiōes ꝑ duas
hoꝛas. Deinde intret balneū. Si autem patiēs talis fuerit:
vt virtꝰ eiꝰ tolerare poſſit. ꝑcepit Galienꝰ vt poſt ſufficientē
lauationē in aq̄ calida: ⁊ in aq̄ capitū arietū caſtratoꝝ: ſpar
gi ſuper coꝛpꝰ eiꝰ in pꝛima mānſione ex aq̄ frigida aliq̄d ꝑter
quā in capite eiꝰ. Deīde inūgi oleo roſato. Lauatiōes etiā
in tina ſunt huiꝰ intētionis: ⁊ ꝓpꝛie cū rebꝰ humectātibꝰ: et
impinguātibus coꝛpꝰ ex his q̄ dicta ſunt. Poſt hec paulatī
deueniendū eſt ad adminiſtrandū in balneis lauatiōes ex
aquis decoctionū capitū arietum caſtroꝝū: ⁊ ſimilia. Et ſi
coꝛpus remanſerit debile vngatur cum oleo maſticino ⁊ ſi-
milibus. Et ſimiliter paulatim deueniēdum eſt ad alia ci-
baria laudabilia ⁊ ſolidioꝛa.
¶ De tuſſi aūt ⁊ cōſtipatione ventris. aut fluxu que ſupue
niunt eis: dicemꝰ ſicut in preteritis iā diximus. Et ſi acci-
dat eis caſus appetitus: curetur ſicut ī capi. ꝓpꝛie dicemꝰ.

Ptiſicis medicamina ꝯuenientia: ſcripta ſunt plura in
antecedētibꝰ. Ex eis ſunt trociſci Galieni ſcripti ī capi
tulo de tuſſi catarrali: ⁊ deſcriptiones ſyꝛupi de papauere:
⁊ diapapauer: ⁊ trociſci: ⁊ pillule de papauere: ⁊ pillule de
ſtoꝛace; ⁊ alie pillule de narcoticis ſcripte in eodem capitu-
lo. ⁊ hec pꝛopꝛie ad ſedationē catarri. Medicamina vlcus
mundificātia: ⁊ ſaniem eius abſtergētia partim dicta ſunt
in capitulo de aſmate ⁊ tuſſi partī in capitulo de empima
te. ¶ Summa aūt medicinarū vlcera pulmonis ⁊ pectoꝛis
conſolidantiū dicta eſt in capitulo de ſputo ſanguinis.
¶ Confectio teſticuloꝛum vulpis eſt ptiſicis: ⁊ conſumptis
medicina experta: ⁊ dicta eſt in antidotario.
¶ Chamech filius zezar. Confectio loch cōfert ptiſicis: ⁊ mū
dificat vlcera pulmonis ⁊ conſolidat. ℞. iuiubas. i. paſſula
rū enucleatarū. ʒ. xxx. ſeminis malue. ʒ. iiij. cancroꝝū fluuia-
liū. ʒ. xx. capilloꝝ veneris: cayare: virge paſtoꝛis lingue arie
tis. aā. ℥. ß. liquiritie. ℥. j. Decoquantur in lib. iij. aq̄ vſq̄ ad
lib. j. ⁊ adde eis ſyꝛupi de papauere. ⁊ zuccari tabarzet: et
ſape. aā. ℥. vj. Decoquantur ad mellis ſpiſſitudinē. Deide
ꝓijciatur: ſuper ea ſeminis cucurbite mūdate. ℥. j. gummi
arabici: dꝛagaganti: ſeminum citonioꝛum: amili ſeminis

portulace:amigdalarum dulciũ añ.ʒ.viij.papaueris albi.ʒ.v. Poſt bonã triturationẽ miſceantur cũ alijs da mane et ſero circiter.ʒ.v.

¶Idem. Syrupus de pſilio cõferẽs ptiſicis. ℞.ſpodij ſeminum portulace:ſeminũ citoniorum:papauerꝭ albi. añ.ʒ.ij.pſilij mũdi.ʒ.v.ſucci arnogloſſe cocti et depurati.ʒ.xx.cãcrorum fluuialiũ lotorum ſm doctrinã p̄dictã.ʒ.xx.Decoquant̃ i lib.iij.aque vſq; ad lib.j.et cũ lib.j.zucchari fiat ſyrupus.da mane et ſero cũ ſucco arnogloſſe:eſt em̃ efficax. Et q̃nq; datur cũ puluere huiuſmodi. ℞.pſilij:gũmi arabici.dragagãti:boliarmeni.añ.Da cum ſyrupo predicto.et ſucco lingue arietis.

¶Filius zacharie araſi.Ulcera pulmonis cũ nõ ſũt cronica ſed adhuc aliq̃d ex ſanguine egreditur cũ tuſſi curari poſſibilia ſunt.Detur ergo cũ nõ eſt febris lac recẽter mulſum: et ſi fuerit cũ eis febris:detur aq̃ ordei cũ cancris fluuialibus. aut cũ ſyrupo de papauere.Et dũ nõ cõſtringitur anhelitus ei adminiſtrẽtur trociſci de papauere:quorum deſcriptio hec eſt.℞.papaueris albi:ſeminis cucurbite:et citrullorum mũdatorum:añ.ʒ.iiij.dragagãti:amili:gũmi arabici:ſucci liquiritie ana.ʒ.v. thuris maſculi boliarmeni: ſanguinis draconis. charabe.añ.ʒ.ij.myrrhe.cynamomi.opij.añ.ʒ.j. Fiãt trociſci.Da cum ſyrupo de papauere:aut rob myrti.Et quando cum iſtis rebus conſtringitur anhelitus:dẽtur in potu ea q̃ elargant ipm̃ et educũt ſaniẽ:ſicut ſyrupus yſopi.et ſilis.

¶Sabor.Loch cõferens ptiſicis et cõſumptis.℞. teſticulorum vulpis.℥.iiij.batrembuc chaiare.añ.ʒ.j.cicerũ dulciũ tritorũ.℥.iij.ſeminis papaueris albi.℥.j.et.ſ.ordei mũdi.℥.j. paſſularũ enucleatarũ ficuum ſiccarũ:carniũ dactilorum.añ.℥.ij.cancrorũ fluuialium.℥.iij.Decoquantur omnia in li.iiij. aque vſq; ad lib.j.et.ſ.Deinde accipe zucchari:et penidiarũ ana.lib.j.teſticulorum vulpinum elixorũ in dulci lacte.℥.iij. aut cum olei amigdalini.℥.iij.Decoquãtur vſq; dum ſufficientem habeant coctionem.deinde proijce ſuper ea papaueris albi:ſucci liquiritie.ſeminum citrulli melonis cucurbite cynamomi:ſeminũ bombicis purgatorum:ſeminis malue:florum boraginis.añ.ʒ.iij.amili dragagãti:gũmi arabici.añ.ʒ.ij.carnium dactilorum:paſſularũ enucleatarum.añ.ʒ.v. Tere et confice cum predictis:bonũ ſi deus voluerit.

¶ Filius Serāpionis. Confectio de iacur cōferēs ad catar
rum acutum: ⁊ ptiſim ex eo. ℞. ſeminis papaueris albi ⁊ ni
gri. añ. ℥. ij. ⁊ ß. radicū liquiritie. ℥. j. ⁊ ß. ſeminū citoniorum
ſeminis altee: ana. ℥. j. ⁊ ß. dragagāti. ℥. ß. gummi arabici. ℥.
ß. proijce ſuper ea aq̄ pluuialis lib. v. ⁊ dimitte die ac nocte.
Demū decoque vſqꝫ ad conſumptionē duarū partiū: ⁊ ad=
de mellis li. j. ⁊ ß. ⁊ penidiarū lib. ß. decoque igni leni vſqꝫ dū
mellis habeat ſpiſſitudinē. Da mane cū aqua ordei. Et ac=
cipiat in ſero ex his pillulis. ℞. ſeminis portulace. ʒ. v. dra=
gagāti: gūmi arabici. añ. ʒ. iij. ſeminis citrulli. ʒ. iiij. ſeminis
cucurbite excorticati: ⁊ ſeminū citoniorū excorticatorū. añ.
ʒ. vij. ſucci liquiritie. ʒ. v. Fiat formulas ſiles lupinis cū mu
cillagine ſeminū citoniorū. Dentur tenēde ſub lingua.

¶ De egritudinibus cordis.

Egritudines cordis ſunt: debilitas pulſus
tremor ⁊ ſincopis. Et hec q̄dē egritudines
eaſdē fere hn̄t radices: nō aliter iter ſe diſ
ferētes. ſicut debiles et fortes. Cauſantia
aūt has egritudines cū ſint debilia et re=
miſſa imprimētia debilitatē ꝙ vigorē mine
re faciūt debilitatē cordis.

¶ Amplius aūt eleuata vt imprimant agitationē leſiuaꝫ i
ipſo faciēte cadere diuerſitatē in differētijs mot⁹ cordis ſen
ſu ꝑceptibilē q̄ ſūt ex magno ad paruū: ex veloci ad tardū
ex raritate ad frequentiā et econuerſo. Tūc fiūt cōſtitutio=
nes due aut em̄ fiūt illa nō integre neqꝫ in omni hora: ſꝫ cū
quadaꝫ interpollatione ⁊ viciſſitudine ⁊ fit pulſus cordis.
Aut integre cū quadam continuatione ⁊ fit tremor cordis.
¶ Cum fortiora fiunt: vt imprimant vehementius impreſ=
ſiones fortius ledentes impedientes aut pfocantes mo=
tus eius: aut ſepellientes ſpiritus ad interiora: aut itercedē
tes abſqꝫ intermiſſiōe olno: aut aggregātes ad principium
aut reſecātes abſqꝫ eo ꝙ eſt in radice faciūt ſincopiꝫ. ¶ Uin
centia aūt ea vltimata victoria ſup naturaꝫ: ita vt abſcinda
tur ſpiritus ⁊ calor vite: aut extinguatur in minera: ſūt cau
ſa mortis. ¶ Cauſe aūt facientes has egritudines: q̄dā ſunt
cauſe corpore: quedā ſunt extra corpus ſurgētes. Et corpo=
ree quidē: aut ſunt in ipſo corde: aut in membris vicinis ei⁊

aut in mēbris cōmunicātibus ei: ꝓpinqua cōicatiōe aut re
mota. Cauſe aūt exiſtentes in corde ledentes ipm: aut ſunt
malitia cōplexionis ſine materia: aut cū materia. Et mali=
tia qdē complexionis dn̄ans cordi facit debilitatem ipſius
debilitas aūt facta fortis vſq; adeo: vt ſit agitatiua virtutis
facit tremorem. Tremor aūt ſuperueniens generat ſinco=
pim. Vltimitas aūt facta in ſincopi eſt extinctio ⁊ mors. Sꝫ
malitia qdem complexionis frigide ſuſpectior eſt ꝙ̄ calide
ꝓpter elōgationē a re vite: ⁊ ſicca magis ꝙ̄ humida: ꝙ̄uis
hūida ſit dominās in diſpoſitiōe corporis. ⁊ cauſa ē huius
interdū ſit cā prefocationis et mortis feſtine. Solutionem
aūt continuitatis: aut ſpationem fieri in corde virtus non
patitur: immo ſunt cā diſſolutionis et mortis: ⁊ qn̄ nō ē do=
lor in ipſo ſit cā ſincopis ⁊ mortis. ¶ Dixit Galie. ꝙ malitia
ꝯplexionis pure aut cū materia facit i vniuerſam corporis
partem ſenſus leſionem qui eſt dolor: ⁊ quō nō in corde. fru
ſtrabitur: ergo vt ſupponemus alterationes in corde non
cor curari: ⁊ nos quidē diximus ꝙ iam radix prepoſita eſt:
⁊ enim eſſe egritudinū cordis aut nō cōfirmant: qꝛ nō ſunt
manſiue et tuncordo medicationis incolumitat: aut cōfir=
mant cōducentes ad mortē. Diſtinguemus autē in cauſis
leſionum cordis: q̄ ſunt ab alijs membris: qm̄ leſio cadens
in pāniculis ⁊ in mēbris q̄ ambiunt cordum redundat ad
ipm eſt cā egritudinū eius ꝑdictarū in ipo. Et leſio cadens
in cerebrū interdū eſt cā ad illud ſicut in epilepſia mania ⁊
⁊ melancolia: licet em̄ ſignantur in cerebro terminantur tn̄
in corde: ⁊ ſunt cā egritudinū eius. Et ex eis eſt fluxus ſan=
guinis narīū: aut vndecunq; ⁊ cōicat ēt cū corde cōitate ma
gis ꝓpria ſtomachꝰ ⁊ affert ei cās leſionū ⁊ ꝓprie cū corrū
pitur in eo cibꝰ ⁊ res venenoſa: aut fuerit in eo humor mor
dicatiuus aut male qualitatis: aut vitreus viſcoſus: aut re
pletio agitatiua: aut fames vehemens: aut dolor acutꝰ ꝯpū
gitiuꝰ: aut fuerit i orificio eiꝰ bothor aut vlcus putridum.
¶ Et dixit Paulus ꝙ egritudines q̄ ſunt i ſtomachi orificio
aut meri ſunt ꝓpinque cōuerſionis ad ferendū leſionē cor
di: ita vt qdam putent tremorem factū in ore ſtomachi eſſe
tremorē cordis: ⁊ qdā voluerunt debilitatem i ipſo eſſe car
diacā. Et diſpoſitio epatis cū ē alterata vt generet ſm plu=

rimum ſanguinē melancolicū imprimit:⁊ eſt cū egritudinē cordis ⁊ eſt peior diſpoſitionibus alijs:ita vt faciat diſpoſitionē ſimilem manie ⁊ melancolie. Adduc aūt cauſe harū egritudinū ſunt euacuationes oēs excedētes terminum:et ſimilr in acūta aqua hypocondrioꝝ extractio:aut ſaniei in apertione apatis. Et ex eis eſt ſꝑfocatio matricis ⁊ priuatio menſtruoꝝ:aut exuberantia eoꝝ. Et ex eis eſt impregnatio ⁊ huiuſmodi nocumēta ex vermibus:vt ēt appareat diſpoſitio ſimilis epilepſie. Et ſūt ex vermib⁹ hñtes aculeos pūgentes orificiū ſtomachi pūctione vehemēti donec faciat cadere in dolorē acutum cūm ad ſincopim:⁊ aliqñ ad mortem. ⁊ ſunt qñq ex ꝑpenetrātib⁹ vſq ad vicinas cordis partes:⁊ qñq vſq ad cor ⁊ ſunt cū mortis feſtine. A cōitate autem totius corporis ſuꝑueniunt leſiones cordi ſicut ꝓpter febrem:aut ꝓpter vehementiam raritatis corporis:aut ꝓpter vehementiā ſudoris ⁊ ſimilia. Ex cauſis aūt extraneis accidit huiuſmodi ſicut ex aere peſtilētiali:aut ex odorib⁹ fetidis:aut venenoſis:aut aſſumptione rerum venenoſaꝝ:aut ex morſu venenoſoꝝ animalium:aut incurſione timoris:aut ex balneatione vehementi:aut labore ⁊ ſimilibus.

¶Hic complētur dicta:⁊ imponitur finis doctrine Diui Meſue:licet imperfecte in de appropriatis:⁊ per conſequēs totius operis cum auxilio noſtri redemptoris.

¶Tabula capitulorum additionum petri apponi.

Sermo de vnctionibus. car.
De ſincopi. car.
De tumoribus mammillarum. car.

¶De egritudinibus membrorum nutritionis.

De dolore ſtomachi. car.
De medicinis materiam a ſtomacho repellentib⁹ ⁊ abſtergentibus ac villos eius mundificantibus. car.
De emplaſtris linimentis et vnctionis. car.
De indigeſtione ſtomachi. car.
De vomitu. car.

De ſingultu. car.
De ſingultus cura. car.
De ſiti. car.
De appetitu mortuo. car.
De appetitu canino. car.
De egritudinibus epatis. car.
De egritudinibus ſplenis. car.
De hydropiſi. car.
De doloribus ventris. car.
De fluxu ventris. car.

¶Oratio ad memoriam impetrandam.

¶Petri apponi medici clariſſimi in librum Joannis Meſue additio incipit.

SJ aũt fuerit in eo humor mordicãs cũ ꝓcedẽti ei⁹ adeq̃tione ꝛ virt⁹ ſufficiet ⁊ hũorũ accidẽtia dilationẽ recipiũt materia in q̃litate ei contraria repellat vel cũ ꝯtrario a forma ⁊ ſpecie ꝗ efficaci⁹ ⁊ tutius aſſero. Uirtutẽ aũt cordis ꝯfortare non negligas oĩ hora itrinſec⁹ ⁊ extrinſec⁹ ⁊ ſtudeas cognoſcere mẽbrũ a quo nocumẽtũ ad baſim emanat ꝯditiõe nõ dubia. Noſti ꝗ oĩum accidẽtiũ cõuenientiũ corpori cã extrinſeca vel intrinſeca: prim⁹ ꝯcurſus ẽ ad baſim in q̃ naturalis vigore ſpirituũ: virtutũq; oĩuz ſigillatim creauit ſpm̃ ſapientia: ſedẽ aĩarũ viteq; naturaliũ principiũ mot⁹ ⁊ quietis. Quo deficiente nulla ampli⁹ corpori dari pñt ſuffragia cõtinuo cũ eo moriunt̃ oĩa mẽbra: erat em̃ terminus oĩum operationũ aĩe rõnalis. Jn cerebro em̃ oẽs he ⁊ ille icipiũt operationes: in corde ꝟo ſuſcipiunt cõplementũ eius virt⁹ tanq̃ formã oĩum membrorum ea irradians et viuificans virtutũ organicarũ ꝑfectio. Jn materia vero nõ intelligibilis forme: qꝛ glorioſus ſicut diuini decoris ratio poſtulauit tunc ſollicitum membrũ rectificauit mandans. ⁊ ſi a matrice cum his q̃ matricem reſpiciunt ſi a ſtomacho ⁊ pulmone ſiue ſint mẽbra nutriõis ſiue ſpiritui ſeruientia rectificare ne differas ⁊ dolor violentus eſt ex maxime ꝓſternentibus virtutem

virtutem eius et ſi fuerit in officialibus membris.
¶Inquit hyppo.omniuz membrorũ vnica eſt cõuenien tia ⁊ omnium virtutum: ⁊ ſpirituum vnicum eſt ſubiectum ꝓpter ꝙ oia membra dolent adinuicem: omnium virtutuz vnica eſt virtus cũ vſq; ad hũc terminũ dyaforat dolor per ſpiritus ledẽdo virtutes occultatur in eo ſpiritus ⁊ efficie⸗tur illa paſſio quã dicimus ſincopim: nõ eñ vſq; ad radicẽ patitur paſſiões: ſed cedit vite ſubiectũ eius leſionẽ nullã ſuſtinens paruam eſtuationez influere recuſat. Si quidez contingit hec paſſio malitia ſanguinis in quãto vel in qua li auxilia adhuc nõ ſunt mortua omnino nec differẽda. Di latio eniz ducit ad mortem feſtinaz: ſed tanꝙ theſauro no biliſſimo ſuccurrendũ eſt. Facimus hoc cum auxilio dei cũ rebus: quarũ proprietas eſt naturalem conſeruare calorez ⁊ extraneum extinguere: ⁊ ſi fuerit ex abundantia ſangui⸗nis in toto corpore flobothomare ne differas: ⁊ primo a re motis vt aperire ſaphenã: poſtea baſilicã: poſtea deuenire cum ventoſis apud ſiniſtraz ſpatulã: poſtea cuz ſyrupis de boragine: ⁊ bugloſſa: camphora: ⁊ pſillo: ⁊ procedentibus hoc curſu potare ipſum non differas: hoc enim refrigerat ſanguinem peccantem in quanto ⁊ in quali. In malitia au tem complexionis raro flobothomamus: ſed alterãtia ⁊ cõ fortantia ei preparamus: ⁊ multe eius paſſiões incompre⸗henſibiles atq; occulte nobis exiſtũt. ⁊ dicitur ꝙ aliqñ ver mis ad id. ſ. cor graditur ⁊ cõtinuo cũ mordet interficit: nec non vltimata gaudia vel vltimate triſtitie inter ei⁹ paſſio⸗nes exiſtũt. Boni aũt odores incolumitatẽ ei⁹ ſeruãt: qa ſo lo odore anima confortatur. Intercedendũ eſt ei omne me dicamen generans motũ cordis ⁊ que ſanguinẽ inflãmant hec eius motũ effrenitate faciũt: qa nobiliſſima natura ni hil ſuperfluũ: nihil diminuti ſuſtinet. Ad figuraz numeri ⁊ naturalis ordinis cõſonantia facta eſt vt ſubſiſtat: eſt eñ fons ⁊ principiũ vite decor ale rex nature et moderator eſt corporis diuina ſapiẽtia cõceptus ad lat⁹ exceſſus magne caliditatis vel frigiditatis poſita obuiare dicim⁹. hec eniz immoderatũ motuz cordis generat: illa vero trepidationẽ ⁊ caloris eleuationez ei affert. ⁊ ſciuiſti qm̃ non eſt ſimplex natura in cõplexione calidius ⁊ ſiccius ſubſtãtia frigida ⁊

ſicca.Rōne vero cōtēti valde tēperatiſſimus calidorū vnus eius eſt forma.i.craſſis minus moleſtia frigidoꝝ portat ſu per hoc a conſortio minus recedūt niſi vltimitatē excedāt tēperamenta ſua caliditas eſt cā vite ⁊ cōſiſtentia maxime in flegmaticis:cui⁹ vigore innata cōplexio q̄ mēbra ineſſe viuificat:⁊ vigore cōtinuo cōſeruat ⁊ cōſiſtit ⁊ non ignores ꝙ hic calor eſt virtus humane nature.ſ.quē traxim⁹ a pri mo homine:per hanc eñ ſpeciem indiuiduatur:⁊ hec ſub iectū ⁊ fundamentū eſt innati caloris que nullo genere fe briū alterat̄:imo eſt acı·ʼ ei⁹ reductiōi extranei ⁊ diuerſi ca loris fortaſſe i nouiſſima ſpecie ethice celerat̄:⁊ tunc mors accelerat neceſſaria ⁊ feſtina.Nō.n.ſpabis hūc calorē poſſe naturali medicamīe reduci.Hec iter virtutē regitiuā ⁊ ꝟtu tē rei adminiſtrare diſtinguebat:⁊ regulabat:⁊ huic ꝯplexio ni oī tpe ſimile regimē dādū ē puta calidū ⁊ humidū tēpe ratū:hoc poſt mortē ſemi cōſiſtit quaſ̄ı equoce.Cūqꝫ ſꝫ ſciē tiā tuā inueſtigaueris q̄litates paſſionū baſis ⁊ māſionem cauſaꝝ ſit tua p̄cipua ⁊ magnifica itētio cōfortare cor ⁊ vni re ꝟtutes ⁊ ſic earū ē auferre laſſitudinē:et hoc auxilio dei cū reb⁹ aromaticis ⁊ alijs generib⁹ adminiſtratarū reꝝ eſt ꝓprietas cōferre reſ̄ıpire:maxime in q̄bus natura delectat̄: inquātum abit tua ſolertia euigilātiſſime ſpeculari poteris ꝟtutes cordis coadunare ⁊ cōfortare euigiles.Hoc erit ſū mū bonū ⁊ primū ſtudiū iuuamētoꝝ ⁊ tutele baſis:q̄ñ ſecu rius nō vacillādo ad alias res ſue cure ꝓcedere poterꝭ.vir tutis eñ vnite nō eſt recipe qd̄ effūdit̄ ad mēbrū:ſed repel lere ⁊ effugare ꝯtrīū:⁊ eſto ſollicit⁹ nō orbatis oculis intueri vt ſi ſit aut ꝓpter inopiā caloris ⁊ laudabiliū humoꝝ abſti nētiaꝫ:aut ꝓpter exuberātiaꝫ multe hūiditatꝭ dominātis corpori furioſitatiſqꝫ ſāguinis:aut ſoli⁹ cōplexiōis malitie: aliter eñ ⁊ aliter medicabitur:⁊ cū ignoraueris veritateꝫ ⁊ titubabit tua ſcientia ſup hoc ſemp ſecurius erit calidis in temperamento vti ⁊ confortare cū ſtipticis ⁊ odoriferis obliuioni non cōmitte.¶Secūda eſt cōuerſio materiei vel eius qualitatis:que fundit̄ aduerſus eā ad ꝑtes remotio res:aut ignobiliores ſicut iam diximus:⁊ in practica hui⁹ canonis rememorabitur ſi deo placuerit.

¶Tertia res eſt mūdificare mēbra mādantia eaqꝫ ꝯforta

re ⁊ reſiduū coꝛū: ⁊ eſt qñq; primū in diſpoſitiõe cure huiꝰ
ꝓprie cū ab aliis mēbꝛis nocumētū fluit obuiare acciden=
tibus. Nec ꝑtermittas ꝯfoꝛtare ſtomachū maxime i digerē
do. Coꝛruptio cibi ⁊ potꝰ in eo eſt ꝑparamentū moꝛboꝛum.
¶ Primam rem cõplent quecūq; complexiõe ex ſubſtantia
hac vel illa baſim confoꝛtant cibi laudabilis chimi. Medi=
cine ſtiptice ⁊ odoꝛifere quarum memoꝛiam legemꝰ: ſi deus
placebit. Sunt ex eis epata gallinarum iuuenū: ale auiū
⁊ pulloꝛū: vitella ouoꝛum recentium ſoꝛbiliū: ⁊ que hoc cur
ſu ꝓcedunt pauce quantitatis ⁊ de numero velociter per=
mutabiliū ⁊ nutrientiū. Uinum ſubtile ⁊ odoꝛiferum eſt ve
lociter confoꝛtãs foꝛmā baſis: conferunt ēt in hmõi diſpoſi
tione emplaſtra ⁊ vnctiões ſup coꝛ: vt rerū ſtipticaꝝ ⁊ boni
odoꝛis ꝯſeruant i eo caloꝛē ne repꝛimat. Et noſti ꝙ vnctio
ſpine doꝛſi ad hoc eſt medicamē ſingulare ꝑ quā excelſus
⁊ glorioſus cõfoꝛtat virtutē regitiuā totiꝰ ꝓprietatis: ⁊ ē cā
ꝓtectiõis ⁊ lõgitudinis vite humane ⁊ defēſio ſpūs vitalis
⁊ occurrūt ad hec abſq; dilatatiõe oleū camomillinū tere=
bētina partes coꝛū miſcēdo eq̄les ſuccus arthemiſie cū. iiij.
partibꝰ ipſiꝰ olibani repellit rigoꝛes febꝛiū ipſis putridoꝝ
⁊ mēbꝛoꝝ febꝛicitantiū affirmatū aq̄ roſ. ⁊ muſco iſecto ibi
bito ⁊ ſup manſionem baſis aſperſa cum ſincopi ſubuenit.
¶ Aurū electū in cibis adminiſtratū medicamē eſt ſoꝛbiuz
in cõfoꝛtando cãtus amoꝛis carnes ſilueſtres os de coꝛde
cerui diambꝛa ⁊ hec ſubueniūt adminiſtrata. ſi deꝰ voluerit.
¶ Secundaz rem complent conuerſio ⁊ deriuatio materiei
⁊ fumoſitatum eius ad partes circunferentiales ⁊ ꝯfoꝛta=
tio coꝛdis ad hoc principale repellit per ſe virtus foꝛtis cõ
trarium facimus hoc cum auxilio largitoꝛis ſanitatis poni
ventoſas in cruribus fricari manuum volas ⁊ pedes frica=
tione foꝛti ⁊ ligari doloꝛoſe. Confoꝛtari adhuc ſtomachuz
eſt de intentione principali. facit enim repulſam humo=
rum ledentiuz baſim et ſi neceſſitas exigit ad enemata ac=
celeramus: et quandoq; vomitum pꝛopꝛie ⁊ qñq; in pꝛimis
ductibꝰ coꝛpoꝛis extra vaſa materiā credimus eſſe ſubuer=
ſam ledētem virtutē baſis: ⁊ quandoq; accidunt huiuſmo=
di terroꝛes venenoſa potione. ⁊ hoc de neceſſitate cure ter
roꝛum diximus et confidas maxime in ventoſa poſt ſi=

ſiniſtrã ſpatulã. eſt eñ huius paſſionis poſtremũ remediuz ⁊ ſuccurrere poſtea cũ vino ſubtili reſoluto cũ eo pane aſſato facit ad reparandũ et recuperãdũ ſpiritus ⁊ oi ingenio ⁊ ſtudio auxiliari ne differas: nũc conuertendo materiã ad remotiora nũc ꝯfortãdo cor ⁊ ṗncipalia.

¶ Tertiam rẽ cõplent euacuationes decẽtes ſicut ſcire te fecim⁹ ⁊ rememorabimur ſi deo placebit. Sup hoc eñ multiplex cõſideratio cadit. Quarum prima eſt mẽbrũ ſcire alteratũ. Scđa qualitatem materie ledentis habita noticia q̃litatis morbi medicine eũ repellentis fit euidẽtior. Tertia conſideratio eſt ſcire qualiter ⁊ ꝑ quam viaz ad cor gradit leſio aut ꝓpter virtutis defectuz aut fumoſitatis materie aut ſi ab alijs membris conſurgit ei bellũ vel in ſuis manſionibus latet inimicus. Accidunt eniz tales terrores emanatione humorũ: puta ſanguinis fluxus narium mẽſtruorũ ⁊ venarũ inciſione vel ſi dominio humoris predominat corpori. Et noſti ꝙ morbi ex penuria humoruz q̃litatis et quãtitatis nõ min⁹: imo moleſti⁹ ꝙ̃ ex medicina eoꝝ purgatiua ⁊ multitudinẽ naſcunt. Quare cũ cautela ⁊ tremore ad purgationẽ gradieris: leui⁹ eſt eñ inanire ꝙ̃ replere ⁊ minus moleſtuz replere ꝙ̃ inanire. Si aũt ab alienis morbis hoc nocumẽtũ ſurgere videbis: ſiue a cerebro ſiue a ſtomacho ⁊ matrice certã eoꝝ rectificationẽ ſatagere ne differas cum his que ſcire te fecimus contra eorum paſſiones, ⁊ faciem⁹ illo duce glorioſiſſimo: cui⁹ virtute oĩs natura agit.

¶ Electuariũ ꝯfortãs naturalẽ cõplexionez baſis ꝓcurans digeſtiuam incolumen adiuuans membra principalia confortando illa. immo mũdificat ea ab humorib⁹ alienis mũdificat canales epatis. ⁊ eſt expertũ contra malitiam meſaraicarũ. ℞. ligni aloes boni anili mundi reubarbari recentis: añ. pondus equale zucchari ſufficienter. Doſis. a. ʒ. j. vſꝙ ad. iij. ieiuno ſtomacho de ſero cui⁹ paſſio diurna fuerit in matutinis cui⁹ nona eſt egritudo.

¶ Medicamen ex intentione noſtra defendens baſiz ab oi periculo preterito ⁊ futuro reddit naturam hylarez aufert laſſitudinẽ membroꝝ principalium ſubuenit his q̃ triſtant ⁊ melancolizant neſcientes radicem: diligunt ſolicitudinez et ſeipſos odio habent ⁊ ſuſpecti ſũt de re nõ ſuſpecta ⁊ du

bitāt multa pericula eis euenire ⁊ remouet ab eis maleficia:facit eos iocūdos ⁊ amātes curialitatis:ſubuenit retentioni menſtruorū ⁊ fluxui ⁊ ſincopi mulierū iuuat paralyticos. ℞.coralli ru.macis oſſis de corde cerui ambre margaritaꝝ chriſtalli auri cocti argēti meri oſſia zeboris zaphiri rubini hyacinti:aā.ʒ.v.balſami.ʒ.ij.muſci.ʒ.ß. anthos ſpodij ſandaloꝝ gariofi.galāge cala.aro.cubebarū ſpice nardi corticū fiſticoꝝ ſe.baſilicōis carda.piperis al.⁊ lon.baccarū lauri piretri.aā.ʒ.iij.ſtora.cala.magnetis myrrhe electe opij tebaici:aā.ʒ.j.ß.peonie colecte i nouiſſima etate lune:florum camo.florū lilifagi ſanīuci balſamite muameos. ariſto.ro.diāthos:aā.ʒ.iij.croci oriētalis.ʒ.ß.ligni aloes papaueris albi:aā.ʒ.ij.zucchari ꝙ ſufficit.doſis a.ʒ.ij. vſq; ad iij.cū vino calido vel aqua calida ſm exigentiam.

¶Tyriaca magna in huiuſmodi terroribꝰ eſt dilecta et eſt cōmune medicamen ad diuerſa genera paſſionū cor repletum inanit inanitum replet venenis magnifice reſiſtit ſed pueris aut ſenibꝰ parū aut nihil dādū eſt:⁊ tyriaca.x.ānoꝝ melior ⁊ vtilior in diſpoſitione matricis cū aq̄ mandragore eſt medicamē valde efficax:doſis eſt ſm exigētiaȝ nature ⁊ ſui naturā.Roriſmarinus aſſumptus i cibis reddit naturā hylarem ⁊ eſt tutela maxima a potionibꝰ mortiferis. Chiranus dixit folia vitis albe in tm̄ hylareſcere faciūt cor hominis ꝙ earū vſus effrenitate facit apud gaudiuȝ. Confectio faciēs ad tremorē cordis ⁊ ſincopim calidam confortās ſtomachū ⁊ ſitim calidam extinguit facit odorem oris bonū ⁊ cōpetit qui febrem habēt:cuius ꝑmixtio.℞. xiloaloes balſa.ſiſeleos cube.berberis roſ.ſanda.ſe.cōtum: aā. ℥. ß. coral.ſpo.Charabe gummi dragagan.ſe.acetoſe ſe.portulace bugloſſe.aā.℥.iij.camphore.ʒ.ß.margarita.℥.iij. conficce cū rob citri.doſis eſt a.ʒ.ij.vſq; ad.iij.cū aqua frigida nō veri frigoris.Et ſcire debes ꝙ mūdificatio corporis ſi occurrat adminiſtratio ventoſarū poſt ſiniſtrā ſpatulam eſt res faciēs te ſecurū a morte ⁊ proprie qn̄ ſuſpitio eſt venenoſe potionis:⁊ res iā poſita eſt in deſperatiōe in omni cordis paſſione ſincopi ⁊ cardiaca eſt medicamen fidele facit liberam virtutem ⁊ ſpiritus reſpirationem:ſi deo placebit:⁊ ſubuenit egritudinibꝰ cerebri diuerſis ⁊ ſplenis ⁊ aliqn̄ pulmōis.

¶Judens potio confortans cor ⁊ ducens materias a regio nibus ſpiritualibus ⁊ ab alijs membris mandantibus leſio n ead eū ⁊ liberat a tremore ⁊ omni paſſione cordis: ſi deo placebit ⁊ cum magna iocūditate reſpicit membra princi palia. ℞.mira.citrinorum conditorū ſm doctrinam noſtrā quā ſcire te fecimus: vbi de eorum poſſe ſcripſimus.ʒ.iij.aga rici electi.ʒ.iij.ſalis gēme.ʒ.ſ.⁊.ß.reubarbari raueđſe.ꝑpa rati.ʒ.ij.ß.turbith.ʒ.iij.ʒ.tar.j.gūmi dragagāti oppopona ci ſarcocol.aā.ʒ.ij.ſpice nardi.ʒ.ſ.dictami.ʒ.ij.maſti.myrrhe electe.aā.ʒ.j.eorum apozima eſt.℞.yſopi thymi yreos bal ſamite ſaniuci liqui.macis:aā.ʒ.j.cynamomi gario.aā.ʒ.ij. entaleipericon zedoarie.aā.ʒ.ß. aromatizētur cum muſci. ʒ.ß.et modicū aque roſa.preparetur potio ſm modum ar tis notum ⁊ propinetur in horis electis. Amplius ſcire opor tet ꝙ nō ſemper occurrūt medicamina ꝑparata: nec res ter minū dant lōgū maxime cū ipſi īfirmi ſint cū ſincopi appa rēte: tunc tm̄ ſtudiū eſt in ꝯfortādo cū rebus cordialibus odori feris ⁊ ꝯuertere materiā ad mēbra diſtātia cū fricationibus ligationibus in extremis doloroſis ⁊ vētoſis ſub geniculis et dare apud talē caſum flores caducos nucis redactos in pul uerē cū liquore calido vino vel aqua ſm neceſſitatē eſt me dicamē qđ ꝯſeqtur ſuā virtutē ſ maiori ⁊ nobiliori natura ⁊ liberat vna hora a ſincopi: ſi deus voluerit.

Singularia paſſionū baſis medicamia ⁊ quorūcūꝗ mē brorū humanū organū narrare nō pñt. Et vos iam ſci uiſtis ꝙ ſcire ad ignorare parnā hꝫ equipollētiam ⁊ ſciui ſtis ēt ꝙ ſolertia ſtudētium ingenioſa nō eſt vna olno: im mo diſſoluant ⁊ obuij in multis tractatibus permanēt: hu ius enim mēs illius ligamēti obuia eſt hec potētia formaꝝ ⁊ ſpecierū receptiua aliud actu ꝯſumatur: ꝗ̄ illa: vis enim eorū veriorē eliget opinionē cum verū a ſolo organo ſpūs ſancti germinetur ⁊ abundet ⁊ q in noſtris intellectibus ī uenitur ab ordine maioris gubernatiōis illud conſeqmur. quod enim magis participat nobiliorē perfectionē compa ratur ad illud quod minus participat ſicut actus ad potē tiam ⁊ agens ad patiens vt luna gratia ſolis comparaꝛ ad multas ſic anima intellectiua propter conſecutionem ⁊ affi nitatem quā ſortitus a natura angelica ꝯparatur ad ꝯmu

nem naturam ſm genus efficiẽs in mundo quod eſt natu-
ra angelica oium generum nobiliſſimum: quia de ordine
diuine gubernatiõis ⁊ ſcientia innarrabilis ⁊ incomprehẽ
ſibilis ſine cuius irradiatiõe tenebre ſunt: ⁊ deficit omnis
intelligentia ⁊ omnis eloquentia analogica: ⁊ allegorica ⁊
vltima cõparatio nature ab intelligentijs eſt: et quinta eſ-
ſentia ad primã materiam generabilium cõparatur a cuiꝰ
aſpectu dicimꝰ virtutẽ ſingularẽ ſupra naturã. Propterea
o tu curã corporũ gerẽs deũ in cũctis prepõe ⁊ oia tua prĩ-
cipia ab eo inchoent ⁊ ne vereatis eũ pponere ⁊ te poſtpo-
nere ſciens ꝙ tua ſcientia non eſt ſcire non eſt finita nõ eſt
perfecta niſi quantum ab eo perficitur: time eum ⁊ cuncta
experieris ſecure ⁊ ſit maior cautela capacitate tua: vt non
denies arrecto vllis pcibus vel precio vel odio vel amore.
Scis namqȝ ꝙ ſoli deo eſt notum confirmare hominẽ ⁊ hic
heu: illic vehemẽtius tibi parantur nec opprimes inopes
ſalario: nec ingenioſus nobiliũ curã impotentiũ cura por-
tabis. Amplius non dilatetur cor tuum diffuſa laude ⁊ pre
conizata apud multos ne auertet a te deus gr[illegible] ſuã: qm̃
ſua intereſt ſanare non medici ⁊ nature eſt rectificare non
medici tui non eſt niſi nature cõuenientia ⁊ neceſſaria por-
rigere: nec ponas odiuȝ in anima tua aduerſus medicos.
hoc eñ a deo ſeparat. ¶ Ugo medicamen cõfortans cor et
ſubueniens ſincopi. ℞. macis cardamomi cubebarum ani
ſi. añ. ʒ. ij. ambre margaritarũ. añ. ʒ. iiij. camphore tri. j. zin-
ziberis. ʒ. ij. galange ſpodij capparis. añ. ʒ. iij. maſticis. ℥. ß.
muſci. ʒ. j. zuccari. lib. j. ß. doſis a. ʒ. j. vſqȝ. ad. ij.
¶ Confectio trociſ. expertorꝫ iuuamentorum qui paſſiões
cordis pati cõſueuerunt. educit eñ materiã alienaȝ in cor
de: ⁊ ſanat ab huiuſmodi languoribus ſi deo placet. ⁊ facit
egritudinibus ſine materia: ⁊ cum materia: et reſpicit ma
tricem malitioſam ⁊ ſtomachum corruptum. ℞. florum ro-
riſmarini peonie bethonice ariſtologie longe: et rotunde
dictami lilifagi eufragie. añ. ʒ. ß. baccarꝫ lauri: piperis albi
et longi cardamomi galange macis zinziberis ſandalorũ
ſpodij papaueris albi portulace roſ. acori corallorũ: añ. ʒ.
ij. opij thebaici myrrhe croci: añ. ʒ. j. limature. aur. ʒ. j. muſci
tr. j. balſami ſucci granatorum mellis. añ. ʒ. quattuor mãne

dyagridij:maſticis.ita q horum triuȝ fiat vnū corpus.aā. ʒ.iiij.agarici feminini.ʒ.ß.ſalis gēme.ʒ.j.cōfice cum aceto ſquillitico quilibet vnius.ʒ.Doſis a.ʒ.j.vſqȝ ad.iij.cū aqua ſaluie cōtra malas diſpoſitiones matricis cū aqua balſami te:arthemiſie:et modico mandragore.

¶Electuariū nobile ꝓ magnatibꝰ:ꝛ aſſumiť oi tp̄e ꝛ oi hora.ꝛ facit ad cōfortationē totiꝰ nature:ꝛ reſpicit oia mēbra languida.ſtomachū cōfortat multū:ꝛ p̄bet audaciam timidis:ꝛ p̄ſeruat a ſincopi ſi deo plȝ.℞.ſpodij ſeis rute.capparorū.lacte corallo꜡:galan.macis.gariofil.cubebarū.aniſi. maſticis.eufragie:aā.ʒ.ij.muſci.ʒ.ß.pinearū mūdatarum. amigdala꜡ dulciū:ſeminū ꝯmuniū mūdata꜡.aā.ʒ.iij. margarita꜡:ambre:ȝaphiri:hiacinthi.aā.ʒ.iiij.balſami.ʒ.j.mellis.ʒ.j.papaueris albi.ʒ.ij.ſandalorū:ſeminis endiuie.aā. ʒ.iij.ꝯfice cū aqua roſa.ſucco granato꜡:ꝛ ȝuccari duri partes eorū miſcendo equales:bulliant ebullitione debita.et fiat confectio electuarij ſm q notum eſt in arte.

¶Sermo de vnctionibus.

¶Democritus dixit fructus hedere folia:ꝛ gummi eius a proprietate remouēt oppilationes epatis: et ſplenis anti quas:ꝛ fit ex puluere foliorum tragea laudabilis que aſſu mitur in cibo omni hora.℞.pulueris predictis.ʒ.ij.anisi. ʒ.j.limature argēti.ʒ.ß.auri bōi.ʒ.iiij.ambre.ʒ.j.magnetis ſubtiliſſime puluerizati.ʒ.ij.gariofi.cubebe macis:zinzib. gūmi hedere.añ.ʒ.j.zucca.bōi.lib.ij.ꝛ bibat poſt imediate parū:boni vini vetuſtiſſimi eſt medicamē regū ꝛ magnorū dominorum:reſpicit cor ꝛ membra principalia generat gau dium.ꝛ eſt medicamen diuinum in remouendo oppilatio nes cum gaudio nature.
¶Pillule reſoluentes oppilatiōes epatis ꝛ ſplenis: ꝛ hy dropiſis circa principiū.℞.raued ſeni.ʒ.v.armoniaci ſera pini bdellij.añ.ʒ.viij.lacce.ʒ.j.oppo.ʒ.iiij.mezereon.ʒ.v.tur bith ſpice polij aloes.ana.ʒ.v.maſticis.ʒ.iij.olm mirabo lanorum.añ.ʒ.iiij.lapidis lazuli abluti epithymi ellebori ni gri ſalis indi:añ.ʒ.ij.yerepigre.ʒ.x.diſſolue gūmas cum vi no ꝛ forma pillulas.Doſis.ʒ.ij.cum aqua caſei.
¶Unguentū expertū ad dolores ꝛ oppilatiōes ſplenis ꝛ du ritiē in eo ꝛ dolorē matricis.℞.bdellij maſticis galāge ar moniaci gloes colophonie mellis.añ.ʒ.iiij.terebētine.ʒ.ij. ſerapini ſtoracis liquide.ana.ʒ.viij.cere citrine.ʒ.iij. ſucci ciclaminis ſucci abſinthij.añ.lib.j.olei camomilli.lib. j.butyri.li.ß.terēda terātur ꝛ liq̄ſiant liquefaciēdi: ꝛ i corpo re tur vnguentū quo vngatur ſplen ꝯtinuis dieb⁹:mollificat ipm ꝛ rectificat ꝛ reducit cōplexionē eius ꝛ cōficitur cerotū ꝛ remouetur a membro diebus multis.
¶Dixit Dyaſcorides.Ciclamen ſm omnē modū adminiſtra tionis ei⁹ ſup membrū ꝛ medicina ꝓbatiſſima:ꝛ experta in ſedando oppilationes.ꝛ mollificat ꝛ attenuat ſplenem in omnia medicamina ſuccus eius cū tantumdē aceti: mellis ꝛ cere partes.iiij.ad ſpiſſitudinem mellis ꝛ cere bullitum eſt medicamen probatum in oppilatiōibus antiquis ſplenis.

¶De hydropiſi ⁊ eius speciebus.

Hydrops ⁊ species ei⁹ dixit Gal. oẽs vniuersaliter generãtur errore virtutis sanguis generatiue cũ cessauit ab actione ꝓpria: ⁊ deest ei complementum ei⁹. velut enĩ nocumẽtũ i virtute accidit stomachi digestiua fortasse paruum fortasse magnum simul etiam est in epate: ⁊ nocumentũ accidens in epate est ex causa in eo etiã et in stomacho: hec enim duo membra cum aliquod accidens recipiunt: q꞉ nature instrumenta vt nutriant complexionem corporis: et cursum mutant nature.

¶Et dixit hyp. hydropisis nascitur ex illis et lumbis. ⁊ est eius ꝓprium accidens fluxus ventris: neq꞉ ꝑ hunc fluxũ detumescit vẽter. nec dolores sedãtur iliũ ⁊ lũborũ. et hec est fallacia venarũ guedegus: cũ enĩ nõ seruiũt epati more solito ꝓpter debilitatẽ ⁊ oppilationẽ acquisitã remanet cib⁹ in ieiuno: ⁊ minutis intestinis que cũ grauãtur cibo expellere ipm molliũtur penit⁹ ad inferiora quare fit vt accidat fluxus vẽtris ⁊ corrũpitur cibus: ⁊ ꝯuertit in colerã malitia membrorũ apostematoꝝ apostemate calido habentibus hãc dispositionẽ. ⁊ fit mordicatio vehemens mordicans eã ꝯtinue ad expellendũ retentiã in eis: ⁊ venter illoꝝ toti⁹ est apostematus. ⁊ est dolor fluxus corũ ꝓpter apostema calidũ ventris inflatio ꝓpter vẽtositatẽ retentã. ⁊ est causa horũ accidentiũ doloris e ventositatis inflãmationis error: ⁊ debilitas virtutis digestiue ⁊ expulsiue.

¶Galienus hydropisim simpliciter epaticã hec accidẽtia nõ sequuntur nec attrahitur fluxus: sed fortasse accidit i fine: cũ fex cibi moratur in corpore eius cuius ratione inflatur venter eorũ multũ propterea q꞉ pars eius resoluit: ⁊ respirat propter decoctionem tante adustionis.

¶Et dixit Gal. seipsũ prouocet ad tussim habẽs hydropisim epatis ⁊ cum non iuuatur abstineat a tussi.

¶Et dixit hyppo. hydropicus cui accidit tussis ꝓpter exuberantiam multe materie nutritiuorũ vsq꞉ ad spiritualia: ⁊ cannales pulmonis ꝓpinquus est morti: hydrops cum fe. ⁊ fe. cũ ea multũ facit ad maiorẽ errorẽ virtutis sanguis generatiue: ⁊ sunt. iij. hydropisis species proprijs nominibus a medicis appellate ascites tympanites et hyposarca: et

quarumlibet ſpecierum cauſa eſt defectus ⁊ malitia virtu-
tis epatis ſanguinis generatiue quamquam: hoc a ſplene
magis ꝗ̃ ab epate cauſetur. ⁊ hoc ab illis magis quaꝫ ab
epate. Ad hydropiſis conſumationẽ epar ſtomachus ſplen
et alia adulterantur et conſumunt eius vltimum gradum
et conſumũt ipſa malitia epatis ſtomachi guedegui ⁊ ſple
nis omnino concomitatur in onere flegmaticis et contra-
rũ continuantur ad ſeinuicem hec membra ⁊ eadem regio
ne cum ipſarum virtutum digeſtiuarũ ſtomachi et epatis
correlatiua perditio. et hoc accidens ſequitur fluxus quaſi
quamlibet ſpecierum hydropiſis maxime in fine. illam au
tem prius ex illis ſalſitate guedegui: et virtutis ſanguinis
generatiue non attrahentis nutrimentũ ab eis ſꝫ preteri
tam conſuetudinem. Et ſequitur hanc ſpeciem vſꝙ ad mor
tem velut vmbra corpus. Scripſimus autẽ in tractatu epa
tis et ſplenis magnam partẽ hui⁹ egritudinis cure maxi-
me circa principium. nam quorum iam conſumatus eſt hy
drops cũ diuturnitate temporũ in corpore inſigurat⁹ ani-
me grauat officia ſpiritus extinguit ardorem debellat na-
tura regens cuſtodit corpus relinquimus neꝙ onus illoꝝ
cure ſuſcipiendum eſt maxime cũ ſpiritualia leſa non dubi
tas quorum ſe. nõ ſeparatur ⁊ mala accidẽtia iam inualue
runt ⁊ inimicatur cibus ⁊ virtus appetitiua ⁊ cõtinue lan-
guenti bibere aquam frigidã eſt res nõ recipiẽs curã.

Cura huius egritudines eſt. Primũ in vita laudabili.
Secunda coartat materiã. Tertia abſcindit eã. Quar
ta rectificat membra mãdantia materiã. ⁊ maxime virtuteꝫ
ſanguinis generatiuam: quorũ malitia coacta fuit egrota-
re. Quinta corrigit accidentia: ⁊ eſt hoc aliquando ꝓpter-
ea vt obuietur pericul o accidentium.

¶ Primum autem eſſe cõplent adminiſtrationes regiminũ
in. vj. generibus rerũ de quib⁹ eſt elegantior cibus ſicc⁹ vi
no calido affinis: ⁊ contrari⁹ compoſitus febricitãtibus: et
aer ſine paludibus: ⁊ aquis ⁊ cadaueribus mortuoꝝ. Cib⁹
conſiderandus eſt in quanto ⁊ quali ⁊ ꝓprietate: ſicut pro-
prie cibus boni nutrimenti: ⁊ ꝑmutabilis nõ generatiuus
ventoſitatum: nec ſumat̃ ſm appetitum.

¶ Inq̃t Dyaſcorides. Puluis yſopi attenuat vẽtrẽ hydro-

piſſi: piſces: et omnia liquidorum genera ſint eis moleſta: et diligant corporis exercitium et carnes vulpini. et caſtratis ne perdicum: et caponum dilecte: et que hoc curſu pcedunt panis cum aqua pluuiali confectus ſalita.

¶ Inquit macer galiſta. e efficax vinũ impmixtum ſubtile odoriferum. et ſtipticitatis et ponticitatis parum habens et eſſet elegantius vinũ ebulatum: et vinũ cum ſene ſm doctrinam noſtram dulce: et groſſum eſt malũ. et ſi debet pmiſceri aſſocietur aqua mellis. vitent aũt potũ ſup repletionẽ: et potum oẽm aque: et fugiant aquã tanq̃ baſiliſcũ: et elegãtius et ieiunum repletione: et abſtinere ſuper ſitim et famem eſt bonum primum et nocet quies ante et poſt cibum: et mandatum eſt ſm legem cibum: et potum certo pondere eis pporcionari: anguſtia: triſticia dolor: et ſollicitudo laborioſa vitetur eupatorium et ruta eſt eis cibus medicinalis.

¶ Secundam rem cõplent que materiã cõplexione et proprietate adaptãt vt eius faciles fiat expulſio qualia ſunt oximel ſquilliticum narcoticum aqua lactis bullita cũ epithymo et ſene ſuccus ſe. maturorum: ebulorum: reſolutus cum pulpa caſſie. et proprie hydropiſi ex cauſa epatis. et ſyrupus eius. cuius hec eſt cõfectio. ℞. ſucci ſe. ebullorum. ſe. maturorum ſambucorũ. ana. lib. iiij. ſucci eupatorij. ſucci endiuie. ana. lib. ij. pulpe caſſie tamarindorũ recentium. ana. ℥. iiij. zuccari lib. iiij. aromatizentur in fine ſui cũ hoc qđ. ℞. galãge g ariofil. zedoarie. maſti. croci. ana. ʒ. iiij. Doſis eſt. ij. vel iij. ℥. cum aqua mellis ſquillitici in matutinis oximel de polipodio aniſo et agarico. et eſt efficax medicamẽ et ponens materiam in neceſſitate expellendi. et ſimilia.

¶ Tertiam rem complent euacuationes decẽtes habẽtes prerogatiuam pprietatis maioris educẽdo hãc materiam quarum fama et memoria rememoratur. Clyſteria lenia: et acuta ſuppoſitoria: et emplaſtra ſupra vmbilicum: et balnea laudabilia ſalita. et ſulfurea. et cauteria. prouocatio emorroy. euitent omne genus flobotho. et forte in fine purgato corpore et poſito in via ſalutis aperit ſaluatella. Cauteriũ non appropinquatur ſpeciei tympanitis: nec aſelitis penitus. nam illud eſt mortale quando tu iam medicatus hãc ſpeciem hydropiſis tympanitis cum medicinis rememora

tis ⁊ rememorandis. et non cōſeqveris curationis effectū. tunc cōſidera ſi infirmum conſecuta eſt debilitas aut eſt cū eo infirmitas aliqua preter hydropiſim. aut ſi ſit cū eo tuſſis: aut vētris ſolutio: aut ſimilia illis. tunc caue ne mediceris ei cū ferro: qm̄ illud eſt timor. ſi autem eſt in via ſalutis aperiatur ſaluatella: ⁊ ſi caret omni egritudine preter ꝙ ſola hydropiſi: ſi autem non eſt puer neq̧ ſenex. tunc modus cauterij eſt dilectus. ⁊ elōgari cū ſectione ab vmbilico. ſi hydropiſis fuerit ex parte inteſtinoꝝ quantitate. iij. digitorū ad inferiora in directo eius ſuper pectinez. ſi ꝓpter egritudinē epatis: ſi ſectio tua ſiniſtra ab vmbilico. iij. digitorū. ſi ꝓpter egritudinē ſplenis ſit ſectio in latere dextro eadem quātitate: nec iaceat ſup locum ſectionis infirm⁹ ne currat hūiditas plurima ad locū debilē: ⁊ pfora cutē: et euacua ex aqua in hora quantitatē mediam qm̄ ſi maiorem ptē euacuares in hora fortaſſe moreretur infirm⁹ ꝓpter reſolutionem ſui ſpiritus aialis aut accidit ſincopis vicina morti. verumtn̄ euacua ex aqua ſꝫ ꝙ ſignificabit tibi diſpoſitio infirmi ex virtute pulſus ei⁹: ⁊ ex bonitate fortitudinis corporis tunc extrahe inſtr̄m: ⁊ retine aquā: ⁊ itera cū inſtrumēto die altera ſi vides infirmū tolerantez. extrahe quātitatē paruā: ⁊ facit dieb⁹ aliqb. tn̄ ꝓpter timorem ſi times ſuper infirmū vt dimittas ex aq̄ quantitatē magnā. cura ipm̄ cuꝫ ſepultura in arena calida et ſudore multo balneo: ⁊ ſole ⁊ ſpectet ſup ſitim: ⁊ cura ipm̄ cum medicinis exiccatiuis donec ſanetur: ⁊ cauteriza ſi expedit ſuper ſtomachum epar et ſplenem non curatiue ſed aduſtiue.

¶ Quartā rem cōplent ſtomachi ⁊ epatis virtutum rectificatio digeſtiuarū ⁊ retentiuarum: ⁊ mūdificatio venaruꝫ guedegui: vt ſeruiant epati ⁊ epar attrahat ab eis ⁊ aſſimilet. Nec ꝑmittas confortare cor ⁊ ſpūalia vt repellāt nociuum nutritiuoꝝ materie: ⁊ reſpicias matricē ſm oēm viā ſui adiutorij. ⁊ viam viuificationis ⁊ rectificationis ſtomachi ⁊ epatis: ſicut ſcire te fecimus cōfortamus ſtomachum cū maſtice ſm oēm modū adminiſtrationis eius: et eſt medicamen dilectū ſtomacho cum oleo maſticino ſupaſpergēdo puluerem maſticis: ⁊ myrti: ⁊ alijs ſm ꝙ diuerſe ſunt vētris nature ſic diuerſa ſiut genera medicaminū dilecta ſup

q̄bus euigilantiſſime tua euigilet ſolertia.
¶Medicamē cōe q̄d huc morbū deſtruit alteri ſimili vires addit.ꝛ fortaſſe quedā virt⁹ cōtinuo curat ꝛ in diuerſis naturis letificare epar.facit clarificare ſanguinē eſt potētiſſimuȝ in cura huius egritudinis ſubtile ꝛ maxime odoriſeꝝ vinū bibere eſt ex maxime facientib⁹ hylaritatē cordis et epatis:et mundificat ſanguinē a colera ꝛ fortaſſe facit ſanguinē furioſum ꝛ colericū:ꝛ facit ēt minerā ſpirituū reddit irradioſum cor vt influat:ꝛ irradiet calorem p membra eſt pabalū cōplexiōis qua vita cōſiſtit ꝛ corrigitur pane aſſato poſito in eo cuius poros vaporoſum ingreditur. Uinū aūt ſubtile et auara manu bibitū cōfortat virtutē alalem ꝛ ſpiritualem:ꝛ illuminat potentias ſenſitiuas:ꝛ oīa inſtrumēta aie et cordis q̄ primus vinum de vitibus molit⁹ fuit educere inter ſapientiſſimos eſt ꝯputandus.nā ſicut lupinoꝝ amaritudo aqua iniecta tolliꝰ ſic anime noſtre aſperitas vino ebibito in dulcedines eſt mutata.ꝛ facit contrariū eius plus.et eſt valde dilectum in malitia gnedegui.
¶Quintā rem cōplent ſitis tolerantia.nō qꝛ frigida valde ꝛ aqua lactis capꝛarum eſt dilecta in hoc.ꝛ quecūꝗ ꝓprietate ꝛ natura ſpūali reſpiciunt.ꝛ repellunt accidentia et mitigantia dolorem epatis ꝛ ſplenis:ꝛ ventris accidētia cum emplaſtris ꝛ clyſterib⁹.ꝛ fortaſſe cū balneis valde ſtipticis ꝛ conſumptiuis corpore mundificato.
¶Dixit dyaſcorides balneū de ſemini et folijs iuniperi eſt efficax.Tyriaca magna cū vino decoctiōis betonice ē medicamen bn̄dictum in fine rei.ꝛ poſt exitū balnei inteſtina et epar calida oīm mitigant dolores illorum epatis ꝛ ventris:ꝛ hydropiſi.Oleum de camomilla coctuȝ cū cymino et ruta clyſterizatū mitigat oēs dolores ventris ex vētoſitate ꝛ groſſo flegmate creatos.Succus plātaginis ē medicina magna:ꝛ efficaciſſima hydropicoꝝ ſedat in eis magnū fluxum:ꝛ remouet fe.exinguit apa inteſtinorum.attenuat ventrem.ſitim mendoſam delinit:ꝛ cōfert hydropiſi cā epatis propria natura.ꝛ alijs ſpeciebus hydropiſis.nā ꝛ a ꝓprietate nobili hȝ ſpirare bonum aerem et eſt ex maxime iuuātibus in cura huius egritudinis.
¶Medicamen orzelei magnū cōtra hydropiſim.ꝛ reſpicit

ſpūalia.℞.yꝛis:ſucci marubij: ariſtologie rotunde ⁊ lōge. lacce pōdus equale.cōficiātur cum aqua decoctionis yꝛis ⁊ melle:⁊ detur cū aqua decoctionis gentiane.
¶Inquit Gal.Electuariū yꝛis eſt multarum vtilitatū ⁊ eſt efficax:⁊ mirabile ſupꝛa hydropiſim:et debilitatem epatis ꝓuocat vrinā:⁊ laxat inteſtina humores diuerſos.℞.ariſto lo.longe ⁊ rotunde:lacce:ſquinanti:marubij:añ.ʒ.iiij.ligni aloes ſpice.añ.ʒ.iiij.turbith.ʒ.v.ʒinʒi.ʒ.ſ.aga.ʒ.viij.ſene.ʒ. ij.yꝛis.ʒ.iij.cōficiantur cū melle bono ⁊ dentur ſm virtutem cū aqua calida decoctionis ſpartane ⁊ ſaturegie.
¶Agretius eſt contra hydropiſim ⁊ frigiditatē epatis:⁊ eſt efficax citrino colori:⁊ rectificat digeſtionē epatis ⁊ ſtomachi.℞.aga.radicū lilij celeſtis:lacce ariſt.lon.⁊ ro.ſucci ſticados.ſucci marubij:olibani:ſucci camedreos:camepi. cyna.añ.ʒ.ij.folij gario.añ.ʒ.iiij.reub.aniſi.añ.ʒ.v.ligni aloes ad pondus om.Doſis eſt.ʒ.iij.ſanat ſi deus voluerit.
¶Syrupus ex inunctione noſtra adequās materiā.⁊ ponēs eā in neceſſitate ad expulſionē facilē:⁊ reſpicit epar:⁊ ſtomachū ⁊ ſpūalia.⁊ eſt efficax in oī materia.℞. ſcolopēdrie: capilloꝝ veneris:aſparagi.bꝛuſci:apij:vel haſce: yſopi epithymi:radicis:cucume.aſini.eupatoꝛij yue:marubij:aſſari ſticados:añ.℥.ij.tamariſci. capa.gūmi hedere: ſquinanti: ellebori nigri:radicū ebuloꝝ:gētiane:dictami: añ.ʒ.iiij.aniſi.polipodij.agarici aro.maſti.galange ſerapini:meʒereō: añ.ʒ.ij.violarum roſarū ſeminū cōīum:endiuie: poꝛtulace coriādri.floꝝ boꝛaginis:ſeminis abſinthij:lapatij:fumiterre.añ.ʒ.ij.aceti.ʒ.v.mellis q̈ ſufficit.Doſis.ʒ.ij.cū aq̄ yue. in matutinis eſt virtuoſus:ſi deus voluerit.
¶Dyaſcorides dixit Magnetis.ʒ.ij.cū mulſa ꝓpinatū attenuat ventrē hydro.⁊ educit humiditates mucillaginoſas ⁊ ponit concoꝛdiā membꝛoꝝ dilectā:gūmi hedere cū mulſa datū remouet oppilatiōes:ſedat doloꝛes et maxīe affert iuuamentū hydropiſi:ſi deus voluerit. Cōtinua ſup vmbilico butyꝛi vnctio foꝛtis ē medicina bñdicta laxans vētrē ſine turbatione nature:⁊ maxime ſi iungatur cū eo aliq̄d colloquintide rapit pꝛopꝛium humorē.
¶Clyſtere efficax educēs materiā globoſā.℞.radicū cucu.aſini.ebul.añ.ʒ.ij.vio.lupuloꝝ rute.fetide.cētauree mi

noris:aā.ℳ.ß.butyri.℥.iij.aceti.℥.j.ſalis.℥.ij.mellis.℥.ij.olei violarū.℥.iij.pcedant hec lenioꝛa. Succus verbene bibit⁹ cū aqua lactis capꝛarum eſt vltimum medicamē in pꝛuocā do vrinā:ꝛ ſedat toꝛtuoſitatem ventris dextri.

¶ Cerotū attenuans ventrē groſſum ꝛ tumefactū. ℞. ſalis gēme ſulfuris vini butyri:aā.ʒ.ij.cere terebētine:aā.℥.j.rute:abſinthij:cineris quercus:myrrhe:maſticis:olibani:aā.℥.ß.vrine vaccine.olei cōis:aā.ʒ.iiij.eſt vtile ſi de⁹ voluerit.

¶ Pillule maioꝛes de mezereon purgātes oēs hydꝛopicos educūt flegma groſſum colerā hāc ꝛ illā ꝛ euacuāt aquā citrinā:ꝛ coꝛrigūt accidentia expugnāt effectiuā cauſaꝫ:olno extirpant iuuant mēbꝛa mādantia iuuamēto magno quarum vſus reſtituit ſanitati ſi deus voluerit.

¶ Confectio.℞.miro.in genere abſin.aga.electi.ʒ.iij.reubar.ʒ.ij.ſpice nar.ʒ.j.mezereō triduo i aceto coꝛrecti.ʒ.viij. ſerapini oppopo.maſti.lacce.aā.ʒ.j.myrrhe electe ſāda.dꝛaga.aā.ʒ.ß.aloes boni epatici ad pondus oim quedā gūmi diſſoluantur cum vino ꝛ infoꝛmētur pillule parue.doſis eſt pillule.xj.in matutinis magnis.

¶ Syrupus magne prerogatiue pꝛopꝛietate ꝙ complexiōe cōtra hydꝛopiſim:ꝛ confert paralyſi ſi deus voluerit.℞.ſe. rute domeſtice:oꝛigani:yſopi:epithymi:macis : pentaphilon:zedoarie:herbi.acori:folia ſalicū.herbe.paralyſis. aā. ℳ.j.celidonie.myrrhe.thymi:fumiterre:eupatoꝛij:lapatij: cicoꝛee:poꝛtulace coꝛiandri:gentiane:altilie:eufragie.ditrami:radicis ebuloꝛuꝫ cucumeris agreſtis bꝛionie ellebori nigri:aā.℥.j. bugloſſe verbene arnogloſſe.aā.ℳ.ß.ſeminum apij.ſe.cōmunium ſambucoꝛum tamari.mezereon.ebuloꝝ omnium.aā.ʒ.ß.macis myrrhe magnetis: ſerapini : armonia.lacce.ſpice gummi edere gario.galāge.aā.ʒ.iiij.tamariſci lib.ß.aceti.℥.iiij.zuccha.lib.iiij. Doſis eſt.℥.ij.in matutinis cum aqua eupatoꝛij ꝛ maſticis educit humoꝛes diuerſos viſcoſos ꝛ compoſitos:ꝛ eſt ſicut bezoar hui⁹ egritudinis et aliarum vt eius compoſitio oſtēdit. ¶ Balneum laudabile.℞.aque currētis olei oliuarum equo pondere:areneigipſi.ſalis.aā.lib.ß.ſulfuris.lib.ß.baccharuꝫ lauri viola. ro.floꝛum roꝛiſmarini.aā.lib.ß.magis cōſumat ꝙ diſſoluat diſſoluit et reſoluit ventoſitatē ſupercalefactionem refrige

rat infrigiditas calefacit:rarefacit flegma imbibitū in neruis cōfortat ſubſtātiā eorū hydropicos oino extenuat cōſideret virtꝰ morbi:⁊ eſt vtilis ieiuno ſtomacho.

¶ De doloribꝰ vētris ⁊ inteſtinorum.

Cura huius egritudinis in .ij. partes ſufficiēter diuiſa eſt. Pria eſt ſollicitudo feſtina circa accidētia. Secūda res eſt mundificare materiā ſi humoralis eſt cū adequatione ſi poſſibile fuerit ꝙ fugat dolorem: ⁊ cauſam ⁊ econtra: maxime cū humoralis eſt ilico facienda ſunt genera medicaminum cū tarditatē nō recipiāt longā. Regimē credo nō ſcripſimus iam:⁊ fortaſſe aliqd medicinale recipiūt. Regimen erit ſubtile:⁊ facilꝰ ꝑmutabile abſq; vētoſitate:immo mordicās ⁊ mouēs vētoſitatē oppilātē groſſo flegmate natā indicēs ⁊ ſcordeon ē de elegātiori:⁊ i colēdiori medicamine medicaminū i aliis laboratoribꝰ ⁊ aliis ꝯplexiōe groſſis

¶ Primā rē ꝯſumāt balnea appoſitiōes vētoſaruꝫ ſuꝑ loco doloris ⁊ clyſteria acuta ſm partē catartici laxās ꝯplexiōē ⁊ ꝓprietate humores flegmaticos:vt agaricus zinzi. ē aſſociatꝰ eſt medicamē ſublime:⁊ efficax tyriaca magna cū optimo vino eſt ſatis dilecta.

¶ Inquit hyppo. bacca. lauri puluerizata cuꝫ equo aniſo eſt medicamen remouens omnem colicam:⁊ alibi ſcripſit: et laudauit flores nucum caducos contra colicaꝫ:⁊ omnes dolores interiorum ventriculorum propinari cum vino calido parum mixto in colica:aut cum cauſa ſimpliciter clyſtere educens flegma cruduꝫ ⁊ groſſum expellens ventoſitatē extendentem inteſtinum:⁊ ſanat ſi deo placuerit. ℞. rute. M. ſ. ſcordeon. ℥. ij. cimini:aniſi. ana. ℥. j. baccharū lauri. ʒ. ß. aſe fetide. ʒ. ij. mellis. ſalis indi: ana. ℥. j. bulliant in oleo oliuarū:⁊ paretur clyſtere. Et vomitꝰ non eſt res extrinſeca a cura huius egritudinis cū aqua raffani:⁊ raparū ſemine:⁊ eſt medicamen qđ colicis occurrit. Balneū aūt ſi nō times naufragium virtutis precedit clyſtere e ponatur in balneuꝫ ſcordeon aniſum baccha. lauri camomilla:ſpica nardi:et q̄ hoc procedunt curſu.

¶ Cōfectio mirabilis cōtra colicā ⁊ abſcindit materiā: ⁊ remouet accidentia:ſi deꝰ ſublimis voluerit. ℞. aniſi cimini zinzi. feniculi. galange:ſcordeon:aſparagi. ana. ʒ. ij. aſe fetide.

ʒ.j.piretri vltramarini.ʒ.ij.aristo.ro.ʒ.iij.dictami.ʒ.j.myr-
rhe masticis olibãi:ſan.ora.añ.ʒ.ß.opij thebaici.gra.j. bal
ſami.ʒ.ß.agarici.ʒ.ij.mezereon.ʒ.vj.ellebori ni.ʒ.ij.turbith.
ʒ.iiij.diagridij diſſoluti cũ maſtice ⁊ repreſſi in pomo.ʒ.iij.
aloes boni.℥.ij.ß.zucchari.ſufficienter.doſis a.ʒ.j. vſqꝫ ad
iij.℥.ſepius reperita butyri:aſſociati cũ colloquintida ſup
vmbilico:ſoluit ventrẽ ⁊ remouet colicam:ſi deo placuerit.

¶Clyſtere benedictũ ꝑ nobilibus cõplexione cũ ſuauitate
educens flegma ⁊ melancolicũ humorẽ:remouet omnẽ vẽ-
toſitatem.⁊ ſanat colicã ſi deo placet.℞.aniſi:croci polipo-
dij triti.ana.℥.ij.bulliant cum aque lactis caprarum.lib.v.
⁊ diſſolue yerepigre.℥.j.mellis.℥.ij.ſalis.℥.j.olei viola.℥.ij.
fac vnum poſt aliud quoniaꝫ non eſt turbans naturã.Exu
let a cura huius omnis ſlobothomia:⁊ omne frigiduꝫ nar
coticum aſſumptum ſit regimen confortans ⁊ dilatans ani
maꝫ ne tabeſcat virtus in extremis propter caloris reuoca
tionem ⁊ acceſſum ad locũ doloris.

¶Galienus dixit aqua camomille calida debita remouet
oẽs dolores ſtomachi ⁊ fortes inteſtinoꝝ ⁊ renũ.

¶Galienus aqua calida cũ aloe ſanat oẽs lãguores corpo
ris ſi deus voluerit.Spongia marina magna ſubmerſa in
vinuꝫ bullitũ cũ camomilla ⁊ lauro calida quãtũ ſufferri po
teſt apposita ſuper locũ doloris magnifice auxiliat̃. Sub-
merſa in aceto:⁊ bullita:cum ſale calida apposita mirifice
operat̃ ebulliens dyaforat et egreditur vſqꝫ ad ꝓfundum
ei⁹ virt⁹ annichilat ⁊ expurgat quã inuenit materiã oino.

¶Pillule efficaciſſime cõtra oĩa genera dolorũ frigidorum
ſiue ſit materia in vijs expulſionis ꝓprie:ſiue ĩ meſaraicis
aut in ꝓtellatione venarũ mẽbrorũ:⁊ a neruis ⁊ a ſĩcturis
attrahit ⁊ ſanat languores eorum:ſi deus voluerit.educũt
flegma ⁊ colerã vtrãqꝫ:⁊ ſunt bone contra podagrã ⁊ hmõi
egritudines concomitãtes hãc.℞.colloquin.electe lauda-
ni.boni.añ.ʒ.vj.ariſto.ro.aga.electi.ana.ʒ.ij.ſucci roſa.℥.ß.
diag.maſticis.añ.ʒ.iiij.dyagridiũ ⁊ maſtix redigantur ĩ cor
pus vnum.cola ⁊ laua cuꝫ oleo roſaceo in corpus vnum cõ
ficiantur pillule magne cũ vna ſtilla vini pontici.Doſis qñ
itur dormitum contra egritudines quarum mater eſt hu-
mor cõpoſitus:⁊ infiltratus cum diuturnitate in altiſſimis

membris ⁊ iuncturis ⁊ cathenationibus pōdus.ʒ.iij.vſqꝫ
ad.iiij.incolumior vſus eſt habentibus podagrā arteticaꝫ
⁊ cerebri egritudines.ij.vel.iij.pillularū cōtinuatio de ter
tio in tertium qñ itur dormitum ⁊ poſt cibū ⁊ cuꝫ doloſa co
lica colafizat nō eſt hora diſtincta:ſed cū neceſſitas clamat
pollēt inter alias prerogatiuas ꝓprietatꝫ nobilis:⁊ cōple
xione earū aſpectus:⁊ dānuꝫ eſt ad egritudines ſimplices
⁊ cōpoſitas diuturnas ⁊ ſepultas in minoris occultis mē=
brorum frigidorū:facit cōtra peſſimas matricis ⁊ egritudi
nes ⁊vulnerum corporum fraudulenta.

## ¶ De fluxu ventris.

IN tertia noſtra intētiōe ſectio irreprehēſibiliter impli
cita eſt cuiuſlibet fluxus cura per electuariū natihūc
ſpontaneuꝫ natura inuitat:imo vim patiť ſine lege humo
re fraudulento purgēte ⁊ mordicante humore:namqꝫ for=
taſſis non egrediente nequiſſime excoriat ſanguinoſa inte
ſtina:dicim⁹ ſi quidē i epaticos flueret:cannales vulnerās
faciēs emanare humores ſanguini mixtos murmurat ala
⁊ triſtatur natura cum videt ſe violenter depredari ē hmōi
materie actio furioſa velut gladius in manu ſanguine ine
briati furioſi:terens naturam extinguit ſpiritus ardorem
continua euacuatione.Cura huius egritudinis ſunt tres
res intentio.Prima p̄cipua oim intentionum ſit cura regi
men ordinandū laudabile hylaritate circūſpecta ſm om=
nem adminiſtrationeꝫ.vi.rerum quas ſcis dilatans aiam:
confortās cor:oēs ptes membrorum ⁊ virtutes vt fortiores
exiſtant.Scda res eſt ſolicitudo pſpicaciſſima vtqꝫ repellāt
hanc lachrymoſam ⁊ fallacem materiā cauſas fluxus pre=
cedente adequatione ⁊ blandimento hui⁹ materie.Tertia
res ventrē ſtringit membris auariciam p̄ſtat: retentiuā re
leuat arterias.⁊ ponit materiā vt reſtaurenť p̄dicta:clau=
dit oſtia aperta venarū miſerarum offuſcat turpitudineꝫ
nature letificās eā.Quarta corrigit accidētia. Quita recti
ficat mēbra mādatiua.Sexta ſedat fluctuationē ⁊ agitatio
nē in corpore eoꝝ ponit ſilentiū mēbris ⁊ ꝓdeſt nature ale.
et eſt p̄cipua ⁊ vltima hec itentio in ſedando oēm fluxum.
¶ Primū cōplet diminutio ciborū:⁊ maxime difficile pmu=
tabilium abſqꝫ ventoſitate et mordicatiōe prohibenda ca=

udorum actu ⁊ frigidorū vltra ſm gradū narcoticorū:ma-
xime in principio eſt ſepeliri mortē ſub vmbra membrorū
fallacem eſt cura ſophiſtica ⁊ mendoſa ꝓprie in multa ma
teria non abſciſa ſimul priuat ⁊ accelerat mortem.⁊ non in
nulla neceſſitate vti multū pōt naturaľr.quaſi amor debel
lari ꝙ ipſa ſua ꝟtute priuari ſi videris neceſſitate te cogēte
narcotico magnā tibi cautelā adhibeas cū timore maturā
do ea corrigendo complexionem ſuam incompletā eſt ele-
gantius ⁊ tutius vti eis in emplaſtris ꝙ in potiōe.⁊ opera
tur cibi effectus prohibentes ſedatione ſm ſomnuz.Som
nus quidez cū quiete quies dulcis cū ſuauitate anime de
lectatiōe nature.eſt cura prima huiꝰ egritudinis.Senſiti
uorum quidem medicoruz cibant hos ⁊ illos cibo groſſiſſi
mo:⁊ pene impermutabili ignorātes:quoniā hec ſanis in-
digeſtionez faciunt ⁊ indigeſtio mater eſt vētris fluxus et
morbus diuerſe nature:nec ꝓportionatur agēti hoc obie
ctum.certe magni folles ſuper parum ignem nō liquefaci-
unt maſſam ferream excedentem virtutē ignis neqꝫ para-
ti ſunt ad fundendaz violentiam quidez ignis liquefacien
do cōſumit ſi paſſiue nihil reſtiterit aut multū digeſtio nā
qꝫ completur.⁊ ſi minus aut plus ſimiliter agētis ⁊ obiecti
ſecundum legem nō excedit virtus modum virtutis cōtra
riū nec econtra faciunt:⁊ diuertunt materiam ab actiōe flu
xus:immo obliti huius ꝓpter ꝗ inſufficiens eſſet hoc ſi na
ture motus hic eſſet.Scriptum eſt ea in vita.quid eñ idez
in eodem ſubiecto inuicem obuiarunt ſicut agēs ⁊ patiēs
oino diſtincta in ſitu abſurdū eſt poſſe aliquē morbū cura-
ri abſqꝫ ope nature:q̄propter vtamur amicitia nature regi
mine pleno delectatiōe cibus eſt ei dilectꝰ ſtipticus ⁊ odo-
riferus facimus hoc cū ſocietate aliarū rerū hñtiuz ſibi hoc
i naſūr:⁊ ſedamus putredinē acumē ⁊ audaciā humorū na
tura egrediente ſua aduſtione ⁊ furia doloſa ⁊ cōplent hoc
vitēt calida frigida cruda ⁊ impmixta vino potēter ſtipti-
co ⁊ odorifero et continuo pane aſſato ei aſſociato. mixta-
qꝫ aqua maſticis cibo ⁊ potu quia fluctuationē ⁊ motū na-
ture agētis perhibere nō poſſumus ꝓpter caſum ꝟtutis ⁊
defectū caloris influētis ilico operatur abſtinētia ſecurius
prolongare ꝙ periculū fortaſſe irreuocabilē incurrere.Et
ſcriptum

ſcriptuꝫ eſt minus maluꝫ eſſe repletionē ꝙ̄ inanitionē ma
gnā icurrere morbos maſtix ſm oēm modū adminiſtratio
nis eſt vtile medicamē fructus bucce in cibo ⁊ potu propi
nare optime cū ſalute pōt. Nullum eoꝝ regimē ab hac ſpe
cie ſumach expoliandū adulteretur ex eo cibus ⁊ potus et
medicamia aqua pluuialis: eſt melior oībus aquis ⁊ cocta
eſt magis obediēs maxime aliquo ſtiptico ⁊ odorifero aſſo
ciata: ⁊ regimen cōſolidatiuū ⁊ faciens adherentiā et vnio
nem partiū ⁊ mēbrorum eſt elegantius. ⁊ magis reſpōdet
poſt abſciſſionē huius materie ſciſſiue vlceratiue ⁊ excoria
tiue ſit hoc principiū adequare ⁊ blandiri vt facilius ei cō-
mittat ad expellendū ne oriat error maior nō preſumetur
abſq; aliquali blandimento expellere hunc humorē latro-
neꝫ ciba eos delitioſe. Utantur aſtantes cū eo ſermonibus
rerū delectabilium cantationibus melodijs dulciſſimis vt
obliuiſcant aſſella delectatio ⁊ ſocietas ſecurior exiſtit ſom
nuꝫ quēcūq; ei non ꝓhibeas carnes aſſe maioris nutrimē
ti et confortationis exiſtunt. Uitelli ouorū molles in aceto
mixti ⁊ decocti cōferunt ex pte nature. Uirtus aceti inani-
tum replet ⁊ repletum inanit: ⁊ iam nota eſt ab expimēta-
tore magno non ꝓlongetur ab eis locus aſſellatiōis mot⁹
eū fluxum augmentat: ⁊ eſt ſalutiferū nihil moueri adhi-
be eis omneꝫ delectationē quam noueris eos delectaſſe ſi
inhoneſtum promitte ⁊ ea ſpe nutriatur.

¶ Secundam rem complent adequatio quedam cū blādi-
mēto ⁊ feſtina ante vllum defectū nature male materie ex
pulſionem quod omnipotentis ⁊ ſummi dei facim⁹ adiu-
torio cum medicus habeat complexionem innatā artificio
acquiſitā a deo mutuatā: ſūt hec medicamina glorioſa. Mi
rabolanorū genera conditorum ⁊ aſſociatorum reubarba
ro. ℞. aſſum pſilium conquaſſatū reuponticū caſſia cū reu
bar. aſſo aſſociata blanditur hūc latronem apparens cū aſ
ſociare rapiens ipſum ſimul cuꝫ hoc et expellens ſedās per
hanc viam accidentia dolorum. Mirabolanicū medicamē
ſecūdū legē magnificū educit materiā hāc relinquens ve-
ſtigia conſtipationis in membris poſt expulſionē doloſi la-
trōis reubarbaro magis ieſt ꝓprietas ⁊ natura ſedare om
nem igitur fluxuꝫ ſanguinis ꝑ quālibet partē proprie ſpi-

et conferre dolorē pungitiuum ⁊ habet hoc credo denotatione celesti vt sit medicina dyssinturie ē eiꝰ prouocatio cum ſucco plantaginis modico ⁊ petito mō non aſſum cū caſſia ꝑtendit natura adhuc forti precedit aſſum hoc. pſiliū friꝫum ⁊ ꝯquaſſatum cum oleo eſt medicina omniuꝫ ventris fluxuū cotenaſmon humore periclytantium ſinthomati nō naturali. Clyſtere ordeaceū cum oleo roſaceo ⁊ melle ē magni iuuamenti circa principium blandiens abſtergit viſcera a malitia vlcerāte ea ⁊ cōfortat ⁊ relinquit aliquale conſtipationis veſtigiū ſed tua intereſt bñ ſcire qñ clyſtere eſt neceſſariuꝫ poſitione ⁊ complexione ⁊ qñ vtrūqꝫ cognoſcas ſi inferioribus medijs aut ſuperioribus inteſtinis eſt excoriatio vbi maior ⁊ vbi ſitus fraudulēte materie ⁊ ſcitur hoc ꝑ differētias ſitus doloꝝ ⁊ puncture ⁊ incenſionis ⁊ ꝑ differentias ſcientie ꝓceſſus precedentes ſanguinē vel ſequentes vel mixte ſimul egredientes ⁊ ꝑ alia oīa que ſapientes ſcripſerūt ſigna excoriatiōis vere tradiderūt qualiter ſuperiori ⁊ inferiori ꝯuenit ⁊ te qdē oportet ſcire illud aut ſi ex tenueē eueſtigio medico derelicto nulla accidere cura tūc eſt cū his que ꝓprietate et complexione virtutem materie frangunt ⁊ expellunt a corpore.

¶ Poſt illud aūt que virtutem incarnandi et conſolidandi habent innatā ⁊ acquiſitam artificio ſociali electiōe ⁊ paucitate eorū quietis gaudio aere temperato delitioſo ⁊ omni tali regimine ⁊ ſcito ꝙ balneum eſt ex eis que magis ledunt poſt farmaciā faciēs mala multa niſi forte dum quis immoderate ſubijcitur: tūc enim balnea eſſe neceſſaria dicimus dilatanda ⁊ apienda poſt illud ſliptica ſi a materia excoriāte cura eſt adequatio illius ⁊ blandiri ei poſt illud vt facilius expellat. Clyſtere tunc magis rectificans eſt cū inteſtinis inferioribus eſt excoriatio. Potio mirabolanica cū ſuperioribus vtraqꝫ in medijs: ⁊ vomitus facit ad oē genꝰ fluxus cum preuiſione tñ ſpiritualium diuertit materiam q̄ in ꝑiudicium ipſorū erat: necnon balnea ⁊ ventoſe neceſſaria dicimꝰ maxie ad ſedationē doloris. Aloes aūt niſi qꝫ ei ineſt vt aperiat orificia venarum: eſt medicamen nobile preſeruans a putrefactione remouens dolores educēs ſm exigentiā educendi hec: quod ſi aſſocietur loto tertia pars

ſanguinis draconis q̃rta gũmi q̃rcini. ⁊ fiãt pillule cũ ſucco plãtaginis erit inde capax ad quãlibet rẽ hui⁹ cure adminiſtrẽtur hic primitus educentia.

¶ Cũ aũt noueris materiã abſciſſaz p ceſſationẽ doloris et gurgulatiõis ⁊ aduẽt⁹ q̃etis vtarĩ tñ ſigillatiuis ⁊ vnientib⁹ ptes mẽbrorũ ⁊ ɔſolidãtib⁹ ea adiuicẽ. Cõfice hoc electuariũ ɔpina cũ adiutorio imimẽſi ⁊ excelſi creatoris ſatiſfaciet tibi in educendo materias cauſantes fluxus ſi deo placuerit. ℞. mirab. citri. aſſator: ⁊ nõ iſuſorũ. ʒ. viij. pſilij conquaſſati cũ oleo roſ. ʒ. iij. pulpe caſſie. ʒ. iiij. reupontici. ʒ. ij. rub. mediocriter aſſati. ℥. ß. maſti. ʒ. ij. ſpodij. ſandal. añ. ʒ. j. ß. fiat electuarium cum ſucco plantaginis et cynamomo. doſis a ʒ. ij. vſq ad. iij. cũ aq̃ pluuiali cocta. poſt illũ ɔpina hoc. ℞. ſumach. ʒ. ij. ſan. dra. ℥. ß. mumie ſe. plãtagis. añ. ʒ. j. accatie hypociſti. balauſtie. añ. ʒ. j. gũmi q̃rcini. dra. iij. ſpodij ãthere. añ. ʒ. iiij. boli aniſi iuſq̃ami croci opij thebaici ſtora. añ. ʒ. ß. muſci. gra. iij. fac trociſcos. ʒ. j. doſis vn⁹ cuz aq̃ roſ. hec adhibẽda ſũt ſecundũ magis ⁊ minus ⁊ fluxuũ genera diuerſorũ. Ad dyſſinteriã perículoſam. ⁊ omnem fluxum quorũ cã eſt materia ſciſſiua: ⁊ dura. dyarie aũt ⁊ indigeſtioni ⁊ hmõi fluxibus hoc curſu ɔcedentib⁹ ſufficiat confortatio nature ⁊ ſigillatio membrorum. Plantago inter omnes habetur complexione ⁊ proprietate circa dyſſinteriã pollet: ſanat apoſtemata eſt mors colere rubee ⁊ manifeſtum iuuamentum inteſtinis confert: confortat ea ſuper omne medicamen ẽm omnẽ modũ. exhibe i ſyrupo electuarijs groſſis ⁊ cibis: ſi poſſibile tibi fuerit.

¶ Tertiam rem cõſumãt ſtiptica medicamina ⁊ queciq̃ ɔprietate ventrẽ ſtringunt ⁊ virtutem hñt incarnãdi ⁊ cõſolidandi confert membris ɔſtratis ⁊ deperditis refugiũ: et nouã reſtituũt vitã virtuti mẽbrorũ orificia venarũ claudũt mineras membrorũ reparant: ⁊ da eis in ſalſamentis preſtãtib⁹ berberis. ſuccus mente ſumach fruct⁹ myrthe non vides q coria inſpiſſantur et fortificantur ⁊ per appoſitionẽ gallarũ ⁊ ſtincorũ quãto magis in q̃bus natura operaẽ viuentiũ cõſiſtunt ⁊ ne pretermitas quin cadat in cibo ⁊ potu aliq̃d maſticis. Ipericon eſt medicamen ſimplex habẽs celeſti virtute cohibere fluxum: et ita q lotis pedibus in

ſero ſedat fluxus. Agrimonia in cibis cõfert iuuamentum
magnũ. Dyſſinterie cõſolidare ſpecies oẽs dilecte ⁊ maxie
munia ⁊ exhibitio minime cõſolide cũ.ʒ.ʃ. q̃rta radicis mã-
dragore ſubtilis farina ⁊ vitellis ouorũ adinuicẽ cõmixtoꝝ
ſic propinata ieiuno ſuper linitũ medicamẽ ꝯfectũ modicũ
tyriace cõpeſcit: ſi deo placet omnẽ fluxum.

¶ Tyriaca cũ vino mixta aqua fluuiali decoctiõis mandra
gore de ſero in hora dormiendi propinata eſt verax ſatis ex
perta in ſedando fluxum ⁊ quicquid ſtipticũ in cibum ꝯſue
uere poteris proſperum inuenies. Succus plantaginis cũ
eq̃ parte ſucci myrthi ⁊ cõſolide.iij.cannorũ rubi.⁊.iiij.ace-
ti bulliti ad cõſumptionẽ dimidie partis poſt illud cũ mel-
le ad mellis ſpiſſitudinẽ: adde in fine maſticis balauſtie ſu
mach hypoquiſtidos accatie.ana.ʒ.iiij.opij.grana.ij.citri.
tri.ʃ.mandragore.ʒ.ß.gummi quercini arabici: vernicis an
there: añ.ʒ.iij.muſci gra.iij.fiãt trociſ.ʒ.vni⁹ ⁊ da cũ vino ſti
ptico de ſero ⁊ mane.

¶ Sunt enim ſi deo placet efficaciſſimi ſufficientes l ſedan
do fluxũ ⁊ accidẽtia. Uentoſe magne ſepe repetite in cõca-
uitatib⁹ manũ ⁊ pedũ cõferũt ad hoc.

¶ Urtica greca: cum aqua pluuiali. cocta mixta cũ farina
ordei ⁊ ſucco mẽte cataplaſmata ſtringit vẽtrẽ: ⁊ cũ balneis
ſi videris expedire habẽtib⁹ virtutẽ incarnãdi ⁊ ſtrigẽdi: vẽ
trẽ proprietate ⁊ omni virtute rememorationem dicemus.

¶ Trociſcos exptos in oi fluxu dyſſinterico ſcire te fecim⁹.

¶ Quartã rẽ cõplẽt ſedãtia dolores ⁊ oẽm mẽdoſaꝫ delecta
tionẽ aſſellãdi: vt balnea ad hoc vtilia empl'a adhoc ꝓprie
appoſitiões ventoſarũ regimen inde neceſſitatis.

¶ Quintam rem complent confortantia epar ſtomachum
et alia membra mineroſa ⁊ maxime propinqua vijs ꝓprie
expulſiõis euacuantis ventres circa primam expulſionem
fit attractio ab alijs longinquis ⁊ longinquioꝛib⁹ ⁊ ipſa q̃-
dem membra in preiudicium ipſorum mittere cogũtur per
mineras apertas propter attractionẽ euacuitatis humoꝝ
ipſorum materiam fortaſſe minime egredientem ſtiptica et
odorifera medicina hoc complent et que cum ipſorum mẽ-
brorum naturis affinitatem habent ꝓpinquam ⁊ ſimileꝫ ⁊
que ad oppoſitum eis viaꝫ ponunt expellendi ⁊ attrahẽdi.

¶Sextā rē cōplent somnus ⁊ quies narcotica ꝙꝙ mēdoſam virtutē habeāt in operatiōe eorū iuuans ⁊ confectiōes diuerſe: quarū noticiam trademus in hoc canone.

¶Cōfectio pillularū filij zacharie cohibētiū fluxū mēbroꝝ ꝯfortātiū iuuamēto magno ſi deo plz. ℞.aniſi.ʒ.j.maſticis ſumach pilloꝝ leporis balauſtie ſanguinis draco.ſe.citoniorum.aā.ʒ.ij.ligni aloes.ʒ.ij.leuiſti olibani mandragore terebentine roſ.ana.ʒ.j.confice cū ſucco arnogloſſe. Doſis eſt pillularum quattuor.

¶Pillule cōſtipantes naturā ⁊ ventrē maxime qñ fluxꝰ ex debilitate virtutis retētiue eſt: confortant inteſtina ⁊ membra interiora.℞.roſ.pulueris granorū myrthi ſumach luti armeni equaliter confice cum ſucco plātaginis ⁊ da cum aqua decoctionis granatorum.

¶Medicina magna ſedās fluxum ven.propter qui ſequitur cauſaz frigiditatis membroꝝ ⁊ iſte modus quādo accidit vix ſeparatur.℞.cynamomi ligni aloes gariofiloruz aniſi carui camedreos ariſto.ro.aſparagi.aā.℥.j.conficiantur cū ſucco altee ⁊ ligni aloes.Doſis.ʒ.j.

¶Syrupus ex arte noſtra cōſtipans: naturam confortans inteſtina facit appetitū ſedat ſitim et febres eorum: ſi deo placet.℞.ſucci pulegij ſucci mēte ſucci malorum lunaticorū ſucci cōſolide ſucci cidoniorum.aā.li.ʒ.depurentur poſt illud in bullitiōe ponātur balauſtie ſumach berberis aniſi ſeminuz cidonioꝝ.aā.ʒ.j.zuccari ſufficiēter in fine aromatizetur cū cynamomi.ʒ.iij.muſci gra.iij.⁊ cāphore.ʒ.ß.ligni aloes.ʒ.iij.doſis.℥.j.ieiuno de mane in veſperis ⁊ i media nocte cum aqua pluuiali decoctionis ypericon.

¶Electuariū de materia repcuſſiua verificat naturā: letificat cor ⁊ oīa mēbra ⁊ eſt bezoar extenuatiuū fluxus diſſenterici ⁊ quoruz vita ſubiugata eſt morti: defendit eos ſi deo placet. ℞. pulpe cidoniorum pulpe panis poſite in aqua pluuiali corticis citri.aā.℥.j.ß.zaphiri et iacinthi ſardonij granatoꝝ ⁊ fenugrece.aā.ʒ.ij.zedoarie.ʒ.j.draga.maſti.coral.rub.berbi.ligni aloes aniſi cynamomi limature eboris calami aro.maſticis ſang.draco.gūmi quercus.ana.ʒ.ij.ß.ambre.℥.ß.auri cocti.ʒ.iij.argenti meri.ʒ.v.muſcis grana.iij.granorum myrthi.ʒ.v.confice cum zuccharo ⁊ aqua ze

doarie. Doſis quantū ſufficit cū vino valde odorifero pot⁹ eſt ille expertorū iuuamentorū quorum natura perforata eſt propter inopiā humorū calidorꝫ natura: ſi de⁹ voluerit.

¶ Filius zacharie. Cōfectio conſtringens ventrem ſedans omnē fluxum. ℞. pilorū leporis ſe. vrtice ſe. plantaginis ſe. roſ. ſe. balauſtiarum ſe. perforate. añ. ʒ. j. ſang. draco. maſti. añ. ʒ. iiij. terebentine. ʒ. ij. confice cū ſucco plantaginis.

¶ Dixit Inain ꝙ carnes pauonis comeſte. ſtringunt ven. et inter alias carnes experte morbis laudabiliores diſſinte ricis exiſtunt.

¶ Confectio trociſcorum ex inuentione noſtra: et ſunt vltimi inter ceteros compellūt omnes reumatizātes: mineras viſcerum extingunt dolores fortes colericos remouēt conſortantes aliam faciētes ſomnum ⁊ ſtringunt oē genus fluxus: ſi deo placet. ℞. bdellij ſandarace coaguli gallarū ſumach reubarbari aſſari fruct⁹ tamariſci corticū granatorū myrrhi ſpice ſpodij. añ. ʒ. iij. iuſqami opij croci caſtorei myrrhe olibani mandragore. añ. ʒ. ß. ſe. ro. acatie hypoqſtidos balauſtiarū ſan. drac. gallarū citri. aniſi boli. añ. ʒ j. gummi q̄rcus ſemi. cidoniorū ſemi. pirorꝫ. añ. ʒ. j. ß. cōficiātur cū. ſyrupo. ℞. mādragore. ʒ. iij. balauſtiarū. ℥. ij. cōſolide zedoarie: plātaginis. añ. M. j. aromatizetur cū cynamomo et garioſi. ʒ. j. ſit trociſco. Doſis cum aqua roſ.

¶ Balneū expertorū iuuamentorꝫ in fluxu vētris ꝯfortans naturā ſedās accidētia mala. ℞. foliorꝫ pini zedoarie balauſtie foliorꝫ fic⁹: corticis: querc⁹: ſorbarū acerbarū: myrrhe: lapidū ignitorꝫ oīm poſitorū in aceto poſt illud ſufficiēter cū aqua pluuiali ſufficiēti bulliāt vt balneetur ſm poſſe virtutis die ac nocte. ſedat cito fluxū ſi deo placet. Et iā verificatū eſt vētoſe poſt balneū eſſent ſublime iuuamētū proprie ſub vmbilico hincinde. ⁊ in medio aſſiduitas.

¶ Filius zacharie. Fumigiū conſtipatiuū. ℞. acatie balauſtie. añ. ℥. ij. corticū ſorbarū. M. j. foliorū pini. M. iij. lapidū ignitorū in hoc aceto multum: cum ſupradictis bullito extinctorum: cuius ebullitionis vapōres per partem inferiorem recipiantur: et proprie ſuis aſſellationibus valet optime: ingrediuntur in loca emanantia aperta. ¶ Clyſtere ad fluxum ventris. Accipe aque ciſterne lib. iiij. ſucci planta-

ginis.℥.v.in qua bulliãt li.ij.liquefacture adipis yrci.rizi.
℥.ij.adipis anſerini.adipis pauonũ. ana.℥.ij.corroborat et
confortat:⁊ ſuperaſpergaꝶ ſanguinis draconis.maſti.ſub=
tiliter puluerizato:ana:ana.ʒ.viij.⁊ ſit tepidum ſaginoſuꝫ vt
ventrẽ ingrediatur ꝗꝫ ſi aſſiduaꝶ:⁊ repetatur ſepe in die et
nocte eſt efficax et ꝓbatũ:et ꝓprie ſubuenit vlcerationibꝰ
viſcerũ.⁊ defendit ſubſtantiam viſcerum ne violentur et ſe
parat inter mortem ⁊ vitam:ſi deo placebit.

¶Cõfortat viſcera valde laxa adherẽs eis in loco in q̃ edu
ciꝶ ſubſtãtia inteſtinoꝝ:ꝙ interdũ ſtringiꝶ acumẽ ⁊ vitium
ſciſſure materie fluxũ faciẽtis:ꝙ ſi fuerit ex mala cõplexiõe
inteſtinoꝝ fluxꝰ ſtatim ſedat ⁊ remouet eum:ſi deo placet.

¶Inquit hyppo.poſita ſitia magna in prora capitis ſepe
in fluxu vẽtris maxime colerico:⁊ ſm poſſe cõpletũ confor=
tat ſtomachũ ⁊ epar. ¶Emplaſtrũ cõſtringens ventrẽ.℞.
ſucci.mẽte:balauſtie:albuminis ouorũ:farine ordei.ſang.
draco.apij ſꝫ ↄiecturã tuã:terebẽtine boliarmeni:aceti:cã=
phore:maſti.olibani:picis liquide.pone talẽ cõfectionẽ fri
gidã ſuꝑ totũ ventrẽ:⁊ maxime ſuꝑ locũ vbi exiſtimas pri=
mo moueri dolorem:⁊ gargulationem.

¶Dixit hyppo.Recepit omni mane ieiuno ſtomacho:ma
ſticis.ʒ.iij.cum aqua pluuiali confortat ſtomachũ.et viſce=
ra ⁊ omnes partes membrorum adinuicem.et ſigillant: et
ſanguinis dra.eo modo acceptus.⁊ eſt expertorũ iuuamẽ=
torũ:⁊ maxime cum ſucco plantaginis.

¶Petri apponi medici clariſſimi in librum.
Joannis Meſue additio feliciter Finit.

## ¶Antidotarium Nicolai.

Ego Nicolaus rogatus a quibuſdã in practica
medicine ſtudere volentibus:vt eos recto or=
dine modum conficiendi diſpenſandiꝗꝫ doce=
rem et certam eis traderem doctrinam:in qua
de ſingulis vſualium medicinarum:vnam tan
tum vel duas aut plures libras conficere ſcirent et quan=
tum de vnoquoꝗꝫ genere gummorum herbarum ſemi=

num ⁊ ſpecierũ inter omnes medicinas ſubſcriptas accipe rent:eis in ſcriptis redigerẽ:necnõ quibus egritudinibus ꝓprie ipſe medicine ꝓbate fuerint.Illoꝝ tandem precibus adductus talẽ eis tradidi doctrinaꝫ. Et primo de ſpeciebꝰ, Tria igitur requirunt in ipſa diſpenſatione.Primũ vt om nia equaliter ponderent tam in ſpeciebus ꝙ̃ in gummis ⁊ herbis ſm ꝓprium pondus vniuſcuiuſq̧.Secundũ vt non ſint nimia vetuſtate conſumpta.Tertiũ vt radices herbe ⁊ et ſemina ⁊ congruis temporibus ſint collecta:⁊ in cõgruis locis repoſita:ita vt a fumo precipue et a nimia humecta-tione:⁊ humido loco corrumpi non poſſint.In conficiendo aũt tria cõſiderant ſimiliter mellis puritas ⁊ ꝙ ſufficiat et equalis pulueris cribellatio:⁊ ſyrupi ad aque ꝯſumptionẽ fiat decoctio.In puritate mellis duo attendunt primuꝫ ne ſit aquoſum.ſcðm vt nõ ſit nimis coctũ ſed ꝙ ſufficit : nihil aliud eſt dicere niſi vt ſpecierũ puluerẽ colligere tm̃ valeat et cõſeruare.¶Tribꝰ nãq̧ de cauſis ponit mel in medici-nis.Prima nãq̧ ad cõſeruandũ:eſt nãq̧ ꝑceteris liquoribꝰ mel cõſeruatiuũ.Scða q2 mũdificatiuũ ẽ valde . Tertia q2 ſua dulcedine ſpecierũ amaritudinẽ tẽperat.pulueris aũt cribellatio duobus modis debet fieri:nam in electuarijs ſubtiliſſime dꝫ cribellari:in alijs ṽo medicinis groſſior dꝫ eſſe ⁊ maxime i laxatiuis.¶Predicte vero doctrine magna et multiformis conſiſtit vtilitas.Nam cũ aliqua indegere-mus medicina eã:aut totã aut partẽ oporteret facere:aut certe ab alia ꝑſona chariſſimam:aut forte corruptã emere cogeremur:aut eam facere totã:aut oĩno inutilẽ:aut certe eſſet ĩpoſſibile neceſſario:aut carere ea:aut aliqð iſtoꝝ in-conuenientiũ nos oporteret incurrere:ſꝫ huiꝰ operis ſcien tia non ſolũ hec vitabunt incõmoda verumetiã multa cõ-moda conſequent.hac nãq̧ doctrina bona fiet medicina et demum ꝑfecte operabitur corpori adhibita : necnõ leuior erit expenſa.Scire autem quãtũ de vnoquoq̧ genere gũ-marũ et herbaꝝ ſeminũ ⁊ ſpecierum inter omnes accipiãt medicinas nõ eſt inutile:per hoc eñ facilis et certa erit no ticia emptiõis:leue predũ ⁊ moderata diſpenſatio.

Aurea quãdo datur caput a languore leuat.aurea ale xandrina dicta eſt ab auro: alexãdrina ab Alexãdro

peritiſſimo philoſopho inuēta eſt ꝓprie valet ad omne capitis vitium ex frigiditate maxime ⁊ ad omnez reumaticā paſſionē que a capite ad oculos ⁊ aures ⁊ gingiuas deſcēdit:⁊ ad grauedinem omniū membrorum que fit de eodem humore.datur eunti dormitum cū vino calido.xviij.pars cōfecta eſt lib.ij.℞.aſari carpobalſami: iuſquiami:aā.ʒ.ij.et.ß.gariofilorū:opij myrrhe:cyperi:aā.ʒ.ij.balſami cynamo.folij zedoarie:zinzib.coſti:coralli:caſſielignee:euforbij dragaganti:thuris:meu:ſtoracis calamite:ſaliunce:cardamomi:ſiſeleos:napei ſaxifragie:aneti aniſi:aā.ʒ.j.ligni aloes:reubar.alipte caſtorei:ſpice galā.oppoponacis.anacardi.maſticis:ſulphuris viui peonie.zingi.roſe.thimi.acori pulegij:ariſto.lon.gētiana.corticis mādragore camedreos fu.baccaꝝ lauri.amei dauci.macropiperis.leucopiperis.xilobal.carui.amomi petroſilini.ſeminis leuiſtici.ruthe.ſeminis ſinoni.aā.ʒ.ß.auri purificati argenti meri albarum margaritaꝝ.blacte bizantie.oſſis de corde cerui.aā.gra.xiiij.limature eboris calami aromatici piretri:aā.gra.ix.mellis ꝙ ſufficit.detur in modū auellane febricitātib⁹ cum aqua calida non febricitantibus cum vino calido.

Adrianū dictum eſt.quod ab adriano imperatore romanorū compoſitum fuit valet ꝓprie ad omne vitiuz capitis ex frigiditate ⁊ ad grauedinē oculorū ⁊ obſcuritatē cōtra emigraneā:datur cū vino calido vbi cocta ſit ſaluia i ſero i modū auellane:detur etiā quartanarijs cū decoctiōe gentiane vel origani aā horā acceſſionis datur etiā accipitri lapidē habenti.Sed homini habenti lapidē detur cum vino in quo cocta ſit ſaxifragia vel miliū ſolis.x.pars cōfecte eſt li.j.℞.opij thebaici.ʒ.iij.caſſielignee iuſquiami ambor:aā.ʒ.ij.⁊.℈.ij.ß.euforbij leucopipis:aā.ʒ.ij.⁊ gra.vj.⁊ tertiā partē vnius grani ſiſeleos ſemi.apij.aā.ʒ.j.⁊.℈.ß.et gran.ij.folij origani dragagan.aā.ʒ.j.apobal.petroſelini macis ſtoracis calami.zinzi.xilobal.ciperi carpobal.macedonici:aā.ʒ.j.min⁹ gra.vj.ſeminis maratri.℈.ij.et grana.viij.calami.aroma.℈.ij.⁊ grana.ij.cinamo.croci coſti reupontici piretri acori dauci cretici aniſi aā.ʒ.ß.et grana.vj.caſto.ʒ.ß.ſerapi.myrrhe roſe cardamomi amomi rute agreſtis ſeminis ameos aā.℈.j.et grana.iiij.caſſiefi.℈.j.Alij

addunt lilifagi.ʒ.j.mellis quod ſufficit.

ACharistum ſine munere interpretatur ⁊ ꝓprie datur contra catarrũ ⁊ contra omne vitium pectoris ex fri=
giditate maxime aſmaticis arteriacis tuſſientibꝰ cõfert ſiu=
xum patientibus flegmaticnm per os datuz in ſero cum vi
no albo ca.vj.pars cõfecta eſt lib.j.℞.coſti garbani opi fe=
nicõ indi yſopi ſe. li.añ.ʒ.j.ſpice croci coralli xilobalſami ca
ſſiefi.xilocaſie calami aro.reuponti.myrrhe ſtoracis calami
te oppoponacis bdellij armoniaci olibani ciclidõ ſpice celti
ce abrotani acori aſari bractei roris ſyriaci ſquille dampni
dis piretri amomi aniſi pſilij ozimi dauci leuiſtici maratri
miconis melanopiperis macropiperis leucopiperis floris
ſyriaci añ.℈.ij.elemnij.℈.j.et.ß.hellebo.ni. zinzi.añ. ℈.j.
mel ꝙ ſufficit ſumatur cum vino calido in ſero.

AThanaſia.i.imortalis ꝓprie valet ad fluxũ ſãguinis mulieris datur cũ ſucco plãtaginis ꝗ ſuccus dz prius
duci ſup lapidẽ molarẽ cũ lapide emathitis tandiu donec
in ſanguineũ colorẽ vertat ⁊ cũ tali ſucco diſtẽperata medi
cina detur:⁊ eadẽ bõbice intincta et ſepius in vulua miſſa
ſanguinẽ cõſtringit hoc ꝗdem facit emothoicis cũ tali ordi
ne diſtẽperata ⁊ naribus attracta fluxũ ſanguinis nariũ ſi
ſtit.Sexta pars cõfecta eſt li.j.℞.cinamo.caſſiefi.añ.ʒ.iij.
⁊ gra.viij.croci ſquinãti ſtoracis calamite ſu.ſileris iuſq=
mi apij dauci aniſi betõice opij.añ.ʒ.j.⁊.ß.⁊ gra.iij.ſpice fo
lij caſtorei myrrhe lapidis emathi.ſan.dra.coralli ru. mu=
mie coſti boli charabe ſimphiti lẽpnias aſari acori corticis
mãdra.pulegij baccaꝝ lau.meu.macropipe.leucopipe.pe
troſelini.añ.ʒ.ß.mellis ꝙ ſufficit.doſis eius ẽ.ʒ.iij.cũ ſucco
plãtagi. ꝓpinata lieẽtericis diſſintericis ⁊ ad diariã valet.

ALcancalon id eſt nũciũ bonũ dat parẽtibꝰ acutas fe=
bres cũ ſyru.viol.vel aꝗ frigida datur tertianarijs et
duplici tertiane cũ duobus.℈.aut tribus boni reubarba=
ri vel cũ aqua tepida diſtemperatuz ⁊ bibitum mirabiliter
medetur ⁊ datur contra caliginem oculorum patientibus
ex fumo colere rubee vl' ex acuta febre epaticis ictericis da
tur cũ ſucco ſcariole vel fenicu. aut cũ decoctione capil. ve.
viij.pars ꝯfecta eſt li.ij.℞.myroba.citri.chebu.cortic.añ.ʒ.
viij.indorum.ʒ.vij.ſquinan.ſemi.portu.violarum ſcariole=

añ.ʒ.ß.bellirici emblici:añ.ʒ.j.⁊ gra.vij.maſticis.ʒ.ij.et.℈.j.tamarindi.ʒ.iij.floris nenufaris berberis been rubei reubarbari.añ.ʒ.j.⁊ gra.iiij.medulle caſſieſi.ʒ.iiij. cõficitur ſic i duab⁹lib.aque pone ſyrupũ violatuз.ʒ.ß.⁊ bulliat donec aliquãtulũ coleretur aqua:poſtea ab igne deponatur ⁊ coletur:de eadẽ aqua accipiatur ꝙ ſufficiat ad ablucẽdum caſiaſi.⁊ tamarindos cola per caciã ⁊ cuз alia aqua addatur lib.j.⁊.ß.зucchari ⁊ bulliat vſqꝫ ad aque conſumptionem: poſtea addatur lotura caſſieſi.⁊ tamarindorum.⁊ iterũ bulliat ad ſpiſſitudinem. Si vis probare ſi coctũ ſit ponatur ſuper marmor ⁊ ſi adhereat quaſi mel coctum eſt: et tunc ab igne deponatur ⁊ aliquantulum infrigidari pmittatur: vel de ſupradictaꝝ ſpecierũ puluis ſupaſpergatur: ⁊ cũ ſpatula agitetur donec icorporetur. Doſis ei⁹ eſt.ʒ.iij. vt ſupius dictũ eſt ſero ⁊ mane cum aqua tepida datur.

Muſa enea. Muſa a peritiſſimo philoſopho inuenta:faciēs ad oēs acceſſiōes periodice febris:ideſt q̄tidiane tertiane q̄rtane:ſi añ horā acceſſiōis in modū auellane cū vino calido detur:ꝛ acutarū febriū anguſtias tollit:tā cū dederis ꝯſidera ṽtutes eorū q̄ patiunť:qꝛ ſtatim medelā ſentiūt:ꝛ etiā ſi cū tepida diſtempereť ꝛ ex ea in acutis ꝛ peracutis pulſus:ꝛ tpa inſigātur ꝛ ſi ſudorē ꝓuocat erit ſignuʒ euaſiōis.ſi ṽo nō mortis inflationē ſtomachi emendat ſuſpirioſis ptiſicis:ꝛ his q̄ putredinē ſcreant ſubuenit hydropiſis ſpleneticis ꝛ colicis ſubuenit lapidē in veſica frāgit ꝛ his quibꝰ penitꝰ vrina denegať. ℞.piperis albi gran.xvij. thuris maſculi myrrhe gētiane iuſquiami.añ.ʒ.vj.opij.ʒ.iiij.croci.ʒ.iij.minꝰ gra.vij.euforbij.ariſto.lon. mādragore añ.ʒ.j.ꝛ.϶.j.mel.qđ ſufficit:deť vt ſupraꝰ in laude diximꝰ.

Meleta:ideſt experta ꝓprie valet ad emorroydas:ꝛad ventris tortionem ꝛ rugitum lyenterie ꝛ dyſſinterie ꝛ optima eſt omni ſolutioni ventris medietas eſt li.j. ℞.myrabolanorum citrinorū indorum chebulorum mundatorū aſſatorū.añ.ʒ.ij.ß.naſturcij.ʒ.ß.belliricorum embli.aſſatorū.añ.ʒ.iij.cymini aniſi ameos carui maratri.añ.ʒ.j.ꝛ.ß.infuſa in aceto die ac nocte dimittātur ꝛ aſſata pulueriʒētur: tunc adde ſpodium balauſtias ſumach maſticeʒ gūmi arabici.añ.ʒ.j.ꝛ gra.xv.fricētur omnia cum oleo ro.ꝛ temperētur omnia cum myrthino ſyrupo:dentur cum aqua pluuis li mane meridie ꝛ ſero.

Mel roſaceum quod greci rodomel vocāt ſic fit in.x.li. albiſſimi ꝛ puriſſimi mellis diſpumati ſucci recentiuʒ

roſarũ lib.j.ponat in cacabo ad ignẽ poſito:⁊ cũ bullire in cepit viridiũ roſarũ cũ forficibus vel cultello inciſarũ li. iiij. addant ⁊ tãdiu bulliãt ꝙ ad ſucci ↄſumptionẽ veniat: ⁊ dũ bullierit ſp agitet ⁊ in fictili vaſe poſito q̃diu magis tenebit tãto melius erit:ſtomachũ ↄfortat ⁊ mũdificat cuꝫ frigida:ↄfortat:⁊ ↄſtipat:cũ calida in ũdificat:dat mane ⁊ meridie:⁊ de eo ↄficit dyamargariton gariofilatũ ⁊ rubea trociſcata.Eodẽ mõ fit mel violatũ qđ valet tepide febricitãtibus cum tepida,corpus humectat ⁊ relaxat:valet ad ſiccitateꝫ pectoris cum tepida.

Nefrocatarticũ.i.purgans renes exptum eſt illoſis diſficultatiburine ſi cũ apozimate miliiolis ſumat l modũ auellane de renibus:⁊ veſica lapidẽ potenter expellit:cum appozimate ſaxifragie:ſumptũ menſtruis imperat cũ decoctione arthemiſie:colli tumorem ſedat cũ decoctione coſti.xvj.pars ↄfecta li.j.℞.lapidis lyncis.ʒ.ij.⁊ gra.xv.croci orientalis.ʒ.j.⁊ gra.xviij.ʒinʒi.euforbij myrrhe olibani veſice apri lapidis:in epate vel in veſica porci inuenti cymini ſe.iuſquiami ſe.macedonici citri.oim decem.añ.ʒ.j.gra. vj.nardi ſquinanti coſti piretri caſie reupontici praſſij elẽnij ſanſuci gliconis roſiſmarini gẽtiane ſaxifragie gummi hedere cypreſſi pullularũ baccarũ daphnidis pipis nigri ⁊ albi ſe.rute ⁊ iunipi oim.añ.ʒ.ß.gra.iiij.bal.ſtoracis ſanguinis hyrci ſturci aſari acori ſu.meu.ariſtol'.longe.⁊ rotũ de betolice ſiſaliadis dauci petroſelini ſeminis eruce oim: añ.gra.ij.ſeminis vitice.℈.me.⁊ gra.ij.⁊ me.ſucci ſparagi ⁊ bruſci.añ.gra.v.me.mel quod ſufficit doſis eius ſit.ʒ. iij. cum vino tepido.

## ❡Oleum roſatum.

Oleum roſatum virtutem habet frigidam: ⁊ ſtipticaꝫ. ⁊ ideo ad dolores capitis ex febre ſeu ex calore ſolis optimũ eſt:ardores autem ⁊ calores quos ſtomachus plenus ſua vẽtoſitate in toto ſeu in parte capitis aufert doloribus ⁊ quãdoqꝫ in capite toto vel in parte cõfert ſi ex ipſo inungatur caput:confert etiã doloribus exiſtentibus i ſtomacho ſeu in inteſtinis ex acredine humorũ mixtum cum maſticis.ʒ.ij.⁊ ſufficienti cera in ipſo ſolutus ⁊ poſteaꝫ locis iunctis ad eriſipilã eſt vtile:quibus in ſuperficie non appa

ret ⁊ ad alia huiuſmodi multa ⁊ iſtud oleum ſic fit. In dua-
bus libꝛis olei communis: ⁊ ad noſtrã doctrinã abluti libꝛa
vna ⁊ media viridium roſarum aliquantulum contuſarum
ponatur in olla plena in caldario pleno aqua ſuſpenſo ⁊ tã
diu bulliat quouſqꝫ ad tertiam partem veniant quod de-
mum albo panno lini immiſſium toꝛcnlari exprimatur: ⁊ li
quoꝛ reſeruetur. Eodem modo fit ſambucinũ violaceum ⁊
myꝛthinuꝫ oleũ. Que ſcilicet olea valent in acutis ⁊ pera-
cutis inuncta ſuper epar pulſus tempoꝛa ⁊ plantans ma-
nuũ ⁊ pedum caloꝛem oino extinguit.

## ¶ Oleum mandragoꝛatũ.

OLeum mandragoꝛatum quod facit ad nimios doloꝛes
capitis ⁊ freneticis male doꝛmientibus fronti illinituꝫ
et naribus iniectum ſumme oppitulatur pulſib⁹ bꝛachioꝝ
inunctũ ⁊ plantis pedum illinituꝫ quocunqꝫ modo vigilijs
factis cum omni celeritate ſopoꝛem reddit. Recipe olei. lib.
ij. ſucci maloꝛũ mandragoꝛe. ℥. iiij. iuſquiami albi ſucci dꝛa.
ij. papaueris nigri hoꝛtenſis capitum ſucci. dꝛa. iij. viol. re-
centiũ cymarũ ſucci cicute ambarum. añ. ℥. j. opij ſtoꝛacis:
añ. ℥. ß. Cõficitur ſic in oleo oẽs ſucci mittatur ⁊ p decẽ dies
ad ſolẽ bene admiſceantur. Undecimo vero die ad conſum
ptionẽ ſucci coquant̃. Cũqꝫ coctũ fuerit ad igne deponat̃ ⁊
cum infrigidatũ fuerit coletur ⁊ in parte ipſi⁹ olei opiuꝫ et
ſtoꝛax ſoluti medicaminis ſupmittantur ⁊ bene cõmixtum
in vaſe reconditũ vſui. reſeruetur hoc vero vnguentũ cõtra
calefactionẽ epatis ſepe inunctum mirifice valet.

## ¶ Oleum camomillinum.

OLeum camomillinũ salubꝛe ad feruoꝛem ⁊ doloꝛem ca
pitis ⁊ ſtomachi cauſas ex colera rubea ſine aliquo ca
loꝛe commotas cõpellit articulíſqꝫ pꝛoficit ⁊ ad alia multa
facit. ℞. olei dulcis. ℥. xviij. floꝛuꝫ camomille menſe iulij col
lectoꝝ. lib. ß. Conficitur ſic. floꝛes in oleo communi mittant̃
in diebus canicularibus in vitreo vaſe ad ſolem ſuſpendat̃
⁊ bene obturato: ⁊ poſt quadraginta dies in lento loco po
natur ⁊ vſui reſeruet̃.

## ¶ Oleum frigidiſſimum.

OLeum frigidiſſimum viride ſic fit. ℞. olei ꝯmunis albi
⁊ abluti. li. iiij. cymarũ rubi tenerrimarũ folioꝛuꝫ vio-

larum vermicularis cymbalarie.ſemperuiue ſolatri folioꝝ papaueris iuſquiami mãdragoꝛe craſule maioꝛis poꝛtula= ce lactuce berbene omnium.añ.ʒ.iiij.hec omnia inſimul be ne terantur ⁊ in ſupꝛadicto oleo mittãtur ꝑ tres dies.poſt tertiũ vero diẽ ſup ignẽ ponat ⁊ vſqꝫ ad ſpiſſitudinẽ bulliat poſtea coletur:deide in fictili va ſe ponat ſup ignẽ ⁊ bulliat ad ſucci cõſumptionẽ:tũc ab igne deponat ⁊ permittat reſi dere:⁊ illud clarius qḋ ſupnatat colligat ⁊ vſui reſeruet vꝫ in acutis ⁊ pacutis fronti ⁊ tꝑibus inunctũ:valet ⁊ retro in unctum per doꝛſum.a nucha vſqꝫ ad caudã inunctũ ⁊ ꝑ ven trẽ ſimiliter ⁊ vole manuũ ⁊ plante pedũ eodẽ mõ ꝯ oẽ ca= loꝛem potenter medetur.

Opopira magna: opopira dicitur a ſucco ⁊ igne. opos enim grece latine ſuccus pir.i.ignis.inde.opopira id eſt ignitus ſuccus.ꝓpꝛie valet contra guttã que oculũ ⁊ lin guam ⁊ labiũ diſtemperat vt recte ſermonẽ non ꝓferat aut non loquatur.peculiariter curat paralyſim oris ⁊ gutturis ⁊ manũ et pedum atqꝫ crurũ:⁊ toti⁹ coꝛpoꝛis optime mede tur cum vino vbi cocta ſit ſaluia ⁊ caſtoꝛeũ ⁊ coſtũ in ſero in modum auellane:pꝛodeſt tremuloſis cum eadem decoctio ne bibitũ:cõtractioni neruoꝛũ ſubuenit cũ decoctiõne poli podij:epilenticis melancolicis ⁊ maniacis cũ decoctiõe thu ris maſculi.auxiliatur tuſſientibus in oibus doloꝛibus pe ctoꝛis ⁊ ſtomachi cũ decoctione calamẽti:⁊ cimini epaticis cum apozimate apij ⁊ eupatoꝛij ſpleneticis cum decoctiõe capparis ⁊ abſinthij pleureticis cuꝫ apozimate yſopi:⁊ pu legij ylioſis cũ decoctione yꝛis ⁊ macedonici calculoſis cuꝫ apozimate ſaxifragie:⁊ ozimi typice febꝛientibus cũ deco= ctione pigani naſturcij piretri ꝓdeſt:⁊ ad multas coꝛpoꝛis paſſiones facit.xv.pars confecti.lib.ij.℞.opij thebaici.ʒ.ij. ℈.j.⁊ gra.iiij;cynamo.gar.nardi galange croci coſti zedoa rie zinzi.xilobal.reupon.piretri coꝛa.al.⁊.ru.dꝛag.myꝛrhe caſtoꝛei op poponaci piperis ni.al.⁊ lon.añ.ʒ.ij.⁊ gra.vj.ra ſure eboꝛis lilifagi herbe paralyſis.añ.ʒ.j.et gra.xiiij.bal= ſami muſci xiloaloes ſquinanti caſieſi.ſtoꝛa.cala.maſticis confite.rub.galbani ſerapini plante aſe fetide melliloti ari ſto.rot.dꝛagontee aſari elennij.meu.peonie raphani coꝛti cis paucedani acoꝛi mandragoꝛe betonice gentiane came

drei pulegij centauree maioris ⁊ minoris celtice abſinthij
proſerpinate blactei capil.ve.ſponſe ſolis yperico vincitoxi
ci praſſij pigani millefolij cardamo.calamēti carpob.aniſi
ſemi.leuiſtici iuſquiami.ſe.lupini ⁊ pollinis eboris alexādri=
ni baccarū lauri.maratri ſileris montani añ.℈.ſ.gra.xviij.
mel quod ſufficit:detur vt ſuperius diximus.

OXi dicitur ab acetoſo ſucco malorū granatorū qui po=
nitur ibi datur ꝓprie cōtra ſinocham cauſon:⁊ contra
omnē acutas ⁊ peracutas egritudines cū frigida.prodeſt
etiā pleureſi ethice febri puncture epatis:ſi tamē ethica ſit
cū tuſſi addatur cōfectioni.℥.ſ.liqri.ſucci eius.℥.ß.veteri: ⁊
nō recenti cū ſcamonea ↄfectio eſt lib.iij.℞. prunorum da=
maſcenorū ſiccorū li.ij.⁊ decoquantur in lib.v.aque vſq; ad
medietatē:deinde ab aqua extrahātur ⁊ ponant in cribro
⁊ catino ſubter poſito tādiu manibus fricētur donec pulpa
exeat tota.⁊ in aqua vbi cocta ſunt pruna bulliat.℥.ß. viola
rum:⁊poſtea fiat ſyrupus cū duabus lib.zucchari.⁊.ß.ad=
dito ſucco prunorum predicto: bulliat ad ſpiſſitudinem et
poſtea addantur.℥.iiij.tamarindorum:⁊.℥.ij.caſiefi.mūda
te ⁊ diſſolute cū aqua ro.⁊ colate:colatura nāq; ponat in ſy
rupo:⁊ cū inceperit inſpiſſari:ponatur ibi ſucci vtrorumq;
granatorū.℥.viij.⁊ q̄diu ad perfectā venerit coctionē agi=
tādo cū ſpatula:ſemꝑ adde puluerē harū ſpecierū q recipit
puluerē ſandalorum albo.et ru.ſpodij.añ.ʒ.iiij.portulace.
ʒ.vi.ro.draga.añ.ʒ.ij.Si vero laxatiuam facere volueris in
vnaquaq; lib.pone.ʒ.vij.ſcamo.pulueriʒate tunc ſcilicet qñ
ab igne deponitur ⁊ diaprunis ſi laxatiuū facere volueris
eodē mō facias:detur mane ſimplex meridie cū frigida laxa
tiuum detur ſummo mane cū calida in modū caſtanee.

OXizacchara dicitur ab oxi quod eſt acetū ⁊ zuccharo
dicitur valet tertiane acutis:⁊ quartane nō vere cole=
rā in ſtomacho exiſtentē purgat.℞.zuccha.lib.ſ.ſucci ma
iorū granatorū.℥.viij.aceti.℥.iiij. ad ignē in ſtagnato vaſe
pone ⁊ tādiu bulliat cū ſpatula ſemper agitando donec ad
quātitatē zucchari deueniat vt in pixide portari poſſit: de=
tur in mane cum calida.℥.ſ.⁊.ß.

OXimel ſic fit.℞.mellis diſpumati lib.ſ.aceti fortiſſimi
lib.ſ.⁊.ß.in quo bulliant radices feniculi.℥.ij.radi.ra=

phani.ʒ.ß.bulliāt vſq ad tertiā partem:deinde coleť et colature ſupradictū mel addatur in ſtagnato vaſe ſemp agitādo cū ſpatula tādiu lēto igne bulliat donec ad ɔſumptionē aceti deueniat valet vt oxizachara digerit diuidit ⁊ flegma mirabiliter purgat:datur in mane cum calida.

Potio ſancti pauli:dicitur potio a potādo ſancti pauli:quia ſanctus paulus eam compoſuit:hec eadē a romanis potio maioꝛ vocatur:quia paulus magnus interpꝛetatur:datur pꝛopꝛie epilenticis catalēticis analenticis ſtomaticis cum vino in quo coctum ſit thus maſculū vel peonia mixta.hec eadez cum eſdra:datur hyemali tempoꝛe et vernali quartanarijs:⁊ ſanat cumvino in quo cocta ſit gentiana vel ſaliunca caſtoꝛeum ante hoꝛam acceſſiōis.medetur etiam arteriacis paralyticis cū vino in quo cocta ſit ſalnia vel caſtoꝛeū.xv.pars eſt lib.j.℞.nitri.ʒ.iij.⁊.℈.j.caſtoꝛei ātimonij ſinoni folij dāpnocti ſileris apij petro.maratri dauci ſtaphyſagrie:aā.ʒ.j.℈.j.ſalis armōiaci epithimi aā.ʒ.j.⁊.℈.ß.cala.aroma.myꝛo.liqri.draga.peonie piretri.aā.℈.ij.coſti colloquin.agarici maſticis ariſt.lon.rotū.⁊ roſarū mabathematicon aſari lilifagi aronis diptami baſilicō.bꝛāce vrſine balſamite oꝛigani pulegij camedrei vel yſopi ſaturegie piperis al.⁊ ni.⁊ lō.ſemi.rute:aā.℈.j.⁊ gra.xviij.cardami thuris.aā.℈.j.⁊ gra.iiij.balſami nardi croci ſquināti caſie myꝛrhe oppoponacis ſulphuris mandragoꝛe gētiane bꝛatei euſoꝛbij : ſanguinis merguli:aā.℈.j.cynamomi gar.zinziberis anacardi xilobal.reupōti.paucedani ſtoracis calamite ſerapi.aſari ſanguinis drac.coaguli lepoꝛis coaguli agni ⁊ capꝛeoli ⁊ vituli ⁊ fellis vrſini ſanguis anatis petrolei aā.℈.j.minꝰgra.iiij.herbe paralyſis.ʒ.vij.gra.iiij.mel q̄ ſufficit datur capitalibus paſſiōibꝰ in ſero ad modum auellane:vel cum decoctionibus ſupradictis.

Paulinum antidotū.paulinum.i.magnum antidotuz idest contradatū:quia magnā virtutem et efficaciam habet datur pꝛopꝛie veteri ⁊ noue tuſſi.que fit ex diſcurſione reumatis a capite valet contra vitia pectoꝛis ex frigiditate in ſero cuz vino calido:ſed ſi diſtemperatū accipere nō poterit fac inde pillulas.viij.vel.xj.facto cum opio.ſed ſi cōfectum fuerit ſine opio ⁊ laxatiuum facere volueris da.ʒ.ij.

cum.℈.ij.ſcamonee in pillulis factis caput et ſtomachū ex
flegmate ⁊ melācolia purgat:⁊ oculorum grauedinem tol⸗
lit:quarta pars eſt lib.j.q2 in vnaquaqꝫ receptione ponunt
libram.j.⁊ mediam mellis diſpumati.℞.aloes.ʒ.xj.et gra.
xv.croci coſti anacar.aga.coralli myrrhe armoniaci terebē
ti.galbani ſerapini oppoponaci confice reu. ſtoracis cala.
mitei:añ.ʒ.iiij.⁊.ß.opij olibani maſticis bdellij corimbri añ.
ʒ.ij.⁊gran.xv.balſami folij:añ.℈.j.⁊.ß.meliſſe.ʒ.j. Cōficiāt
ſic:galbanuꝫ ſerapinū armoniacū oppoponacū:iſte gūme
aliquātulū terāt et in albo ⁊ in odorifero vino ſufficienter
cocte vna imponātur:mane ꝟo ſup ignē ponātur ⁊ bulliāt
poſtea adde mellis diſpumati.℥.iiij.et dimittantur bulire
quouſqꝫ incipiat inſpiſſari.tūc ſtorax cal.confice ru.⁊ corim
brum cū piſtello calido optime trita:ponantur in caldario
ſemper agitando cū ſpatula:donec liquefiāt.Et poſtea ad
datur terebentina:⁊ ſi ꝓbare volueris vtrū coctū ſit pone
aliquātulum ſupra marmor:⁊ ſi ſtatim ad moduꝫ mellis ſe
coagulauerit:caldario mox in terra poſito :addat myrrha
cū bdellio:deinde maſtix ⁊ olibanū:poſtea coſtū anacardū
agaricū coralli ireos opiū foliū meliſſa:oia ſimul piſtata ⁊
puluerizata in caldario mittantur.Et hoc totū ſupra mar
mor inunctum prius oleo lauri.ponatur et cum puluere
aloes malaxetur ſimul crocum cum ſpeciebus terūt. Et ad
vltimuꝫ cū croco orientali magdaleones informent: detur
in modum auellane cum vino calido.

Pancriſtū antidotuꝫ.pan.i.totum chriſti.i.chriſmate
vnctus typice febrientibꝰ datū cuꝫ mulſa mirabiliter
ſubuenit cum hydromelle diſtemperatum ſine mora men⸗
ſtrua ꝓuocat.vj.pars eſt lib.j.℞.opij thebaici.ʒ. v.croci.ʒ.
ij.⁊.℈.j.et me.ſiſelei.ʒ.ij.calami aromatici caſtorei carpo⸗
bal.cardamo.petroſelini añ.ʒ.j.⁊.℈.j.zinziberis caſie ſera
pini piperis albi iuſqami ſeminis lini ſe.rute agreſtis ma
ratri añ.℈.ij.nardi piretri meu euforbij ani.trifolij acuti
daucicretici añ.℈.j.⁊.ß.mel ꝙ ſufficit datur in moduꝫ auel
lane in ſero cum vino calido.

Picra galieni.

Pigra ideſt amara Galieni ab inuētore dr.vꝫ mirabili
ter ad oēm capitis frigiditatem et ſtomachi digeſtio⸗

nem pcurat: vomitū ſtringit frigiditati matricis ſubuenit cōceptionem adiuuat: detur in balneo ſi fieri pōt vel eunti dormitum cū vino calido. vij. pars eſt. li. ſ. ℞. aloes optimi. ʒ. xiiij. ꝛ ß. cynamomi nardi croci ſquinanti xilobalſami caſſieſ. maſticis aſari ro. amomi abſinthij: añ. ʒ. ſ. ꝛ grano. vij. mel ꝙ ſufficit datur vt ſupra diximus.

¶ Cardiacis que ſolet potio muſcata iuuare.

Potio muſcata maioꝛ. muſcata a muſco dicit eo qḋ muſcus ꝑcioſioꝛ ē ꝛ odoꝛoſioꝛ ſit aliijs ſpeciebus. valet cardiacis ſcotomaticis ꝛ ad oēm ſtomachi debilitatē ꝛ coꝛpoꝛis cōfoꝛtationē ꝛ ad vitia pulmonis pars. iij. cōfecta ē li. ſ. ℞. ſpice folij piperis longi ʒinʒi. ʒedoarie cōfite ru. confite muſcate gar. xiloaloes ro. vio. anacardi acoꝛi coꝛa. coſti leui ſtici nucis muſ. raſure eboꝛis margaritarū integrarū ꝛ pfoꝛatarū antofili reubarbari amomi oſſis de coꝛde cerui croci pipis al. oſſium dactyloꝛū belicali marini ſpodij ſandali al. ꝛ ru. macis liquiritie cynamomi alipte aniſi dragaganti blacte biʒātie cardamomi oʒimi limature auri ꝛ argēti omniū. xl. añ. ℈. ij. muſci. cāphoꝛe ābꝛe oīm trium. añ. ℈. ſ. ʒuchari cādi. añ. ʒ. ij. ſyꝛupus ro. ꝙ ſufficit daꝛ mane ꝛ meridie ꝛ ſero ſcotomaticis ꝛ debilitatis coclearium vnum cuʒ vino patientibus in pulmone cum aqua oꝛdei.

¶ Pillule ſine quibus.

Pillule ſine qbꝰ eſſe nolo: pillule a rotūditate dicte: ſine qbus eſſe nolo ꝑpter ſummā efficaciaʒ quā habēt: ſine qꝛ ſuperioꝛes purgant humoꝛes: valent ꝑpꝛie ad cataractas obſcuritates ꝛ caligīes oculoꝝ caput mirabiliter a colera flegmate ꝛ melancolia purgant ab hominibꝰ prauis humoꝛibꝰ viſum cuſtodiūt: illoſis mirabiliter cōferunt auriū doloꝛē ſanāt. i. in ſero. x. vel. xiij. ſumanꝛ cum ouo vel farinata medietas eſt. ʒ. iij. ℞. alo. epatici abluti ꝛ odoꝛiferi. ʒ. xiij. myrabolanoꝝ citrinoꝛum chebuloꝛum belliricoꝝ emblicoꝛum indoꝛū reubarbari maſticis abſinthij ro. vio. ſene agarici cuſcute. añ. ʒ. ſ. temperentur cum ſucco fenic. ſcamonee bñ trite ꝛ pulueriʒate. ʒ. vſ. ꝛ. ß. admiſceantur ita tm̄ ꝙ puluis ſcamonee ꝑ pānū cū ipſo ſucco ſit expſſus ꝛ ſit tāta ſucci quātitas q̄ ſufficiat ad cōfectionē pillularū ꝛ manibus pꝛimo inunctis oleo vioꝛ. vel cōi ꝫm doctrinā noſtrā

abluti formentur in modum ciceris.

¶ Pillule auree.

**P**Illule a rotūditate dicte: auree ab excellētia auri dicunt. ſicut em̄ aurū inter cetera metalla precioſi⁹ habet: ſic pillule iſte inter alias meliores approbantur ꝓprie purgāt caput lumen oculoꝝ accuunt: ventoſitatem ſtomachi ⁊ inteſtinoꝝ expellūt: ⁊ ſine moleſtia purgāt: medietas eſt.ʒ.ij.⁊.ȝ.ij.℞.aloes diagridij.añ.ȝ.v.ro.ſe.apij.añ.ȝ.ij.⁊ ß.aniſi ſeminis feniculi: añ.ȝ.j.ſe. croci coloquintide interioris maſticis: añ.ȝ.j.informentur in modum ciceris cum aqua infuſionis diag. dentur in ſero.ix.vel.xj. cum mulſa aut cum vino.

¶ Pillule diacaſtoree proſunt paraliſi.

**P**Illule diacaſtoree a caſtoreo dicte ſunt ꝙ intrat paralyticis mirabiliter proſunt vna vel tres diſtēperate cū aqua calida naribus iniJciātur ita vt ſupinus ipſe patiens iaceat: iuxta ignem paruū aliquātulū vertat ſe ⁊ ore apto ſinat flegma exire oculos mundificāt ⁊ dentes lapſos cōfirmāt ſtrāguriā curāt dolorē ciliJ ex aliquo frigido reumate ſoluunt.iiJ.pars eſt.ʒ.j.⁊.ß.℞.caſtorei: opiJ: croci: ȝinȝi. piretri euforbiJ: elacteriJ nabathematicō leucopiperis nigelle ſtaphiſagrie epithimi ſpice añ.ȝ.j. Confice cū ſucco blete et informa in modum ciceris.

**P**Illule artetice valēt cōtra arteticā ⁊ podagrā.℞.hermoda. turbith agarici añ.ȝ.iiiJ.caſieli.nardi gariof.xiloba.carpobal.macis galange ȝinȝi.maſti.aſe fetide feni. ani.ſaxifragie ſene.ſparagi bruſci roſe granoꝝ ſolis ſal gēme añ.ȝ.iJ.ſcamonee.ʒ.j.aloes ad pondus oim. Conficitur cum ſucco feniculi vel yue.

**P**Illule optomere.i. deſt de.viiJ. ſpecieb⁹ humores ſpiſſos de capite deponut ⁊ viſum clarificāt ⁊ cataractas oculorum prohibēt.℞.aloes diagridiJ: añ.ȝ.iJ.colloquintide interioris epithimi dauci cretici maſticis agar. chebu. abſinthiJ omnium.viJ.añ.ȝ.j.terantur ⁊ cum ſucco ſtrigni diſtemperētur ⁊ in modū ciceris formētur: dētur ex eis.ix. mane vel veſpere cum vino.

**P**Illule ꝓbate cōtra fluxū vētris maxime lienteriā ⁊ diſſinteriā.℞.myrtilli balauſtiaꝝ pſidie ſimphiti ſāgui

nis draconis boli acatie hypoquiſtidos roſarū tartari ſumach croci gallie muſcate galle cynamomi:ſpodij maſticis gummi arabici añ.ʒ.j.opij thebaici.ʒ.ß.cum ſucco cimarū myrti lentiſci tempera ⁊ fac pillulas in modum orobi:dentur.ix.vel.xj.cum aqua ro.vel pluuiali.

Pillule de quinq; generib⁹ myrabo. ℞.myrabolanorū citri.chebul.bellirico.emblicoꝝ indorum agarici diagridij,colloquintide ſene añ.℥.ß.turbith.aniſi maratri maſtic.lapidis lazuli.añ.ʒ.ij.⁊.ß.⁊ grana.v.alo.℥.j.fiāt pillule valent arteticis podagricis ſpleneticis ad viſum clarificādum coleram purgant aduſtam.

Pillule cinogloſſe multū ſūt vtiles ad acre.⁊ tenue reuma.plurimos em̄ ſcio ꝙuis longo tpe reumatizātes his ſuſceptis ꝓculdubio eſſe curatos.℞.cinogloſſe opij ſe. iuſquiami olm triū.añ.ʒ.iiij.myrrh troditen.ʒ.vj.olibani.ʒ.v.gar.ʒ.ij.cynamomi.corimbi.añ.ʒ.ij.temperātur cum rodomate.i.cum aqua ro.⁊ formentur pillule ad modum ciceris ex quibus dentur.v.vel.vij.eunti dormitum.

Pillule ante cibū ⁊ poſt cibū ad digeſtionem confortādā ⁊ virtutem .digeſtiuā.℞.cynamomi gario.galāgenu.muſ.macis zinziber.cardamo.xiloaloes ſtoracis calamite.añ.ʒ.j.reubarbari ad pondus olm ſupradictoꝝ aloes ad pondus omnium ſupradictorū.Confice cum vino ſumātur ante cibum.vij.⁊ poſt cibum.v.

Pillule arabice cōtra omnem dolorē capitis ⁊ ſi per.c. annos durauerit:purgāt mirabiliter oēs humores:⁊ generāt leticiā ⁊ auferunt triſtitiā:mentem acuunt viſum reddunt auditum reſtaurāt memoriā tribuunt ſcothomiā vertiginem emigraneā oculos dentes gingiuas ſtomachū ſplenem ſonitum aurium omnibus humoribus etatibus oībus tēporib⁹ ſine moleſtia in viris ⁊ mulieribus purgāt. ℞ aloes.℥.iiij.brionie myro.citr.belliricoꝝ indoꝝ chebulorū embli.maſti.diagridij aſari roſe.añ.℥.ß. confice cū ſucco feniculi vel abſinthij.croci.ʒ.j. caſtorei.ʒ.iij.

Pillule de elacterio.℞.alo.℥.ij.maſti.℥.j.elacterij.℥.iij. cōficiē cū ſucco ſiccidis vel cum ſucco actis vel cameactis ⁊ da.iij.vel.v.ſuauiter ducūt ⁊ principaliter melancoliam ⁊ flegma purgant ſiue coleram rubeam.

PIllule cochie. ℞. probate ad emigraneũ dolorẽ ſtomachi ⁊ .liũ. ℞. aloes abſinthij pulpe colloquintide ſcamone equale pōdus maſticis dimidiũ vnius predictorum. Cōfice cum ſucco feni. vel abſinthij vel ſolatri et fac pillulas: dentur ſm quantitatem virtutis.

PIllule de aloe ⁊ maſtice. ℞. aloes. ℥. ſ. maſticis. ℥. ß. gario. roſaꝝ ru. añ. ʒ. ſ. croci diagridij. añ. ℈. ij. confice cũ ſucco feniculi vel abſinthij.

QUadrimeron. i. de quattuor nũeris vel quattuor reb⁹ expertũ eſt ad aſmaticos ⁊ ex catarro tuſſiẽtibus: valet etiã ad dolorem: ⁊ frigiditatẽ ſtomachi digeſtionẽ ꝓcurat renes debiles releuat. ix. pars eſt li. ſ. ℞. elennij. ℥. ſ. ⁊ ß. ʒ. iij. ſe. maratri. ℥. ſ. piperis. ʒ. vſ. cimini. ʒ. iij. mel qd̓ ſufficit: datur mane vel veſpere cum vino calido.

ROſata nouella. roſata dicit̃ a roſis nouella reſpectu veteris q̃ recipiebat ribar. i. ſulphur viuũ vomitũ ⁊ ſubuerſionẽ ſtōachi aufert debilitatẽ ⁊ ſiti reprimit defectis ex lōga ĩfirmitate mire ſubuenit ſudores diaforeticos ꝯpeſcit xx. pars eſt li. ij. ℞. roſa. zuccha. liq̃. añ. ℥. ſ. ⁊. ʒ. ſ. ⁊. ℈. ij. et. ß. cynamo. ʒ. ij. ⁊. ℈. ſ. grana. ij. gari. nardi. zinzi. galãge. nuc. muſ. zedoarie ſtoracis cardamo. apij. añ. ℈. ſ. ⁊ gra. viij. mel qd̓ ſufficit datur mane meridie ⁊ ſero cum frigida.

RUbea trociſcata dicitur ab ip̄o colore trociſcata a trociſcis qui ibi ponuntur dicta valet: tertianarijs quotidianarijs ante horam acceſſiōis data cum rodoſtomate ad modum auellane naribus ⁊ pulſibus de eadem ĩnũctis ſanitatẽ p̱ſtat reumati ex acri flegmate facto data cum ptiſana ſubuenit. vij. pars eſt li. ſ. ℞. liquiritie cynamomi papaueris albi: añ. ʒ. iij. ⁊. ℈. ſ. ⁊ gra. v. croci iuſq̃ami. ro. ſemi. apij. añ. ʒ. ij. ⁊ gra. xv. nardi violarũ: añ. ʒ. ſ. ⁊ grana. vij. gario. ſtoracis optime opij thebaici: añ. ℈. ß. trociſci croci magnetis et hydiocri myrrhe aniſi ana. grano. xv. mel quod ſufficit.

REquies magna vel magna medicina. requies dicit̃ eo quod requiem patientibus preſtat ⁊ ſomnum ⁊ maxime typice febrientibus quotidianarijs tertianarijs q̃rtanarijs acutis et peracutis preſtat. vſ. pars eſt lib. ſ. ℞. roſa. et vio. añ. ʒ. iij. opij. iuſquia. miconis papa. al. mãdragore ſca

riole lactu.ſe.portulace pſilij nu.muſ.cynamo.et zucchari. aſi.ʒ.j.ꝛ ſ.ſandali albi.rub.ꝛ citri.ſpodij dragagan.aſi.℈. ij.ꝛ gran.v.da patientibus acutam cum ſyrupo viol.interpolate cuz melle cōfectam dare poſſumus.datur quartanarijs cum vino calido acutis ꝛ peracutis tertianarijs cū aq̄ calida vel ſyru.requies eſt opiata quaſi frigida ꝑcipue valet ad ſomnum inducēdū ad modum caſtanee data: cuz autem eſt data hominibus quaſi ſanis tempeſtiue debēt multum comedere vel cenare:ꝛ poſtea detur eunti dormitū.ꝙ ſi aliquis abhorret ſumere diſtemperetur cū ſucco ro.vel ſyru.vio.ꝛ coletur:ꝛ poſtea detur licet omnino nō faciat effectum.nam multum valet etiam ſic data. Item attendendū eſt ꝙ ex ſpecieb⁹ hui⁹medicine ſyru.factus bon⁹eſt ad ſomnum prouocandū.ſ.vt ſpecies bulliāt in aq̄ trite ꝛ colentur ꝛ appoſito zuccharo fiat ſyrupus.Item in acutis q̄buſlibet poteſt dari ad ſomnum inducendum.

Rodozacchara.i.zuccharū ro.valet dolori ſtomachi et debilitati facte ex calore mirabiliter ſtomachum confortat.valet etiam ad diariam ꝛ omnem fluxū ventris ex calore factumvalet cardiacis qui ex calore patiuntur.fit autē ſic:in.ij.lib.zucchari ponatur lib.ſ.viridium ro.minutatim inciſarum ꝛ in mortario poſtea diutiſſime terātur ꝛ in vaſe vitreo ad ſolez per.xxx.dies ponātur:ꝛ mane ac ſero bene agitētur.trāſactis vero.xxx.diebus in terreo catino ponantur ꝛ in lib.ſ.zucchari modice triti ſuperpoſita ꝛ manibus bene confecta invaſe ſtricto reponantur datur mane ꝛ meridie cum rodoſtomate vel cum frigida.

Eodē modo fit zuccha.vio.ꝙ facit pleureticis periple. ꝛ ethi.ꝛ qui maxime cōſtipati ſunt daꝛ iſtis cuz ptiſana mane et meridie cum frigida pectus humectat ꝛ ventrem laxat.

Sotira magna.i.q̄ īterp̄taꝛ ſaluatrix ſi cū mulſa bibaꝛ capitis dolorē antiquum tollit veterē vel ſilueſtrē freneſim placat epilenticis ꝛ melancolicis ſubuenit oculorum aurium ꝛ dentium dolorem mirabiliter ſanat mulieris lac ſoluit ꝛ p aurē iniectū auditū reddit cum tepida ſūpta diſſolutis: aſmaticis medetur tuſſim antiquam ꝛ recentez tollit ſtomachumvomentem ꝛ de ſingultu ꝛ dolore laborantē

ſanat peripleumoniam ⁊ pleureſim ⁊ epatis tenſiones de ponit ictericos ex abundantia fellis rub. purgat: et ad priſtinum colorē reuocat ſanguinis ſputū cū oximelle ſumpta vel decoctiōe polligonie vl' plātaginis ſiſtit fluxū vētris cōſtringit brachiorū et coxarū dolorē ſedat ⁊ his q̄ pre dolore dormire nō pñt mire ſomnū inducit arteticis ſciaticis ⁊ podagricis neceſſario datur ad ſerpētinos morſus cū mulſa ppinata pdeſt quartanarijs ex longa infirmitate patientibus ſi ea vtātur. vj. pars eſt li. ij. ℞. ſtoracis optime. ʒ. iiij. ⁊ ß. apij. ʒ. iij. ⁊. ℈. j. coſti. myr. opij petro. macedonici: añ. ʒ. iij. ſiſelei. ʒ. ij. ⁊. ℈. ij. pipis. ʒ. ij. ⁊. ℈. j. ⁊. ß. cyn. nar. añ. ʒ. ij. ⁊ ℈. ß. ſquanti ſyriaci ani. añ. ʒ. ij. ca ſtorei. ʒ. j. et. ß. reuponticí. ʒ. j. ⁊. ℈. j. trociſc. croci magnetis aſari: ana. ʒ. j. piperis al. ℈. ij. ⁊. ß. hydiocri. ʒ. ß. amomi piperis lō. añ. ℈. j. alij apponūt croci. ʒ. ij. ⁊. ℈. ij. mel qd ſufficit dat' i modū auellane

Stomatichon frigidū facimus q valet cōtra oēm calorē ſitim reprimit ⁊ patiētib⁹ debilitatē ex nimio calore potēter ſubuenit acutis ⁊ peracutis mirifice pdeſt. ℞. zuccha. lib. j. ſandali al. ⁊ ru. añ. ʒ. j. ⁊. ß. ſpodij berberis ſem. portu. ſcario. ſe. melo. paleſtini ſucci liq̄. ro. ⁊ vio. nenufa. añ. ʒ. j. cōficitur ſic ſupradictum zuccharū ponat' in ſtagnato cum lib. j. aq̄ ro. ⁊ tādiu bulliat cū ſpatula agitādo donec ad aq̄ cōſumptionē deueniat: deinde puluis p̄dictarum ſpecierū bene cribratus immiſceatur cum ſpatula agitādo i ſtagnato: cū aūt probare volueris vtrū ſit coctū ſupra marmor. gutta proijciatur que ſi coagulētur bene coctū eſt ⁊ ſi coctū fuerit tūc ponatur ſup marmor prius abluto ⁊ inūcto oleo ro. vel vio. ⁊ tūc cū cultello eodē modo oleo inūcto fruſtatim icidat' dū calidū eſt: datur mane ⁊ meridie cū frigida.

Stomatichon calidum ſtomachum cōfortat digeſtiuā virtutem adiuuat: ⁊ ilioſis confert. ℞. zuccha. lib. j. aq̄ lib. j. cyna. zinzibe. ana. ʒ. ij. gari. galāge: añ. ʒ. j. nucis muſ. ſpice: ligni alo. carda. macis. añ. ʒ. ß. cōfice eodē modo vt ſtomatichon frigidū. ſi vero laxatiuū facere volueris. ℥. j. ſcamonee addatur.

Sal ſacerdotale quo vtebantur ſacerdotes in diebus helie pphete ppter dolorem capitis ⁊ caliginē oculoꝝ ⁊ ſtomachi ⁊ dētiū dolorē tuſſim ⁊ anhelitum emendatoꝝ

odoratū reddit ⁊ corpus humanū icolume ſeruat. ℞. ſalis cōis.ʒ.xvj.cyna.ʒ.iiij.zinzi.amomi piretri:cimini:amei:piſpe.ſileris:ſaturegie.yſo.orig.pulegij:añ.ʒ.j.que oia teren do in puluerem redige ⁊ in omni cibo vtere ⁊ vſui ſerua.

SIrupus roſa.ſic fit.℞.ro.recentes ⁊ pone in vaſe ⁊ ſup aſperge aquam feruentē ⁊ coo peri vas ne fum⁹ exeat inde ⁊ cum infrigidata eſt aqua proijce roſas exprimendo. Deinde aquā eandē bullientem ſuper alias roſas recētes iterum pijce:⁊ ſupradicto modo facimus mutando roſas tādiu donec ipſa aqua ſit rubea:deinde in lib.iiij.aq̄ li.iiij. zuc.pone ⁊ cum bullire inceperit album oui cum aq̄ frigida pone ⁊ concutias tantū quouſq; ſpumeſcat:⁊ ſpumā illam in ſyrupū bulliētē ſuperaſperge:⁊ cū nigreſcere ſpuma inceperit ſuauiter cū cacia remoueas ⁊ iterum aliā ſpumā īfunde:⁊ ſupradicto modo fac quouſq; clarior fiat ſyrup⁹ et cu; ceperit quaſi filum facere vel ſup marmor poſitus vel ſupra vnguem non diffunditur coctū eſt:valet ſiccitati ⁊ calori febrium ſitim reprimit:confortat ⁊ conſtipat.

SIrupus viola.eodem modo fit qui multu; valet febricitantibus ptiſis ⁊ cōſtipatis ventrē humectat ⁊ laxat vt breuiter dicā oēs illi qui fiunt de floribus hoc modo fiūt vt ſyrupus nenufarinus.⁊ iam valet iſte ſyrupus cōtra acutas ⁊ peracutas ⁊ prouocat ſomnum.

SIrupus ꝯ pleureſim ⁊ peripleumoniā ptiſicos ⁊ ethicos.℞.aque lib.iiij.⁊ ponantur ibi.ʒ.ij.⁊.ß.viol.liqui. papa.al.ana.ʒ.ß.ſe.citonio.⁊ malue mundate:medulle.ſe. bombacis.medulle.ſe.citrulli.melo.cucume.cucurbi.mundatorū.ſe.portul.draga.gummi arabi.añ.ʒ.iij.omnia i aq̄ vel ſacculo bene trita ponantur:et ſacculus in predicta aq̄ ponatur ⁊ bulliat ad medietate; ⁊ ſacculo abſtracto ab aq̄ lib.ij.zucchari apponātur:⁊ fiat ſyrupus ⁊ clarificetur vt ſupra docuimus.

SIrupus contra acutas ⁊ peracutas paſſiones.℞.ſuc. portula.ſucci melonū paleſtinorū añ.lib.j.vł cū aq̄ decoctionis citro.melo.⁊ cucurbi.vel capil.ve.herbe epatice: politrici adianti:cetrac.in aqua iſta vł in ſucco predicto fac bullire liquiritiam mundatam ⁊ tritam:⁊ draga.vio.añ.ʒ. j.prunorum numero.v.ſemperuiue:aut cotilidonis.ʒ.j.dei

de colet ur ⁊ colature adde zuc.lib.j.⁊ fiat ſyrupus vt dixi=
mus clarificetur ſm̃ ꝙ debet vł vt ſuperius docuimus: de=
inde pſiliam ⁊ ſe.cito.añ.℈.j.in ſacculo mitte ſandal.al. ci
tru.⁊ ſpo.berbe.ro.portu.lactu.ſca.añ.ʒ.ß.puluerizata ⁊ ho
rũ puluerem in eodẽ ſacculo pone ⁊ ibidẽ reub. pulueriza
ti.ʒ.j.hec ſimul bullire facias vſqꝫ ad decoctionem datur cõ
tra acutas ⁊ peracutas ſine apate cum aqua frigida.

SIrupus contra omnem fluxum ventris.℞.zuccari li.
j.aque ro.vel plu.lib.j.⁊ ß.⁊ in aqua iſta ponatur myr
tilini.℥.j.roſarum ſumach acatie balauſtie ſpodij hypoq=
ſtidos.añ.℥.ß.ſorbarum mundatarum.x.neſpulorum viri=
dium numero.v.cornarum vel prunorum immaturoꝵ.x.
draga.liquiri.gummi arabi.añ.ʒ.ß.que ſunt terenda terã=
tur ⁊ bulliãt in ſupradicta aqua donec ad quantitatẽ vni⁹
libre deueniant ⁊ colature ponatur zuccarum predictum ⁊
fiat ſyrupus ⁊ clarificetur vt diximus.

SIrupus de papauere ꝯtra oẽm ventris ſolutionẽ.℞.
capita papaueris recẽtia ſiue humida numero.cl.plã
taginis balauſtie gallarũ prunellarũ imaturaꝝ.añ.ʒ.j.Cõ
ficit ſic oĩa iſta in aq̃ plu.℈.v.dimitte ꝑ biduũ.in tertio ve=
ro die coque aquã bene vſqꝫ ad conſumptionez medietatis
poſtea cola ꝑ pãnum fortiter.Cũ aũt colata fuerit admiſſe
illi colature tertiã partem mellis.⁊ iterum coque donec ad
ſpiſſitudinẽ mellis redigatur: ⁊ tunc conde in vaſe vitreo ⁊
cum opus fuerit in.ʒ.j.aque mitte.ʒ.j.ſyrupi.

SPongia ſomnifera.℞.opij thebaici.℥.j.ſucci iuſquia=
mi ſucci more imature rubei ſe.lactuce ſucci cicute co
dij.i.papa.ſuc.mandra.ſuc.hedere arboree.añ.℥.j.hec oĩa
ſimul ĩ vaſe mitte ⁊ ibi ſpõgiã marinã nouã qualis de ma=
ri exierit vt nõ tãgat eã aq̃ dulcis ⁊ pone ad ſolẽ in canicu=
larib⁹ dieb⁹ donec oĩa ꝯſumãtur cũqꝫ opus fuerit aq̃ nimis
calida illã parũ fomẽta ⁊ poſtea naribus patientis appo=
ne ⁊ cito dormiet: cũ aũt excitare volueris ſuccus radicũ fe
ni.naribus apponetur ⁊ mox expergiſcetur.

TYriaca magna galie.tyriaca dicitur domina medicina=
rũ galieni: qꝛ ab eo ꝯpoſita fuit facit ꝯ grauiſſimas
paſſiões toti⁹ hũani corpis epilẽticis catalẽticis appopleti
cis cephalargicis ſtõacis emigranicis ꝓdeſt ad raucedinẽ

vocis ⁊ conſtrictionem pectoris optima eſt:artheriacis aſ≈ maticis emoptoicis ictericis hydropicis peripleumonicis iliosis:⁊ vulnera in iteſtinis habētib⁹ nefreticis calculoſis collyricis ſubuenit:menſtrua educit:⁊ fetum mortuum ex≈ pellit lepras ⁊ variolas ⁊ frigus periodicū et ceteras paſ≈ ſiones inueteratas emendat precipue cōtra oīa venena et ſerpentū morſus ⁊ reptiliū valet:ſed diuerſa eſt eius doſis pro quātitate ⁊ qualitate vniuscuiuſ&#x0;q paſſionis que in fine ſcribitur oēm defectionem ſenſuū releuat cor cerebrū epar ſtomachū cōfortat totū corpus incorruptum ducit et cuſto dit.ix.pars lib.ij. ℞.trociſcorū ſquilliticorū.ʒ.ij.et.℈.ij.pi≈ peris lon.ʒ.ij.minus granis.vij. trociſcoꝝ tyri et dyacoral li.aā.ʒ.ſ.⁊.℈.ſ.xilobalſami.℈.ij.⁊ gra.vij.opij agarici yris role ſcordei ſe.rape ſilueſtris cynamo.opob.aā.℈.ſ.gran. xiiij.reubar.croci ſpice colti ſquinācti zinzi.caſie ligne ſtora cis calamite myrrhe terebentine thuris maſculi calamenti dyptami ſticados polij radicis pētafilō petroſelini piperis albi.aā.℈.ſ.⁊ gra.vij.folij gummi arabici acori calcāti vſti ſerapini terre ſigillate ſeu boli ſucci hypoqſtidos celtice ca medrei gentiane meu.carpobal.amomi apij maratri carui ſilueſtris ſiſelei naſturcij.ſe.aniſi ypericon aā.℈.ſ.mumie caſtorei oppopona.aſpalti galbani cētauree minoris ariſt. lō.dauci ſiluatici.aā.℈.ſ.mellis diſpūati qđ ſufficit q̄ teren da ſunt tere:⁊ gūmas in vino liq̄factas cū puluere ⁊ melle cōmiſce ſufficiēti vel cū ſpecieb⁹ teras datur in modū auel lane cū tepida apoplecticis ſcotomaticis cephalargicis emi graneis ad raucedinē vocis ⁊ ↄſtrictionē pectoris cū melle aut dragagātoꝛita vt in ore teneat aſmaticis cū decoctione liliſagi emoptoicis ex pectore ⁊ pulmonis vitio cū ptiſana ad veteratas paſſiones cū apozimate yſopi ictericis cū de≈ coctione aſari hydropicis cū oximelle vel oxizaccara peri≈ pleumonicis cū iure vel decoctiōe marubij iliosis cū apozi mate apij in inteſtinis vulnera habētibus cū decoctiōe ſu≈ mach:nefreticis calculoſis ⁊ collyricis cū apozimate grano rū ſolis apij ſiluatici vel domeſtici.artetiacis cū iure vel pi gani decoctiōe ad venena ⁊ mēſtrua educēda:⁊ fet⁹ cū vino calido vel mulſa cū aqua vbi cocta ſit mēta vel ozimum et frigori periodico et cunctis paſſionibus cum tepida.

Tyriaca

Tyriaca dyateſſereō:tyriaca vt dicitur domina medicī
narū:dyateſſereō.i.de quattuor rebus dicitˀ de qbus
antiqtus ɔficiebatˀ:ſʒ alij philoſophi poſtea addiderūt:va
let ppriē toxicatis hoibus ⁊ morſis a canibˀ rabioſis: aut
ab alijs animalibus venenoſis:datˀ cū ſucco mēte ad bibē
dū ⁊ ſup ipm vulnus de eadem inūgatur et venenoſa ſup
inūcta:ſcʒ donū melanū qd ſalernitani ſtagiam vocāt:qrta
narijs ⁊ vere quotidiane data cum decoctiōe pigani vel gē
tiane ſubuenit.x.pars ē li.ij.℞.myrrhe ariſto.rotūde gen
tiane baccarum lauri excorticatarum.aā.ʒ.i.⁊.℈.ij.minˀ grano.
rij.fenugreci nigelle ʒedoarie.aā.ʒ.j.℈.ij.⁊gra.viij.dypta
mi camedrei piga.ʒ.j.⁊.℈.vij.⁊ gr.ij.gūmi hedere calcāti
vſti.aā.ʒ.j.oſſis de corde cerui mumie aā pharmaci.aā.ʒ.
j.cornu cerui vſti.ʒ.iij.mel q̄ ſufficit:datˀ i modū auellane.

Trifera maior: ideſt iuuenilis iuuenem hominē red
dit:ſaracenica:quia a ſaracenis inuēta:datur ppriē
ictericis epaticis ⁊ patientibus dolorem capitis ex fumoſi
tate colere rubee:datur contra duplicem tertianam:et re=
ſtaurat viſum amiſſum ex calore:et colorem perditum ad
priſtinum reuocat:datur mane cū tepida.viij.pars.li.j.℞.
ʒuccari.℥.iiij.myrabolanorū citrinorum corticum medulle
caſiefiſtule ⁊ tamarindorum.aā.℥.j.⁊.ß.chebulorum mun
datorū manne:aā.ʒ.vj.℈.ij.⁊ gra.v.indi violarum recentiū
poſſunt inueniri.aā.℥.ß.ani.maratri.aā.ʒ.ij.⁊ gra.xv.ma=
ſti.macis.aā.ʒ.j.et gran.vij.et.ß.bellirici emblici.aā.℥.ß.
et gra.iiij.Conficitur ſic in duabus lib.aque ponantur.℥.
iij.vio.recentiū ſi poterūt inueniri ſi nō ſiccarū ⁊ bulliāt do
nec deueniat aqua ad purpureum colorē ⁊ viole ſint remiſ=
ſe:poſtea leuiter expreſſum coletur de colatura illa ps acci
piatur ⁊ caſſefi.et tamarindorū:⁊ p caciā abluantˀ ⁊ colentˀ
per eadem in alia aqua lib.j.⁊.℥.viij.ʒucchari immittantˀ ⁊
ſuper ignem ponantur.Et ad ſpiſſitudinem bulliat:⁊ cum
inceperit inſpiſſari addatur colatura caſiefiſtule ⁊ tamarin
dorū:poſtea manna cū volueris ſcire vtrum ſit coctum po=
natur gutta ſup marmor:et ſi quaſi mel colligitˀ coctū erit:
tunc ab igne deponatur ⁊ cum infrigidatum erit puluis in
pradictarum ſpecierum apponatur ſemper cum ſpatula
agitando donec incorporetur ad vltimum ſupradictū ʒuc=

carum bene pulverizatum mitte: datur in modū caſtanee: ſi ſit diſtemperantia caloris cum frigida ſi ſit exabundantia frigidi humoris cum calida.

Trifera magna dicitur quia magnam vtilitatem & fructum mulieribus confert: datur contra dolorē ſtomachi virorum & mulierum cū aqua in qua cocta ſint ſemina feniculi aniſi et maſticis datur contra vitiū matricis ex frigiditate ſi diſtemperata bibatur cū vino in quo cocta ſit arthemiſia: prouocat etiam mēſtrua ſi fiat cum arthemiſia bene trita: & oleo muſcelino commixta peſſarium ex bombace factum ſi fuerit ex ea inunctum & in vuluam mulieris immiſſum menſtrua prouocat mulieri nō concipienti: ſi detur cū vino in quo cocta ſit mandragora vel ſambucus miro modo: prodeſt pueris qui non poſſunt dormire: & in nocte nimis garriūt. diſtemperata cum lacte mulieris in modum ciceris & bibita prodeſt. viij. pars. lib. j. ℞. opij. ʒ. ij. cynamomi gar. galange ſpice zedoarie zinzib. coſti ſtoracis calamenti calami aromatici iris paucedani acori mandragore celtice roſe piperis aniſi apij petroſelini macedonici dauci iuſquiami feniculi ozimi cymini. añ. ʒ. j. mellis quod ſufficit. datur in modum caſtanee vt ſupra diximus.

Trionſilon dicitur a viridibꝰ folijs rute que in eo ponuntur: valet proprie quartanarijs: & vere quotidiane in hyeme et vere poſt prandium in ſero cum vino. iiij. pars eſt lib. j. Recipe piperis albi quod inter nigrum inuenitur. ℥. ß. piperis nigri. ʒ. ij. cymini aſſi. ʒ. ß. zinzibe. nitri piretri: añ. ʒ. ij. piperis lon. ʒ. ß. petroſelini ame. dau. aniſi elenij ſpice cyperi apij ſiſelei coſti. añ. ʒ. me. gariofi. ʒ. j. et gran. vij. et. ß. dactylorum mundatorum numero. xij. foliorum rute viridis. ℥. j. et. ß. mel quod ſufficit. datur vt ſupra diximus.

Triaſandali dicitur a tribꝰ generibꝰ ſandaloꝝ que ibi intrāt datur ꝓprie cōtra calorē epatis & ſtomachi priſcis ictericis medietas eſt li. ij. ℞. ſandali albi & rubei & citri. roſa. zucca. añ. ſolidos duos. reubar. ſpodij ſucci liquiritie ſeminis portulace. añ. ſolidū vnū & medium amili gūmi arab. dragagāti ſeminis melonis citrul. cucu. & cucurbi. ſeminis ſcariole: añ ſolidum. j. camphore. ℈. j. & ß.

alij quadruplicant pondus ro. qđ ſufficit: datur mane ⁊ meridie in modum caſtanee cum frigida.

heodoricon hyperiſton. theodoricon dicitur: a deo da-
t tū. hyperiſton ideſt bene expertum interpretatur fa-
cit enim contra emigraneum dolorem et vertiginem capitis: et contra fluxum flegmatis quod in faucib⁹ ⁊ gutture decurrit: vnde fit homo q̄n̄q; ſine voce: valet etiā ſpleneticis ſine febre colorē bonū facit ſi ſimplex det̄: ſed ſi purgationē facere volueris adhibeas. ℈. ij. ſcamonee et forti⁹ operabitur: duodecima pars eſt lib. ij. ℞. aloes epatici. ʒ. iij. ⁊ gra. iij. ⁊ tertiā partem vnius grani cynamomi camedrei acori. ana. ʒ. iiij. croci caſſie lignee reupon. an̄. ʒ. ij. ⁊ gra. xvj. agarici. ʒ. ij. ⁊. ß. nardi coſti maſti. aſari ſilſ̄ij ſquille aſſe armoniaci bdellij ellebori nigri ypericon epithymi polipo. braſſice ſucci piperis al. ⁊ lon. an̄. ʒ. j. ⁊. ß. ſq̄nāti zinzi. ſmyrne myrabo. colloquin. ſerapini oppopo. caſto. abſinthij. ariſto. lōge petro. gētiane amomi. ana. ℈. ij. dyagridij piperis nigri: an̄. ℈. j. mel qđ ſufficit: dat̄ mane ⁊ ſero cum vino calido. ʒ. iij.

heodoricon anacardinū ab anacardis dicitur qui ibi
t reperiuntur datū mirabiliter memoriam reparat ver-
tiginem capitis: ⁊ maxime a poſteriori parte aufert: flegma quod ibi eſt purgat cauſis matricis: mirabiliter cōfert ſi eam purgare volueris. octaua pars cōfecta eſt lib. ij. ℞. aloes epatici. ℥. j. ⁊. ß. yrei caſſe. an̄. ʒ. vij. minus gra. xvj. zinzibe. anacar. carpobal. ana. ʒ. iiij. ⁊. ß. folij ſpice myrabo. corticis meu. epithy. an̄. dra. iij. ⁊. ℈. j. gariofi. reupon. maſticis ſquinanti. an̄. ʒ. j. ⁊ gra. iij. ⁊. ß. mel qđ ſufficit ɔficit̄ ſic. Accipe corticis radicis feniculi bene triti ⁊ abluti. li. j. ⁊ pone in. ij. libris aceti. Et ſtet ibi. per. vij. dies ⁊ poſtea tere ipſas radices ⁊ in eodem aceto coque vſq; ad tertiā partē. Et cū omni diligentia cola per pannum ⁊ pone in duabus lib. mellis diſpumati ⁊ bulliat vſq; ad aceti conſumptionē cum tali melle cōfice. Supradicte aūt radices colligantur in maio vel iulio quia ante hoc tēpus humide ſunt ⁊ poſt hoc ſicce ſunt: doſis eſt. ʒ. j. vel. ij. cū mulſa valet.

Rociſci dyarodon. i. rotunda cōfectio trociſci iſti i dya
t margaricon intrant et in dyarodon: quinta pars

eſt.ʒ.x.⁊ gra.xij.℞.croci.℈.ij.et grana.vij.camphore gra. xij.roſarũ viridiũ.ʒ.iiij.ſpodij.ʒ.ij.ſandali rub.ʒ.j.⁊.ß. gra. vij.ſandali albi.ʒ.j.gra.xij.Cõficitur ſic in marmorea pila recentes roſe ſine intermiſſione terantur:deinde ceterarũ ſubtiliſſimus puluis ſpērũ ſupponatur:et cum ſufficiēti ro doſtomate conficiatur ad vltimum adhibeatur camphora deinde trociſci iformenť ⁊ ad vmbrã exiccenť ⁊ vſui reſeruēť

Trociſci diani dicuntur a violis albis tertia pars ē.vj. ʒ.⁊.ß.℞.foliorum violarum albaruʒ viridium.ʒ.v.ſe. plantaginis.ʒ.j.amili.ʒ.iij.ſe.papaueris al.ʒ.ij.⁊.℈.j. balſami.℈.j.reubar.℈.j. rodoſtomatis qđ ſufficit ad modum precedentium trociſcorum.

Trociſci idiocri qui in rubea ⁊ ſotira intrãt.vj.pars eſt. ʒ.vj.℞.amomi.ʒ.j.cynamomi croci folij myrrhe caſie: ana.ʒ.ß.ſpice.℈.j.opobalſami coſti ſqnãti calami aromatici xilobal.aſari.fu.añ.gr.xv.maſticis maratri.añ.gra. x.tamariſci gr.v.vini aſcalonis quod ſufficit hec omnia tere ⁊ cũ vino illo trociſcos informa ⁊ cũ fumo ſtoracis ſicca.

Trociſci croci magnetis intrant in rubeã:⁊ ſotiram.℞. croci.ʒ.j.roſarũ ameos myrrhe.añ.ʒ.j.⁊.ß.xiloaloes. ℈.ij.iformentur cũ aqua roſata

Trociſci ſquilliticí ſic fiunt:ſquillã integrã diuide et inuolue in paſta fermētata ⁊ in furno coque ⁊. abſtracta de maſſa ⁊ electis corticibus eius mediũ tere in mortario ⁊ tantũdem farine orobi adde ⁊ inde trociſcos in forma: ⁊ cũ vino aut melle tēpera ⁊ in vmbra ſicca ⁊ ſi deeſt orobũ tãtũdē panis aſſi ſubtiliſſime triti pone exinde trociſcos i forma ⁊ in loco vmbroſo ſicca.

Trociſci diacoralli.℞.coralli rub.cyna.myrrhe amomi papa.añ.ʒ.iiij.ſquinanti croci.añ.ʒ.ij.calami aro.xilobal.caſieligne̕e folij maſticis polij fu.aſari pedis columbini.ana.ʒ.j.de his oībus facto puluere cum vino tempera: et trociſcos penſantes ſolidos ſingulos informa et in vmbra ſicca.

Trociſci ꝺ aniſo valētes paratis ad hydropiſiʒ.℞.aniſi eupatorij añ.ʒ.iij.apij abſinthij maſticis aneti aſari. ſpice amigda.amararũ.añ.ʒ.j.aloes epatici.ʒ.iiij.⁊.ß. informa trociſcos ad pondus.ʒ.j.

TRociſci de tyro qui in magna tyriaca Gal. recipiũtur
ſic fiũt. Inuenias tyros in longitudine vni⁹ palmi exi
ſtẽtes. oculos habẽtes rubeos ⁊ linguã mobilem: ⁊ cornua
in modũ grani frumẽti: caput ⁊ caudã tribus digitis mẽſu
ratis abſcinde: mediũ ꝙ remanet excoria ⁊ inteſtinis proie
ctis optime dulcia q̃ laua: ⁊ ſic coq̃ dõec ſpine a carnib⁹ ſepa
rẽtur: poſtea ſpinis ꝓiectis carnẽ in marmoreo mortario ſa
tis tere ⁊ cõmixta eiuſdem ponderis farina orobi vel panis
aſſi cum iure ſuo tempera et fac inde trociſcos penſantes
ſingulos ſolidos: ⁊ in vmbra ſicca.

VOmitus noſter dicitur a vomendo eo ꝙ frigidos ⁊ cali
dos purgat humores. noſter quia a nobis cõpoſit⁹ eſt
purgat proprie colerã rubeam ⁊ flegma. datur quotidiane
vere ⁊ tertiane nothe in modum caſtanee cuꝫ calida. detur
etiam delicatis hominibus cum ſyrupo acetoſo diſtempe-
rato ⁊ per noctẽ ſub diuo ponatur. in mane iteruꝫ cũ aqua
calida diſtemperetur ⁊ coletur ꝑ pannũ vt tota ſubſtãtia re
maneat. ſedat veram tertianã: debilitatẽ ⁊ nauſeaꝫ a ſuper
fluis ⁊ acutis humoribus factã aufert. ℞. tapſie panormi-
tane vel aragonẽſis collecte in mẽſe maij ſiue iulij. ℥. iij. cro
ci africani. ℥. j. ⁊. ß. nucis vomice. ℥. ß. aſari. ℥. j. mellis aſarini
ꝙ ſufficit. ꝙ ſic fit i duabus li. mellis diſpumati adde. ℥. iiij.
ſucci aſari ⁊ bulliat ad ſucci cõſumptionẽ. ⁊ ſi ſuccũ habere
non volueris pone tapſie aſari añ. ℥. ij. ⁊. ß. ⁊ dimidiã cata-
puciarũ ⁊ totum depone in aqua marina et bulliat vſq; ad
medietatẽ ⁊ aq̃ ponatur in li. ij. mellis diſpumati ⁊ coq̃ vſq;
ad aque ꝯſumptionẽ ⁊ cũ tali melle ꝯfice: detur mane in mo
dũ caſtanee cũ tepida vel oxizaccara duris hominibus cũ
tota ſubſtãtia. debilibus colatura tantum.

VOmit⁹ patriarche. ℞. tapſie lib. j. croci africani. ℥. iiij.
cynamomi aſari añ. ℥. ij. cataputie. ℥. ij. mel ꝙ ſufficit:
detur cum tepida ante acceſſionem.

VOmitus valẽs tertianarijs ⁊ quartanarijs. ſꝫ maxime
ꝯpetit quotidianarijs. ℞. tapſie. ℥. iiij. aſari baccare. ℥.
j. cinamo. ℥. j. croci hortulani. ℥. j. ſe. atriplicis. ℥. ß. mellis ꝙ
ſufficit. detur in modum caſtanee cum calida.

VNguentuꝫ marciaton magnũ a martiano peritiſſimo
medico dicitur a quo fuit inuentũ ꝙ facit ad dolorem

et frigiditatem capitis et pectoris ⁊ ſtomachi ⁊ ad ſcliroſiſ
ſplenis et epatis: et ad illi dolorem ad ſolem vel ad ignẽ
inunctum ſtatim ſubuenit paralyticis ſciaticis nefreticis
podagricis prodeſt: tumores reprimit: durities remollit
ſpaſmaticis ⁊ tepice febricitantibus valet et contra omnes
dolores ex frigiditate medetur potenter. iiij. pars eſt lib.
viij. ℞.cere al.li.ij.olei li.viij.roriſmarini foliorũ lauri.ana.
ʒ.viij.rute.ʒ.vij.tamariſci.ʒ.vij.eſbrij ſanine balſamite lili
ſagi ozimi polij calamenti arthemiſie enule betonice bran
ce vrſine ſpargule herbe venti pimpinelle arimonie abſin-
thij herbe paralyſis herbe ſancte marie cimarum ſam-
buci craſſule millefolij ſemperuiue camedrei centau-
ree fragarie quinq; folij herbe tetrait.ana.ʒ.iiij.et.ß.eui
ſci radicis cimini myrte.ana.ʒ.iiij.fenugreci.ʒ.j.et.ß.bu-
tyri.ʒ.j.⁊.ʒ.ij.vrtice vio.papaueris nigri mente ſaracenice
et alie mente politrici lapaceoli carduncelli matriſſilue ma
turelle herbe muſcate alleluya.ligue ceruine criſpulei cam
phore ſtora.medulle ceruine añ.ʒ.ß.adipis vrſini gallina-
cei maſticis ana.ʒ.j.thuris.ʒ.ß.olei nardini.ʒ.ij.herbe col
ligantur in medietate menſis maij vno die oẽs herbe iſte
colligant̃ vel duob⁹ ſi põt ab hora tertia vſq; ad meridiem.
Conficitur ſic: herbas tritas diebus.vij.in optimo et odori
fero vino infunde octauo vero die ad lentum ignem ponã-
tur et cum vinum aliquantulum inceperit conſumi adda-
tur ſupradictum oleum ⁊ bulliant donec incipiant diminui
deinde ſtudioſe colentur et proprietas herbis iterũ ſuper
ignem ponantur: et cum inceperit bullire pone ſtoracem:
⁊ cum modicum bullierit pone butyrum et aſſungiam ali-
quantulum contuſam ⁊ oleum nardinum maſticẽ ⁊ oliba-
num: ⁊ poſtea ceram et cum cera liquefacta fuerit ſemper
cum ſpatula agitando ab igne deponatur ⁊ cũ coagulatũ
fuerit in vaſe referua.

Vnguentum aragon: aragon.i. adiutoriũ.valet ad do
lorẽ ex frigiditate viri ⁊ mulieris tali modo inunctũ
in teſta oui primum calefac ad ignem: deinde ſuperiungat
et poſtea teſta calida ſuperponatur loco patienti.valet ad
ſpaſmũ ⁊ thetanũ ⁊ ad dolorem ilij ⁊ renũ tali ordine: vt ſu-
pra diximus.arteticis ⁊ ſciaticis multũ ꝓdeſt quartanarijs

ſi ſpina inungatur ante horam acceſſionis:vt dictuȝ eſt mi rifice prodeſt quarta pars eſt lib.vj.℞.roriſmarini maio rane radicis iari ſerpilli rute radicis ſiccid.an.ʒ.iiij.et.ß. folioꝝ lauri ſaluie ſauie an.ʒ.iij.policarie maio.⁊ minoris an.ʒ.ix.brionie.ʒ.iij.laureole.ʒ.ix.nepite foliorum ſiccidis an.li.ß.maſticis olibani an.ʒ.vij.piretri euforbij ȝinȝib.pi peris an.ʒ.j.olei muſcellini.ʒ.ß.petrolei.ʒ.j.adipis vrſini olei laurini an.ʒ.iij.butyri.ʒ.iiij.olei communis lib.v.cere lib.j.et.ʒ.iij.herbe et radices hora ſupradicta colligantur herbe vno vel duobus diebus vt dictum eſt ſuperius forti ter contuſe ponantur in oleo per.viij.dies.octauo autē die ſuper ignem ponantur et coquantur donec herbe deſtruā tur:poſtea per ſaccum fortiter colentur ⁊ iteruȝ ſuper ignē ponantur et cum bullire inceperint addatur oleum lau rinum butyrum adeps vrſinus et cera qua liquefacta ad de petroleum et muſcellinum poſtea maſticem ⁊ olibanuȝ ȝinȝiber.piper et piretrum euforbium.⁊ tūc ab igne depo natur et recordatur.

Vnguentuȝ agrippa quo agrippa rex iudeoꝝ vtebat̄ qd̄ tante dignitatis erat ꝙ nemini diſcipulorum tra dere volebat.valet hydropicis ⁊ omnibus tumorib⁹ i qua cūqȝ parte corporis fuerint ⁊ ad neruos indignatos vrinā prouocat:inunctum ſuper ventrem laxat:⁊ dolori renuȝ ex frigida cauſa optime facit.iiij.pars eſt li.v.℞. brionie li.ij. radicis ebuli tribuli marini an.ʒ.ij.radicis ſuccid.li.j.ſquil le.ʒ.vj.yreos.ʒ.iij.radicis filicis.ʒ.ij.omnes radices ter vl' quater bene abluantur ⁊ in pilo marmoreo teranī.et.iiij. lib.olei lentiſci vel cōmunis ponātur ꝑ duos dies.ſed ſi per vj.vel per.vij.dimittatur plus valet:qꝛ calorem et odorem ſibi ⁊ efficaciā vendicat:tertio vero velut dictū eſt ad igneȝ ponatur ⁊ tandiu bulliat donec incipiat dimitti:deinde po natur in ſacco et exprimendo coletur ⁊ cum colatum fuerit ſuper ignem ponatur ⁊ cuȝ bullire inceperit ponantur.ʒ. xv.cere albiſſime ⁊ liquefacta cera ab igne deponatur:⁊ cū infrigidatum fuerit collige ⁊ ſerua.

Vnguentū dialtea malauſticuȝ ⁊ calauſticū.dialtea a radice euiſci dicitur malauſticon.i. mollificatiuū:ca lauſticon.i.calefactoriū:medietas eſt lib.iiij.℞.radi.euiſci

li.ij.ſeminis lini ⁊ fenugr.añ.li.j.ſquille li.ß.olei.lib.iiij.ce re li.j.terebẽtine gummi hedere galbani añ.℥.ij.colopho nie reſine añ.lib.ß.nota ꝙ ſi iſta ponantur.ſ.actis et ſi cla minis valet ad conſolidationẽ vulnerũ:et quidam addunt buryrum:oẽs herbe ⁊ radices bñ abluãtur ⁊ terãtur ſitr li ni ſe.⁊ fenugreci ⁊ ſquilla:et cũ bñ trita fuerint ponãtur in vij.li.aque p.iij.dies quarto aũt die ponãtur ſup ignem ⁊ bulliant donec inſpiſſati fuerint:deĩde paulatĩ in ſacco po natur ⁊ cũ exprimere volueris addat aliqñtulũ feruẽtis aque ad abſtractionẽ illiꝰ ſucci viſcoſi de ſucco iſto accipiã tur li.ij.⁊ ponãtur in.iiij.li.olei ⁊ bulliant ad ſucci conſum ptionẽ ꝙ erit cũ nihil ſucci ſupnatauerit:poſtea addat li.j.ci cere ⁊ cum liquefacta fuerit addatur terebẽtina:poſtea gũ mi hedere contuſi galbani et ad vltimũ ponat puluis colo phonie reſine:⁊ cum coctum fuerit:quod erit tũc cum gut ta poſita ſuper marmor inſpiſſabitur deponat ab igne:et cũ coctũ fuerit ⁊ infrigidatũ diligẽter repone:valet ꝓprie ad dolorẽ pectoris ex frigiditate ⁊ pleureſi pꝰ in teſta oui calefactũ ad ignẽ ⁊ ſup pectus inunctũ ſanat oĩa loca infri gidata ⁊ deſiccata calefacit mollificat ⁊ humectat.

Unguentum citrinũ.Citrinũ dicitur quia in pomo ci trino decoquitur:pulchram reddit faciem lentigines de facie tollit:nigredinem a ſole inductam deſtruit et pu ſtulas in quacunꝙ parte corporis ortas ſalſi flegmatis mi rabiliter deſtruit et aufert cicatricem in corpore ſubtiliat: leproſi faciem ſi ex eo vnguatur multum emundat:rubori oculorũ pruritui ⁊ pallori ⁊ eriſipile valet:medietas eſt li. ij. ℞.borac.ʒ.ij.camphore.ʒ.j.corallii albi.℥.ß.amenti dul cis.℥.j.vmbilici marini draga.albi amidi cryſtalli antalli dẽtali olibani al.nitri añ.ʒ.iij.marmoris al.ʒ.ij.gerſe ſerpẽ tarie.℥.j.ceruſe cõis.℥.vj.hoc modo fit.Tere drag.⁊ ombi licos marinos ĩ mortario marmoreo cũ piſtello ferreo inſi mul cetera ſigillatim in eodem mortario terãtur ⁊ cũ pan no ſubtili albo cribrẽtur ⁊ cũ aſſungia porcina nouella al biſſima li.j.⁊.ß.ſepi pecorini vł caprini.℥.j.⁊.ß.aſſungie gal linacee.℥.j.Cõfice ſic caldariũ plenũ aq ſup ignem bulliat ⁊ cacabus cũ aſſũgijs in caldario pẽdeat in ipſa aqua ⁊ de ipſo calore aque liqueſiant aſſũgie ⁊ liquefacte p ſubtilem

pannum ⁊ album colentur in catinum ⁊ mox totus puluis apponatur preter camphoram et boracem cū ſpatula ſemper agitando vt oium bona fiat incorporatio hoc facto in vno citro cauato vel duobus mittatur ⁊ ponatur cum ſpatula ſemper agitando bulliant ⁊ cum incipit bullire iterū in caldario ponat̄ ⁊ cū ſpatula ſemꝑ agitādo puluis cāphore ⁊ bora. donec icipiat frigere agitet̄ ſemꝑ ⁊ cū in frigidatum fuerit recondatur. Et nota ꝙ in lib. j. pulueris debēt poni. viij. lib. aſſungie.

Unguentū aureū valet contra oēs guttas acutas frigidas ⁊ maxime contra lapidem in renibus ⁊ hydropicis. ℞. radicis euiſci fu. mu. an̄. li. ß. vtriuſqꝫ ariſtologie cleñij yſopi pulegij arthemiſſe pentafilon rute foliorū lauri acori herbe venti roriſmarini matriſilue ſaxifragie ciperi camedrei ſparagi bruſci feniculi aniſi an̄. lib. j. apij yreos leuiſtici granorū ſolis petroſileris amomi cardamomi aneti baccarum lauri iuniperi lapidis lincis an̄. lib. ß. baſilice ſe. vitice ſe. citri ſinapis euforbij an̄. ℥. iiij. adipis vrſi: ⁊ vulpine olei laurini petrolei. an̄. ℥. iij. ſquinanti coſti piretri thuris maſticis myrrhe. an̄. ℥. ij. miſcelei. ℥. j. olei et cere qd̄ ſufficit herbe colligantur in menſe maij. et contrite mittantur in oleo vel vino albo in quo ſint. xx. diebꝯ: poſtea addat̄ oleū qd̄ ſufficit ⁊ bulliant donec herbe incipiāt diminui et colent̄ ꝑ ſaccū ⁊ ponant̄ ibidē cere lib. xij. bulliant vſqꝫ cera ſit bn̄ cōmixta deide ſupponant̄ pinguedines bene diſſolute ⁊ colate ⁊ ꝑmittanttur parum bullire poſt ſuperfundat̄ oleum laurinum: ⁊ depoſito ab igne ſuperinducantur alia olea tertio pulueres coſti piretri ſquinanti etiam quarto olibani quinto myrrhe et hoc per interualum fiat: poſtea cera et depoſito ab igne ponatur euforbiū vltimo vero ponatur petroleum.

Unguentum album ad ſalſum flegma ⁊ totum cōfectū eſt lib. j. ℞. ceruſe. ℥. j. litargiri. ℥. j. olibani. ʒ. iij. maſticis. ʒ. ij. vnaqueqꝫ ſpecies per ſe teratur hoc modo: puluis ceruſe cū pauco oleo diſtemperetur: ⁊ poſtea addat̄ lytargirū: deinde maſtix ⁊ olibanum cū piſtello bene ſemꝑ agitādo paulatim aqua ro. ponatur ⁊ cū ceperit iſpiſſari addatur oleū ⁊ aqua ro. ⁊ tādiu ducatur donec ſit bene incor

poratum ⁊ recōdatur ⁊ nō ſit ſpiſſum multū neqȝ tenue.

Unguentū fuſcum.i.nigrum valet ad omne vulnꝰ:nam ſuper vulnus poſitum attrahit ⁊ attrahendo mūdifi-cat:deinde ſanat medietas eſt lib.iij.℞.olei lib.ſ.er.ſ.ce-re.ℨ.iij.colopho.ℨ.ij.gūmi ſerapi.picis naualis colate aā.ℨ.iij.maſti. galbani terebē.aā.ℨ.ſ.Confice ſic:oleum in ol-la:ſuper ignē mittatur ⁊ bulliat.tūc ponat cera:deinde co-lophonia qua liquefacta ponat pix naualis:poſtea gūmi ſerapini ⁊ terebentine:ita tū vt oia terātur priꝰ preter picē naualem terebentinā puluis maſticis ⁊ olibani ⁊ cū ſpatu-la agitando ſemper donec omnia liqueſiant ⁊ bene coctū ſit:deinde cum frigidatū fuerit vſui reſeruetur.

Unguentū populeon dicit quia fit de oculis populi va-let contra calorem acute febris:⁊ his qui:dormire ne-queunt inunctis tem poribus et pulſibꝰ et plantis manuū ⁊ pedum hoc idem cum oleo ro.vel vio.⁊ mixtis ſuper epar inunctū mirabiliter calorē tollit et ſudorē ꝓuocat inunctū ſuper vmbilicū:medietas ē lib.ij.℞.oculoꝝ.populi lib.ſ.⁊ ſ.papaue.ni.foliorū mādragore cimarū rubi tenerrimaꝝ folioꝝ iuſquia.ſola.vermicularis lactuce ſempuiue barda ne viole ſcatum celi.i.vmblici veneris.aā.ℨ.iij.aſſungie no uelle porcie ſine ſale lib.ij.oculoꝝ populi p ſe bene piſtent ⁊ iterum cum aſſungia piſtentur ⁊ magdaleones informē-tur per duos dies dimittantur.tetio vero die oēs herbe ſu-pradicte colligantur.et per ſe bene terantur et cum mag-daleonibus iterū terantur et miſceantur:et formatis mag daleonibus per.ix.dies reſeruentur:poſtea vero magda-leones illi fruſtatim in caldario cum lib. vna odoriferi et optimi vini ponantur et bulliant vſqȝ ad conſumptionem vini cum ſpatula ſemper agitando et poſtea per ſaccuȝ ex preſſuȝ bū cola ⁊ colatū dimitte infrigidari et in vaſe recū.

Unguētum ad mollificandum ſplenem.℞.fenugreci ſe mi.lini caricaruȝ tamariſci farine ordei aceti olei ⁊ ce re albe:omnia iſta tribus diebꝰ ſtent ad mollificandū:poſt ea coquantur vſqȝ ad conſumptionem aceti:⁊ poſtea colē-tur ⁊ reſeruentur:et ex eis fiat vnguentum.

Unguentū laxatiuū dicitur quia ventrē laxat.cū autē volueris inūgerē poſt vnctioneȝ abſtineat ſex horis:

valet etiã conſtipatis ⁊ lapidoſis nefreticis ſuper pectinez ⁊ vẽtrem inunctum: medietas eſt lib. iij. ℞. ſucci cucurbite agreſtis ſucci iterioris ſquille ſucci ciclaminis ſucci radic. anabule ſucci radi. ebuli ſucci mediani corticis ſambuci lactis tithymalli camomille: añ. ℥. ij. vio. ſucci rad. cucumeris agreſtis ⁊ ſucci pomi eiuſdem et ſucci mercurialis et ſucci. radi. polipodij ſucci herbe laureole. ſuc. capil, ve. catapucie fellis tauri alo. epat. añ. ℥. ij. diagridij. añ. ℥. j. ß. nu. vomice. i. caſtaneole idice. ℥. j. euforbij. ℥. j. oẽs ſupradicte herbe et radices in menſe madij colligantur. Conficitur ſic ſuccos ⁊ cataputias tritas cum. iij. lib. olei ſex diebus immiſce. vij. vero die tandiu coque donec ſuccorum quantitas conſumetur: tunc adde cere albe lib. j. cum felle taurino et cum ſpatula agitando donec cera et fel liquefiant: et poſtea addatur puluis terendorum.

Unguentum contra ſerpiginem ⁊ impetiginem atq; elephantiã. ℞. ſulphuris aloes litar. arſenici auripigmẽti vini tartari maſti. oliba. cimini picule aſſungie veteris q̃ ſunt terenda tere ⁊ tẽpera cũ aceto ⁊ oleo ⁊ ſucco lapaceoli ⁊ et ſucco fumiterre ꝙ ſufficit: et poſtea inungatur ad ſolem vel ad ignem.

Hieralogodion memphitum: hiera. i. ſacra. logos. i. ſermo: memphitum. i. impeditio: curat enim impeditam locutionem ex quacunq; cauſa. ſimplex vel laxatiuũ datum purgat melancoliam: et flegma mirabiliter cum calida. datur epilenticis cum calido ſale ⁊ mulſa curat ſtomatichos ⁊ ſpumantes caducos vertiginoſos et qui linguaz ſibi moꝛdent: cephalargicis emigranicis: ⁊ q̃ ita vexãtur ex capitis cõmotionibus vt videãtur quaſi demoniũ habere ſingulis mẽſibus vt diximus data purgatione paralyticis tremuloſis medetur pleureticis epaticis ſpleneticis ſubuenit: ⁊ mẽſtrua educit nefreticos ſciaticos ⁊ arteticos alleuiat lepras ⁊ hernias ⁊ varias maculas emendat. x. pars eſt lib. j. Re. colloqui. iterioris polipodij. añ. ʒ. ij. euforbij poli coconidij. ana. ʒ. j. et ß. ⁊ gra. vj. abſinthij myrrhe. añ. ʒ. j. ⁊ gra. xij. centauree agarici armoniaci thimiamatis folij ſpice ſquille diagridij. añ. ʒ. j. aloes comarũ thimi caſſe camedrei bdellij praſſij. añ. ℈. j. ⁊ gra. xiiij. cyna. oppopo. caſto. ariſt. lon. pi-

peris alb.𝛕 nigri 𝛕 longi croci ſerapini petroſelini.ana.ʒ.ß. ellebori al.𝛕 ni.añ.gra.vj.mel quod ſufficit:𝛕 datur mane 𝛕 ſero cum calida in modum caſtanee.

Hiera ruffini:hiera vt diximus:ruffini ab autore dicit: datur proptie ſcabioſis flegmate ſalſo elephātioſis ſer piginoſis curat vtranq́ʒ morpheam cū tepida deſtruit āti quā cephalicā 𝛕 emigraneā 𝛕 monopagiā:dolorem capitis vel ſtomachi epilēticis catalēticis 𝛕 eos qui ex fumo ſtoma chi extenebreſcunt ita vt ſubitaneū timorē viderēt:vel ex vē toſitate ſtomachi tinnitū auriū patiuntur vt in furias ver tātur deponit calchochimia ſtomachi epatis et ſplenis ele phāticis 𝛕 podagricis cōfert auxiliū 𝛕 mēſtrua educit:ſed ſi purgationē inde facere volueris.cū.℈.j.ſcamo.fiat li.ij.℞. aloes.ʒ.j.ellebori.al.𝛕 ni.añ.ʒ.ß.diagridij colloqn.iterious añ.ʒ.iij.nitri eufor.polipodij.ſalis armo.añ.ʒ.ij.𝛕 gra.xv.pi pe.came.croci agari.maſticis epithi.añ.ʒ.j.𝛕.ß.caſielig.xi lobalſami oppopona.git.añ.ʒ.ij.myrrhe gra.xv.mel quod ſufficit:datur in ſero cū calida in modū caſtance.

Hierapigra.Gal.hiera.i.ſacra.pigra.i.amara que facit ad diuerſas capitis paſſiones ſiue egritudines auriū oculorum diſtemperantiam.ſtomachum quoq́ʒ optime pur gat:cauſas epatis emendat: ſplenis durities et denſitateʒ remouet 𝛕 extenuat:renibus 𝛕 veſice pficit 𝛕 matricis diſtē perantiam emendat.x.pars eſt lib.j.℞.cynamo.ſpice croci ſqnā.aſari xilocaſie xilobalſami carpobalſami viole abſin thij epithimi agarici ro.turbith coloquin.maſtic.añ.℈.ij. aloes ad pōd⁹ oim ſpecierū mel q̄ ſufficit doſis ei⁹eſt.ʒ.iij. cū abſtinentia mane cū calida.Si vero pillulas informes: da.xv.vel.xvij.cum ſufficienti diagridio.

Hierapigra.Conſtantini dicta eſt ab autore conſtanti no q̄ eā cōpoſuit:valet ad viſum recuperādū.𝛕 retinen dum tota venit lib.j.et me.℞.mirobala.chebuli indi citri ni violaꝝ abſinthij:añ.ʒ.iiij.bellirici emblici caſiefiſtu. epi thimi agari.ſene cuſcute ſquinā.reubarbari:añ.ʒ.ij.xiloca ſie ſpice aniſi maſticis xiloaloes ſalgemme nitri:añ.ʒ.j.mel q̄ ſufficit:detur in ſero cum vino calido.

Hierapigra abbatis de curia flegma 𝛕 melancoliaʒ pur gat 𝛕 ad guttaʒ que fit de frigido 𝛕 ſicco humore vnde

membra videntur contracta:valet paralyticis datur cũ te-
pida vel vino medietas eſt.li.j.℞.agarici colloquĩ.turbith
epithi.cuſcute:añ.℈.ij.⁊ gr.v.ſquinan.carpobal.xiloaloes
xiloca ſſe croci aſari cynamo.maſti.roſe vio.abſin.reupõ.fo
lij lapidis lazu.añ.ʒ.ij.diagridij.ʒ.ſ.⁊.ß.alo.epati.ʒ.iiij.⁊.ß.
mel ꝙ ſufficit.Si vero pillulas inde facere volueris tempe-
ra cum ſucco abſin.⁊ da.ix.vel.xj.

Hiera fortiſſima Gali.facit cephalargicis ſcotomaticis epilenticis melãcolicis appopleticis paralicis maniacis alopithiacis litargicis ⁊ qui in ſomno meditanꝫ mortez ad auriũ auditus ⁊ oculorũ paſſiones fauces ⁊ arterias facit dolorem dentiũ ſedat:vocem clarã facit aſmaticos orthomicos ⁊ longinquas egritudines ſanat pleureticis hydropicis ictericis epaticis ⁊ ſpleneticis prodeſt:artericũ coli cũ ciliacũ diſſintericũ medeꝫ nefreticis ⁊ ſciaticis relevat flegmaticum quartanarios ⁊ emitriteos adiuuat.febres oẽs auertit:elephantioſos purgat venenis obſiſtit ⁊ cancroſis proficit.vitia enim mulieris emendat.℞.coloquin.ſquille agar.armoniaci ellebori ni.ſelphĩ ypericon.añ.ʒ.v.epithimi bdellij camedrei braſſce ſucci caſie:ana.ʒ.iiij.ſmyrniſſa gap.ariſto.lon.piperis albi ⁊ longi cynamomi oppoponacis caſtorei:añ.ʒ.iij.⁊.ß.petroſelini abſinthij piperis nigri: añ.ʒ.ij.aloes.ʒ.j.⁊.ß.mel quod ſufficit.Detur ex ea.ʒ.ij.vel iij.mane cum calida.

Zinziber conditum ſic fit.℞.zingozum qui habent folia ad modum cretani marini:quod ſaraceni ſecacul vocant bene radantur cũ cultello:poſtea coquantur in aqua donec dimittant ſe ſtringi manibus:poſtea abſtrahantur ab aq̃ ⁊ a lignis que ſunt interius mundentur ⁊ cũ cultello fruſtatim incidantur ⁊ in mortario marmoreo bene piſtentur ⁊ cũ manibꝰ exprimantur vt aqua inde exeat ponderentur lib.iij.et ponantur in lib.x.mel diſpu.et albiſſimi ⁊ coquãtur donec incipiant rubere:⁊ addatur lib.ß.zinzibe.fruſtatim inciſi.et dimitte bullire tandiu ꝙ adhereat digito in marmore ſuppoſito:poſtea tolle ab igne et impone puluerem iſtarum ſpecierum.℞.zinzi.ʒ.iij.galan.gar. cyna.nuſ.muſ.cardamo.añ.ʒ.ß.pinearum mundatarũ.ʒ. iij.⁊ piſtacearum.ʒ.iij.zedoarie.ʒ.j.et.ß.dactylorũ.ʒ.iiij.

ctrũ oĩbus iſtis cõdiaꝫ ſtomachũ cõfortat: ⁊ digeſtiuã virtu-
tẽ adiuuat vitio pectoris ex frigiditate valet: renes confor-
tat libidinem incitat.

Et quia ſufficienter de diſpenſatione omnium confe-
ctionũ emplaſtroꝝ atq̃ vnguentoꝝ diximus: nunc vi-
dendũ eſt de ſpeciebus ⁊ herbis ſm̃ proprium pondus: et
menſuras q̄ ad omnium ſupradictarũ tam opiataruꝫ q̃ la-
xatiuarum medicinarum ⁊ electuariorum receptioneꝫ per
tinet. Pondera igitur vel menſura que in arte medicinali
reperiuntur hec ſunt: que ſubtili ingenio ac ſtudio ſolerti
ſumma ordinauim⁹ diligentia ad opus omniuꝫ in arte me
dicinali ſtudere volentium per q̄ põderari poſſunt oẽs ſu-
pradicte res ab vno. ℈. vſq̃ ad lib. xij. vnciarũ per grana
frumẽti collecta: icipiẽdũ eſt igitur a ſcropulo. Scropulus
eſt põdus gra. xx. duo ſcropuli ſunt gra. xl. tres. ℈. ſũt gra.
lx. q̃ ſimul colecti faciunt. ʒ. j. exagiuꝫ habet gra. xc. q̃ faciũt
ʒ. j. ⁊ dimidiã. ſꝫ ex totidẽ granis ꝯſtat ſolidũ. vñ exagia ſex
vel ſolidi ſex faciũt. ʒ. j. Itẽ. ix. ʒ. faciũt. ℥. j. centũ ⁊ octo. ʒ. fa-
ciunt lib. j. Quarta pars lib. eſt mille. lxxx. gran. Item medi
cinale ſextarium vini vel olei ſeu aceti q̄ intrat in vnguen
tis ſeu medicinis eſt pondus librarum duarum ⁊ dimidie
ad receptionem oĩum medicinarum ſupradictarum ſuffi-
cit. Pondera igitur ſingularum ſpecierũ pleniter aggregã
do pondus proprium de omnibus ponderibus vniuſcuiuſ
q̃ ſpeciei collectum ordinauimus. Et quantum de qualibꝫ
ſpecie ad confectionem opiatarũ ⁊ laxatiuarũ medicinarũ
electuarioꝝ ⁊ emplaſtroꝝ trociſcorum ⁊ pillularũ ſufficiat
ꝯpetẽti ſerie demõſtrauim⁹. Et vt ſcholares medicinaꝝ põ
dere releuent. ⁊ ĩ q̃libet terra corã digniſſimis ꝑſonis põde
ra diſtinguẽdo ⁊ medicinas valeant diſpenſare cũ diſpẽſan
di habeãt copiã de numoꝝ ⁊ amicoꝝ plenitudine glorient.

¶ Explicit textus diui Joannis Meſue. cũ Antidotario Ni
colai famoſiſſimi medici Magiſtri Plateariĳ. Impſſa Lugd.
per Antoniũ du Ry. Impenſis vero honorati viri. d. Jaco
bi. q. Franciſci de Giunta: ⁊ ſocioꝝ Florentini. Anno Do
mini. M. ccccc. xxiij. die vero. xvj. Menſis Maij.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

# ¶ Summula Jacobi de parti-
# bus per alphabetum ſuper plu-
# rimis remedijs ex ipſius Me-
# ſue libris excerptis.

BIBLIOTECA NAZ. C.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

¶ Sūmula Jacobi de partibus ꝑ alphabetū ſuper plurimis remedijs ex ipſiꝰ Meſue libris excerptis.

Cum nūc tēpeſtatis hominū gaudēt itellectus ſub breui q̄dā ořone: tūc ea q̄rū noticie ſeu declaratio a pleriſqꝫ ꝯfuſa idiſtīcta iordinata fuere inuēta qđ id abhorremur hic ē ꝙ ad faciliꝰ breuiꝰ et ſubtiliſſime ſciēdū medicinaꝝ ꝯpoſitaꝝ ꝓprietates ac iuuamēta. i antidotario Johānis Meſue: ⁊ a pō nonullos Johā. Chriſoſtomꝰ appellatꝰ. Contētarū: vꝫ cui morbo mēbro ⁊ qbꝰ egritudinibꝰ ꝯueniāt. Preſens opuſculū ſub mō reptorij editū a viro ſolēni medicine artis famatiſſimo magiſtro Jacobo de partibꝰ tornacenſis eccleſie treſorario et canonico ad ſtudētiū nouelloꝝ practicātiā cōmoditatē ue iſtructionē actū eſt. Ad eiꝰ enucleationē notare debes ꝙ ꝓcedēdi modꝰ i pñti opuſculo ē: qui ſꝫ lr̃as aphabeti luciditſſime ꝓgredit̃. Vñ ſi ſcire deſideras apoſtematum curas aut remedia aut auriū dolores vel appoplexie curas ⁊c. Repies i lr̃a. A. Si ṽo de capitis doloribꝰ cutis. aut colice ⁊ ſic de ſilibus curis vſqꝫ ad finem alphabeti. Quod opus non inutile a viris haud clariſſimis videbit̃ minime

¶ Sequitur primo de littera. A.

Apoſtemati gutturis ⁊ vulue ⁊ ad oīa gña ſuffocationū cōfec. cōfectio de moris. i. dyamorō ꝑ modū gargariſmi ad intra. cōfectio de. ſuccus nucū vel dyanucū grece dyacaridō vocatur eſt ad hoc ſublimen medicamen.

Apoſtemata dura ſtomachi et matricis molliunt yſopus humida et yſopi deſcriptione. Galieni cerotū maxime epatis ⁊ ſplenis et neruorum durities yſopi cerotū deſcriptiōe Filagrij yſopi cerotū deſcriptiōe pauli. Emplaſtrum diaqlon cōmune: emplaſtrum oribaſij. emplaſtrum de alleis. emplaſtrum relatū ad auriſtarū ⁊ oleum maſticinum.

Apoſtemata ſplenis ⁊ lapidoſitatem eius reſoluunt vnguētum arthanite parum oleum de been: et oleum philoſophorum.

Apoſtemata calida in quibus eſt inflammatio ſedat cerotū ſandalinum: ⁊ oleum violatum.

Apoſtemata diſſoluunt ⁊ maturant cerotū andromachi ⁊
emplaſtrum de fermento.

Apoſtemata ca.reſoluunt ⁊ maturant emplaſtrū dyaquilō
paruū:oleum violarum.

Apoſtemata viſcerū reſoluit emplaſtrū de alleis.

Aurium doloribus ꝯferūt oleū amigdalarū ama.oleū de gri
ſomilis oleū perſicorū ⁊ oleū de been.

Aurium tinnitui valet oleū amigdalarū ama.oleū de been.

Aurium dolori vētoſo confec.oleū nardinū.

Artifice frigide cōfec.oleū auellanarū oleū vulpinū oleū de
lapide gagatis oleū philoſophorū.

Artetice ⁊ podagre calidis cōfert oleū de ranis.

Articulorū paſſiones diuturnas diſſoluit cerotū alexādri
ſecunda deſcriptione.

Articulorū dol.confec.oleum de nucleis ceraſeorū oleū de
granis citrangulorum.

Animam dilatant et confortant electuariū de gēmis ⁊ con
fectio alchermes.

Anhelitꝰ difficultati conf.cōfectio de muſco loch de pino lo
ch de ſqlla ⁊ loch ad aſmarth loch alfeſcera.

Anhelitū confortat armaticum nardinū.

Anhelitus preſocationi confec.confectio philonij prima in
uentione.

Anhelitus conſtrictioni vꝫ dyaſulphur.

Anhelos.confec.oleum philoſophorum.

Appetitū mortuū incitāt aromaticū ros.prime deſcriptiōis
⁊ Galieni confectio de citonijs cōfectio alchanzi tro.de gal
lia magna.

Appetitū ꝓſtratū confortant electuariū de fructibꝰ condi
tū de citro ſm acetū ſquilliticum tro.de abſinthio.

Appetitū augent calidū ſtomachi ꝯfortatiuū ⁊ ꝯfectio ſecū
da myrabolani cōditi cōfortāt ⁊ prouocāt.

Appetitus caſui valēt ſyrupus de abſinthio ⁊ alharif cōdi
tū de bugloſ.

Aſmati cōfectio atanaſia magna:⁊ loch de pino:loch ad aſ
ma:ſyrupus de yſopo:ſyrupus de praſio:ſyrupus de cala
mento:pillule de agarico oleū philoſophorum.

Alchiti confec.tro.de lacca.

Aquam citrinam purgant pillule. de mesereon vnguentuz arthanita magnum.
Asperitate vz oleũ amigdalarum amararum et amigdalarum dulcium oleum de crisomillis.
Ani egritudinibus confec.oleum de ſe.lini.
Ardori vrine confec.oleum quattuor ſe.frigidoꝝ maiorū.

## Sequitur de littera C.

Canos retardãt electuariũ de aromatibꝰ ⁊ ꝯfectio alharif.
Caniciem prohibent oleũ coſtinum et de alchana.
Colorem efficiunt bonũ electuariũ de aromatibus confectio de citoniis cõfectio anacardina confectio ſcda algarif. ſyrupus de fumoterre minor ⁊ oleum de croco.
Colorem clarificat trifera Galieni.
Coloratã reddũt faciez cõfectio de mãna et oleũ coſtinum.
Coitũ excitant electuariũ de aromatibus ſecacul.conditis et confectio de zinzibere.
Coitũ multiplicãt confectio teſticulorũ vulpis trifera ſarra.magna trifera muſcata electuariũ aleſchof.
Coeundi deſiderium faciunt et augmentant confectio ſecunda teſticulorum vulpis aromaticum nardinum trifera Galieni confectio alia alharif.
Cerebri egritudinibus confec.electuariũ de gẽmis confectio de muſto tyriaca dyateſſeron.
Cerebrũ cõfortãt aromaticũ roſ.maius aromaticũ dyambra tro.galie eleſangine ⁊ pillule ſtomatice.
Cerebrũ purgãt ꝯfectio alpheſtera et pillule elephãgine.
Cerebrũ oppilatũ ſanat oximel ſquilliticum compoſitum.
Cerebri egritudines melancolicas ſoluit infuſio alia yere.
Cordis egritudinibus proſunt electuarium de gemmis et confectio de xiloaloes.
Cordis tremori confe.electuarium de gẽmis aromaticum muſcatis confectio de acetoſ.et ſyrupus de pomis.
Cordis pulſuz curant confectio alchermes.confectio de xiloaloes confectio de muſto poma condita:ſyrupus acetoſus de prunis et conditum de citro.
Aliud ꝯditũ de buglo.rob de agreſta troc.de ligno aloes.

Cor confortant.confectio electuarij de citro.aromaticum roſ.maius ⁊ minus aromaticis muſcatũ aromaticum gario filatis dyambra:pira ↄdita:poma ↄdita:pſica: citra condita: zuccharum roſ.ſyrupus de pomis conditum de citro. rob de ribes rob de citoniis.rob de piris tro.gallie muſcate.tro.ſebeline.tro.galie elephangine.tro.dyarodon.troc. de gallia magna.tro.ramich.ſuſuf.de ligno aloes.
Emplaſtrũ ſtomachum cõfortans oleum maluinũ.
Cordis debilitati confec.electuarium de pomis conditum de bugloſ.tro.de ligno aloes.
Cordis inflãmationem reprimit alxirocoſtum ſyrupus aceroſus de ſucco fructuum.
Cor calidum confortant ſyrupus de ſucco acetoſe.
Cordis ebullitionẽ mitigãt rob de ribes.rob de berberis. rob de ſumach:rob de moris de ſteni.rob de granatis.
Conualeſcẽtibus mire ſubuenit aromaticũ roſ.maius.
Corpus releuat dyacalamentũ deſcriptione Galie.⁊ ipſum in ſanitate conſeruat ne in egritudinibus incidat.trifera ſarra.magna.pillule lucis maiores et minores.
Corporis totius odorem facit bonũ :.trifera ſarra.magna.
Corpori colorem faciunt bonũ trifera ſarra.magna : acetũ ſquilliticum.tro.gallie muſcate.
Corpus totum purgat yera hermetis yeralogodion ruffi yera ex inuentione noſtra:confectio electuarij alharif.
Corpus preſeruat a putrefactione.⁊ conſeruat ipſum in ſanitate ſua acetum in ſquillitis.
Colice dolori.confec.dyaciminũ confectio philonij inuentione prima.Muſa enea oleum de carthamo : oleum de lilio:oleum de piperibus.
Cutis aſperitatem curat et eam mundificat vnguentum alfeſiricum.
Cutis coloris feditatem curant trifera muſcata:dyacucurma maior ⁊ minor:dyamorußon:oleum de been:oleũ de nucleis ceraſeorum:oleum de granis citrangulorum et eam abſtergit:oleum almeſereon.
Cutis egritudines purgat.confectio alia hamech.
Contra morbos aduſtos cutis valet ſyrupus de fumoterre maior.

Cutē mūdificāt oleū sambucinū: oleū de ſerpētib⁹: oleū de ouis: oleū de frumēto: oleū de iunipero: oleū de fraxino.
Capitis egritudines frigidas purgat: yerapigra Galieni yera hermetis yeralogodion ruffi. pillule aggregate.
Capitis ventoſitates groſſas deſuper dominātes purgat yera ex inuentione noſtra.
Capitis egritudinibus frigidis confec. aqua mellis.
Capitis dolori confec. oximel ſquilliticū cōpoſitum infuſio de yera. trociſ. de citro. oleum anetinum: laurinum: nardinum: oleum de ſanſuco. oleū de cucumere aſinino.
Caput mundificāt infuſio de yera pillule ſtomatice: pillule aggregate maiores: pillule alie ſtomatice.
Colicam humorē cauſantē: purgat yera hermetis electuarium indum maius et minus: confectio de dactil. electuarium aleſcof. dyacitoniten aqua mellis. pillule aggregate maiores ⁊ pillule fetide maiores.
Coleram nigram purgant yeralogodion Ruffi confectio hamech. decoctio epithimi.
Coleram citrinam purgat confectio de pſilio: confectio de māna pillule contra febres colericas.
Coleram ſine moleſtia purgat confectio electuarij roſati dyacitoniten: pillule de turbith: pillule de coloquintida.
Colere inflammationē extinguūt zuccha. viol. ſyrup⁹ acetoſus laxatiuus.
Coleram groſſam et difficilem incidit ⁊ abſtergit ſyrupus acetoſus cum radicibus.
Colere rubee incenſionem ſedat ſyrupus acetoſus de ſucco fructuum.
Colerā faciliter educūt ſyrupus acetoſus laxatiuus: aqua fructuum: aqua caſei: infuſio de ſuccis herbarum: cōfectio fumiterre ⁊ de croco mirabolanorum:
Colere aduſte confec. ſyrupus de fumoterre minor.
Coleram nigram ex aduſtis humoribus expellūt ſyrupus de epithimo acetū ſquilliticum et decoctio capilli veneris.
Colerā diuidit ⁊ abſtergit ſecaniabin de radicibus: ⁊ eius acuitatem ſedant trociſ. ramich.
Colere vtriuſq; ſupfluitates educunt pillule ſtomatice.
Colerā aduſtā purgant pillule de lapide lazuli. pillule de

lapide armenico.
Cancrū purgant yeralogodion:et confectiones hameth.
Cancrum curāt vnguentū dyafinicon.deſcriptiōe arabica emplaſtrum arabum:vnguentum alpheſericon:oleum de iunipero:oleum de fraxino.
Cancrū abſcindunt ſyrupus de epithimo.decoctio de epithimo.pillule inde.
Colere furorem reprimit aqua fructuum.
Cacheciam purgat confectio alkengi.
Catarrū ſubtilē qui a capite ad pectus ⁊ pulmonē defluit commouendo tuſſim ⁊ inſomnietatem inducendo curant diacodion.et ſyrupus de papauere:⁊ aliquando catarrus eſt cauſa ſuffocationis ꝑpter ſui acumen:tunc valet dianucum:⁊ pillule contra catarrum.
Corrize confec.ſyrupus conferens catarris ſyrupus de papauere.pillule ad omnes morbos cartarri.
Cibum facit digerere cōditum de citro aliud.
Combuſtioni confert vnguētum ceruſe vnguētū ſericinū.
Carnem additaꝫ putridam delet vnguentum alpheſericō.
Carnes robuſtas redit oleum de ſtincho.
Colicā paſſionē ſedat empl'ꝫ diafinicō.deſcriptiōe alexādri
Colon dolori confert oleum de Kerua.
Capillos confortat oleum coſtinum.

De littera.D.

Digerere faciunt cibum confectio dyarodon deſcriptione cōmuni aromaticum nardinum.
Digeſtionē confortāt aromaticū roſatū electuarium de pomis:yeralogodion Rufi.pillule ſtomatice pillule dyarodō.
Digeſtionē cōfortāt ſeu ꝓcurāt aromaticis roſatū maius. diaciminū diambra diatrionpipereon:Rebuli cōditi cōditum de citro.de gallia magna de citonijs trociſ.ſuſuf.de ligno aloes pillule elephangine pillule de turbith.
Digeſtionis maliciei valent conditum de bulgoſ.trociſ.de roſ.et trociſ.ad fetorem oris.
Digeſtionē faciūt bonā acetū ſquilliticū ſuſuf.aromaticis.
Debilibus mire ſubuenit aromaticū roſatum maius.
Duriciem omnem ſoluunt dialacca maior et minor.
Duricies oēs ⁊ ſiccitates mēbroꝝ leniūt oleum amigdalꝫ

rum dulcium:et oleum ſiſaminum.
Duricies oēs mollificāt yſopi cerotū emplaſtrū diaquilon cōmune ⁊ magnū emplaſtrū de alleis.
Dentium doloꝛē conf.muſa enea et oleū philoſophoꝛum.
Dentes confirmat acetum ſquilliticum.
Diſſinterie cōferunt trociſ.de abſinthio.⁊ oleum roſatum.
Doꝛſi doloꝛem purgant pillule aggregate maioꝛes:pillu- le de ſerapino:⁊ de oppoponaco.
Doꝛſi doloꝛibus confec.oleum de piperibus oleum vulpi num.oleum philoſophoꝛum.
Doloꝛes calidos:ſedat vnguentum de papaueris.
Doloꝛes frigidos ſedant.oleum de lilio et oleum maſtici- num et oleum ſinapinum.
Doloꝛes aufert cerotum andromachi.
Doloꝛibus interioꝛibus oibus confe. emplaſtrum rela- tum ad ariſtarchum.
Doloꝛes mitigant et reſoluunt oleum roſatum.et camo. aneti.⁊ de mellilo.
Doloꝛes in quibus eſt caloꝛ extinguunt oleum roſatum et de papaueris.
Demoniacis confe.oleum de lapide gagaris.

¶De littera.E.

Epatis egritudinibꝰ factis ex flegmate groſſo ⁊ vētoſitate cōfe.electuariū de aromatibꝰ electuarium de gēmis.confe ctio de xiloaloes ⁊ diacucurma magna.
Epatꝫ malitiā coꝛrigit ꝯfectio de galāga ⁊ trociſ.dianiſi.
Epatis doloꝛibꝰ ⁊ eiꝰ pūcture confe.ꝯfectio diarodō deſcri ptiōe cōi ⁊ athanaſia magna ſyrupꝰ de abſin.decoctio de eupa.tro. ⁊ pillle de reubar. pillule alkekēgi yſopi cerotū deſcriptione Galieni:deſcriptione philagrij:et deſcriptio- ne pauli.oleum de euforbio in cauſa frigida.
Epatis debilitatē coꝛrigit confectio diarodon deſcriptio- ne communi aromaticis muſcatum dialacca.maioꝛ ⁊ minoꝛ confectio alkanzi.ſyrupus de abſin.conditū de citro:aliud tro.de ligno aloes.
Epar cōfoꝛtant aromaticis nardinum electuarium de gra nis mirti:confectio de citonijs.ſyrupus de fumoterre ma ioꝛ ⁊ conditum de citro.conditū de citonijs tro. galie ele-

ſangine tro.de gallia magna ramich.pillule aggregate minores oleum coſtinum.
Epatis inflāmationē extinguūt cōfectio de acetoſa et alxis coſti triphera pſica.ſyrupus acetoſus de pomis deſcriptio ne noſtra:ſyrupus acetoſus de tereniabin:ſyrupus de por tulaca.tro.de camphora de ſpodio cum ſemine acetoſe.de berberis troc.de ſandalis:vnguētum roſ.cerotum ſanda. emplaſtrum de fermento.
Epar mundificant pillule ſtomatice ⁊ aggregate.
Epatis cacetie valet thiriaca dyateſſeron.
Epaticā hydropiſiȝ ſanat thiriaca dyateſſeron ⁊ ipſius op pilationi valet etiā athanaſia dycodion.ſyrupus de eupa torio ſecaniabin de keiſinū.tro.de roſ.⁊ eupatorio tro.de lacca.pillule alkekem ⁊ de rauedſeni.
Epatis egritudines frigidas purgat.yerapigra.confectio electuarij albariſ.
Epatis groſſiciei confectio.emplm oxibaſij aliud.
Epatis calefactioni confe.confectio de pſilio et ipſius du riciei valent yſopi cerotum deſcriptione Galieni.et aliud emplm dyaquilō cōmune emplm andromache emplm re latum ad riſtarchum ⁊ emplm de melliloto.
Epatis egritudines purgat confectio alkengi. pillule de turbith pillule ſebelliе.
Epatis debilitati ex cauſa frigida valet emplaſtrū de gal lia emplaſtrum de fermento.
Epatis debilitati ex cauſa calida valet.aliud empl aſtrum de gallia ⁊ emplaſtrum dyaſenicon.
Epatis oppilationes aperiunt ſyrupus acet oſus cum ra dicibus ſyrupus de ſumoterre minor ſecaniabin de radi cibus decoctio de eupatorio tro.de reubarba.et tro. de abſinthio.
Epatis frigiditati cōfert ſyrupus de thimo ſecaniabin de cala.et mellicratum conditum.
Epar calefac. emplaſtrum ſtoma.et cor confortans.
Epar oppilatum ab hu.aduſtis:aperit cōfe. fumiterre
Epatis apoſtemationi cōfe.tro.de reubarbaro.tro.de eu patorio emplaſtrum relatum.
Epilentie confe.confectio de muſto thiriaca dyateſſeron

confectio alfecera:ſyrupus de ſticados.acetum ſquilliticū
oximel ſquilliticum compoſiti:vnguentum de bdellio oleū
de cucumere aſinino:oleum de piperibus oleum de lapide
gagatis oleum philoſophorum.
Ethicis et conſumptis confe.confectio teſticulorum vulpis
loch ſanum tro.de camphora oleum amig.dulcium.
Eructuationi acetoſe valet confectio de galanga diacimi=
num oximel ſquillitic.ſimplex.
Eructuationi fumoſe confe.confectio de acetoſis.
Egritudinibꝰ frigidis mēbrorū nutritiōis malam digeſtio
nem facientibus:valet dyacalamentū deſcriptione Galie=
ni:cōmuni etiam facit penetrare cibum ad epar.
Egritudinibus omnibus fratris conueniunt oleum nardi
num et oleum benedictum.
Egritudines ex calida materia et colerica purgat electua=
rium roſ.
Egritudinibus melācolicis confe.decoctio epithimi.
Ebrietatem remouent cōfectio de aceto ſis.ſyrupus in ace=
toſitatis citri.ſyrupus acetoſus de prunis.
Emorroydes ſanant trifera ſarra: magna.trifera muſcata
trifera Galie.trifera minor et confectio alchelengi.
Emorroydarū dolores ſedant:oleū de griſomillis:oleum
de nucleis perſicorum.
Emorroydarum fluunt ſtringunt cōfectio electuarij ex in=
uentione noſtra.pillule de bdellio maiores et minores.
Emorroydas ſoluunt pillule aggregate maiores et earum
vlceribus valent pillule de bdellio maiores et minores.
Emorroydarum tumores ſoluunt:oleum de griſomillis et
de nucleis.
Emigraneam purgat yera hermetis.
Emigranee doloris confec.trociſ.de citro.oleum laurinum
oleū nardinū oleū de cucumere aſinino.oleū de euforbio.
Emigranee confect.oximel ſquilliticum compoſitum infu=
ſio de yera ⁊ emplaſtrum ſinapis.
Emigraneam difficilem purgant pillule alhandatur.
Epilentiam purgat yera hermetis.
Elephantiam purgat confectio aliqua hamech.
Excoriationi confec.vngnētū ſericinum.

Faſtidiū ⁊ abominationez.tollit cōfectio de aromatibus.
Frigidis natura valet diambra.
Flegma viſcoſum attenuat ⁊ ſubtiliat oleū de cherua.
Febricitātibus calid.cōfert cūfectio de acetoſis ⁊ ſyrupꝰ cu curbite: ⁊ acutis ſe.cerotū viol.
Febrium ardorem ⁊ inflationē extinguūt confectio de pru-nis et iulep.viol.
Febribus colericis cōfert rauedſeni.i. reubarbarum.
Febribꝰ antiquis et periodicis et quartane confec.cōfectio de aſſa.diaſulfur.cōfectio de dactilis ſyrupus de eupatorio ſecaniabin de radicibus ſecaniabin de calamento infuſio de yera.tro.diarodon tro.de roſ.et eupatorio.tro.de abſin thio tro.de aniſo et de lacca.
Febres acutas purgant arliſtotem et trifera perſica ⁊ pillu le que confec.ad ſe.colericas.
Febres compoſitas purgant confectio de dactilis ſyrupus acetoſus de ſuccis herbarū ⁊ decoctio eupatorij.
Febres difficiles ⁊ veniētes ad ſodā purgat ꝯfect.de pſilio.
Febribus inflammationum: confec.iuleb.viol.ſyrupus de prunis ſyrupus de granatis: ſyrupus acetoſitatis citri ſyru pus acetoſus ſyrupus de portulaca.trociſ.de cāphora.tro. de berberis et trociſ.ſandalorum.
Febribꝰ colericis cōfert ſyrupꝰ de ſucco acet.et de agreſta.
Febri peſtilētiali cōueniūt ſyrupus de ſucco acetoſis et ſy-rupus de acetoſitate citri.
Febribus oppilationū colericis ⁊ flegmaticis: quarum eſt difficilis eradicatio cōfec.ſyrupus de biſantijs.
Febriū intētionē ſedat ſyrupꝰ acetoſus cū ſucco fructuum.
Febribus colericis multi accidētis ⁊ ꝓprie que accidūt iu-uenibus in eſtate cōfec.ſyrupus acetoſus de pomis deſcri ptione noſtra.trociſ.de roſ.trociſ.de ſpodio et alij trociſ.de ſpodio cum ſe.acetoſe.
Febribus ſincopizantibus calid.confec.ſyrupus acetoſus de tereniabin.
Febribus cōpoſitis valet ſyrupus diacodiō.trociſ.de roſ.⁊ eupatorio.
Febribus quartanis et carū rigoribus vz ſyrupꝰ de timo.

Febribus flegmaticis confec.decoctio de ſticados ⁊ tro.diarodon.

Febrib⁹ in qb⁹ forma corrūpitur cōfec.tro.diarodon.

Febrib⁹ colericis antiqs cōfec.tro.de eupatorio.

Febriū rigorib⁹ valēt trociſ.de eupatorio:oleū anetinum oleū de enula.

Febres antiqs purgāt pillule aggregate maio.⁊ mino.pillule de reubarbaro pillule alkekengi alie ad illud.

Febres quaternas ſoluunt pillule inde.

Forme corruptioni ⁊ de fedationi confert triſera minor ꝯfectio rauedſeni cōfectio alkelēgi ſyrupus diacodion ſyrup⁹ de eupatorio mellicratū de bugloſſa trociſ.de roſ.trociſ.de reubarbaro.

Faciei feditatē remouet diacurcuma maior ⁊ minor ⁊ diamuroſon.

Flegma purgāt yeralogodiō ruffi ⁊ ſecaniabin ſublime ipꝫ educēte.decoctio alhaſce decoctio mirabolanoꝝ pillule de euforbio.pillule de turbith.

Flegmatis vtriuſqꝫ ſupfluitates purgāt pillule ſtomatice: pillule de ſarcocolla:pillule de ſarapino.

Flegma groſſuꝫ ⁊ difficile incidūt ⁊ abſtergūt ſyrupus acetoſus cū radicib⁹ ⁊ ſecaniabin de keiſim.

Fegma ſalſum curat ſyrupus de fumoterre maior.

Flegmaticis confert decoctio alhaſce.

Flegmaticas egritudines purgāt pillule de ſarcocolla ⁊ pillule de coloquintida.

Fiſtulas purgat yerologodion ruffi ⁊ ipſas curat vnguētū diaſenicū deſcriptiōe arabica emplaſtrū arabū:vnguētum de lino vnguētū alpheſericon ⁊ oleū de ouis ⁊ ipſis cōfe.ſyrupus de epithymo

Fiſtulas antiquas que indigent mundificatione abſtergit et mundificat a carne mortua ⁊ putrefactiōe vnguētū egyptiacum magnum:

Fluxum colericū ſiſtunt tro.ramich.oleuꝫ roſ.ſi ꝑpter medicinā accidat.

## ¶De litera.G.

Gaudiū generat confectio de xiloaloes.

Gingiue laxe et putride confert acetū ſquilliticū.

Genuū dolores purgāt pillule aggregate maiores ꝛ pillule de oppoponaco.
Genuū doloribus cōfert emplaſtrum andromachi.
Gutturis aſperitatē leniūt:oleū amigdalarū dulciū ꝛ oleū de granis ſiſami.

### De littera.h.

Humiditates groſſas et viſcoſas ſubtiliat et reſoluit diacala·deſcriptione Galieni.
Humorū lubricitatē remouet cōfectio de ſeminibus.
Humores crudos purgat cōfectio de dactilis
Humores aduſtos purgat confectio alia hamech ꝛ acetū ſquilliticum.
Humorū groſſitiē purgat et ſubtiliat vt facilius educi poſſit acetum ſquilliticū.
Humores groſſos ꝛ viſcoſos purgāt pillule aggregate maiores pillule fetide maiores ꝛ minores ꝛ iſuſio alia yere.
Humores groſſos deſcēdētes ad neruos purgāt pillule de euforbio ꝛ ipſos reſoluit emplaſtrū de alleis.
Herpeti confe.tro.de arſenico.
Heriſibile confe.vnguentū roſ.vnguentū viol et vnguentum ceruſe.

### ¶De littera.I.

Idropiſi cōfec.diacucurma magna ꝛ minor ꝛ diamoroſſon dialacca maior ꝛ minor diacoſtō diaſulphur:ſyrupus de eupatorio tro.de ligno aloes.tro.de roſ.ꝛ de reubar. emplaſtrum andromachi emplaſtrū de alliis emplaſtrū relatū ad ariſtarcū:oleū almeſereon.
Idropiſim qñ eſt in initio purgat confectio de eupatorio ꝛ pillule de reubarbaro.
Idropiſim purgant confectio de alkengi:pillule de alkengi:pillule rauedſeni:pillule ſebelie:pillule almeſereon vnguentū arthanita magnū.
Ictericis confert confectio rauedſeni trifera perſica confectio de pſilio tro.de roſ.et eupatorio tro.de reubarba.tro. de camphora oleū de cartamo.
Icteritiā citrinam purgant confectio electuarij roſ.confectio de eupatorio et eidem confe.ſyrupus de fumoterre minor,ꝛ confectio fumittere

Icteritiam ſpleneticam ſoluūt pillule inde.
Intellectū acuit illis ꝙ ſcire deſiderāt cōfectio anacardina.
Iuncturarū egritudines frigidas purgat yerapigra. yera hermetis. Electuarium indum maius et minus: confectio alkelengi pillule alandhal pillule hermodactilorū pillule de oppoponaco.
Iuncturarū egritudines calidas purgat confectio electuarij ſucci roſ.
Iūcturaꝝ doloꝛē purgāt electuariū aleſcof: pillule ſtomatice: pillule aggregate maiores pillule fetide maiores ⁊ minores pillule de ſerapino ⁊ pillule coloquintide.
Iuncturarum frigiditatibus confe. cerotum andromachi.
Iuncturas laxas confortat oleum de ſtincho.
Iūcturaꝝ egritudinibꝰ cōfe. aqua mellis ſermo in ſecania bin: oleū maſticinū oleū de ſtorace ⁊ oleū de euforbio.
Iuncturarum egritudinibus et doloribus confec. acetum ſquilliticum yſopi cerotū deſcriptione Galieni. emplaſtruꝫ andromachi oleuꝫ de been oleum lauri. oleū de keyri oleū de cucumere aſinino. oleum de granis citrangulorū oleuꝫ de piperibus.
Iuncturarum nodoſitates leniunt cerotum diapente ⁊ emplaſtrum filij zacharie.
Iuncturarum duricies lenis oleum de ſe. lini.
In iuuētute cōſeruāt cōfectio electuarij alharif. confectio alia alharif. Rebuli cōditi acetum ſquilliticum.
Impetiginē purgat cōfectiones hamech ⁊ etiā ſyrupus de fumoterre maior: vnguentū alfeſericon oleum de ſerpentibus oleum de ouis oleum de frumento.
Hypocundriorum doloribus cōfec. ſyrupus de eupatorio.
Hypocundrium ventoſitatibus confec: mellicratū conditū et decoctio alhaſce.
Inflāmatiōes extiguūt rob de prunis: rob de fructibꝰ. tro. ſandal. vnguētū roſ. vnguētū viol. ⁊ oleū mandragore.
Impingnat corpus ſuſuf. bonuꝫ ⁊ impinguat oleum amigdalarum dulcium oleum de nuce indica oleuꝫ de granis ſiſami oleum de granis papaueris.
Inteſtinorum lubricitati videlꝫ ſuſuf de granis mirthi.
Igni perſico videlicet vnguentum roſ.

Inflationes oēs maturat emplaſtrum diaquilon magnū.
Ileon dolori cōfec.oleum de kerua ⁊ oleum aſſe.

De littera.L.

Laterū dolori cōfec.ꝯfectio Philonij pſia inuētione looch de ſquilla looch de alfeſtera ſyrupus de yſopo oleum rute.
Laterum dolorem purgat electuarium aleſtof.
Lateris tumori cōfert emplaſtrū andromachi ⁊ eoꝝ tētioni cōfec.emplaſtrum relatum ad ariſtarchum.
Lapidem frangūt diaſulfur pillule aggre.maiores:oleum de piperibus ⁊ oleum de ſcorpionibus.
Lapidē non permitunt generari in vijs vrine aqua mell.⁊ ſyrupus de radicibus.
Leprā purgāt yeralogodiō ruffi⁊ cōfectiōes hamech decoctio epithymi pillule inde pillule fetide maiores ⁊ miores.
Lepram curāt ſyrupus de fumoterre ⁊ eis qui parati ſunt ad eam ſyrupus epithymi.
Lepre cōfert oleū de iunipero vnguentū alfefericon.
Lētiginibꝰ cutis ꝯfert vnguentū aliud aragit oleū de been oleū de nucleis ceraſoꝝ ⁊ de granis citrangulorum.
Lingue impedimentum ſoluit oleum de griſomilis.
Lacertos calefaciunt oleum de ſtorace ⁊ oleū coſtinum.
Letificat diambra.

De littera.M.

Matricē frigidā calefaciūt electuariū de gēmis.oleum rute ⁊ oleum de piperibus oleum lilij.
Matricis prefocationi confec.aromaticis muſcatū et oleū de lapide gagatis.
Matricis egritudinibꝰ cōueniūt dyābra ⁊ oleū nardinum.
Matricis vēroſitates remouēt trifera Galie.⁊ muſa enea.
Matricis dol.ſedāt confectio Philonij inuētione pſia muſa enea yſopi cerotum deſcriptiōe et Philagrij.⁊ Pauli emplaſtrum de granis lauri et oleum lauri oleum rute et de croco et philoſophorum oleum.
Matricis egritudies frigidas purgat yerapigra Galieni.
Matricis dol.purgant yere hermetis et pillule de ſerapino experte.
Matricis egritudinibus frigidis confe.oleum de enula.
Matricis duriciei confec.yſopi cerotum Democriti.

Melancolicis

Melencolicis egritudinibus et eis qui triſtantur ſine cau-
ſa confec.confectio de muſto.
Melancolie ſolutionem educit ſecaniabin.
Melencolicas egritudines purgant.pillule indi pillule lu
cis maiores ⁊ minores.pill.de lapide lazuli.pill.iebelie.
Membra nutritionis omnia cōfortāt aromaticis roſ.ma-
ius dyambra acetum ſquilliticum.trociſ.gallic elephangi-
ne ⁊ oleum de citonijs.
Membra nutritiua calefaciunt aromaticuꝫ garioſi.dyam-
bra ⁊ dyaciminum.
Membrorum laſſitudinem tollit trifera ſarra magna.
Membrorū frigidas humiditates ⁊ putrefactiones in eis
generatas edūcut yerapigra Galie.confec.electuarij indi
maiori ⁊ minori.
Membrum cauterizat excoriat ⁊ veſicari facit:vnguentuꝫ
de albariel.
Membra nutritionis purgat confectio alkelengi et dyaci-
toniton ⁊ ipſam confortant cerotum alexandri ⁊emplaſtrū
dyaſinicon.deſcriptione alexandri.
Membroꝝ nutritionis doloribus confec.tro.de ſpodio.
Membrorū duriciem ⁊ eoꝝ nodoſitatē curāt yſopi cerotuꝫ
deſcriptione alexandri et cerotum alexandri.
Membra neruoſa confortant oleum de ſticho oleuꝫ camo
mil.⁊ oleū mellilotí coſtinum et de alkanna.
Menſtrua prouocant dyacalamentuꝫ deſcriptione Galie.
pillule de ſerapino experte.
Menſtruorum fluxum pillule de bdellio maio.et mi.et ad
eorū exuberationē valet trifera minor.
Malomortuo tibiarū cōfec.vnguentū alphezericum.oleū
de iunipero ⁊ oleum de fraxino.
Mollificationem et lubricitatem propter indigeſtionem fa
ctam confec.confectio electuarij ex inuentione noſtra ⁊ eā
purgant pillule de ſarapino ⁊ de euforbio ⁊ eidem confec.
vnguentum ad illud et oleum de piperibus.
Morſibus venenoſis cōfec.cōfectio de aſſa et dyaſulphur.
Memoriam ⁊ ſenſum temperat confectio anacardina.
Maculis cutis cōfec.vnguentum de albariel.
Medicinam non valentibus ſumere eſt ꝓpinandū vnguē-

tum arthanite magnum.
Maniam ⁊ melancoliam purgant yeralogodion ruffi ⁊ cõfectio ſecunda hamech.
Morbos ex aduſtione ꝓhibent fieri trifera perſica pillule inde pillule fetide maiores et minores.
Morpheam difficilis eradicationis purgant pillule coloquintide et ei conferunt vnguentum de alhariel oleum de been.
Materias calidas videlicet ⁊ frigidas ſubtiles groſſas et viſcoſas ſeu adurētes digerit ſyrupus acetoſus ſimplex et facit al's medicinas in partes remotas penetrare.
Materias longi temporis diuidit ⁊ eas maturat ſecaniabin: vt patet in ſermone facto de eo.
Materias groſſas ⁊ putridas incidit et abſtergit ſecaniabin de calamento.
Materiam curſum ne fluant ad aliquam locum prohibent oleum camomille ⁊ mellitoti.
Materias difficilis eradicationis ſubtiliat oximel ſquilliti cum ſimplex.
Materias calefacit ſubtiliat ⁊ reſoluit oleum de enula.
Mirach inflāmationē ſoluunt pillule aggregate maiores.

De littera. N.

Nauſeam ſedāt aromaticis reſatum aromaticū garioſilatum ⁊ ſyrupus de menta.
Neruorum educit ſuperfluitates groſſorum humorū ⁊ viſcoſorum yera hermetis:
Neruis cōfe. cōfectio de alphеſcera ⁊ balauſtie condite.
Neruorum egritudinibus frigidis confe. ſyrupus de ſticados aqua mellis vnguentum de bdellio: oleum nardinū: oleum de croco: oleum de piperibus: oleum de euforbio et eorum frigiditati et dolori confec. decoctio de ſticados cerotum andromachi ⁊ oleum de ſtorace: oleum de been: ⁊ oleū de enula.
Neruorum debilitate cōfec. tro. gallie elephangine.
Neruorum egritudines purgant pillule alhandal: ⁊ pillule de oppoponaco.
Neruorum doloribus valet yſopi cerotum Galieni oleum amigdalarū amararū: oleum auellanarū: oleū de nuce in:

dica:oleũ lauri.oleũ camomille:oleũ ſambuci:oleũ de keyri:oleum de melliloto:oleum maſticis et de euforbio eos liniendo.

Neruoꝝ ↄctioni ⁊ eoꝝ frigidis paſſionibus cõferunt ceroꝝ tũ aliud alexandri.oleũ nucũ.

Neruoꝝ durities leniũt.oleũ amigdalarũ amararũ oleuꝫ de ſemine lini:⁊ oleũ de croco.

Neruoꝝ tumoribus et eoꝝ pũcture cõfe.oleũ nucũ:⁊ ipſis leſis a frigiditate valet oleũ lauri.

Neruos ↄfortat oleũ camomille:oleũ ſambucinum:oleũ de melliloto:oleũ maluinũ:⁊ oleũ de croco.

Neruis quibus accidit laxitas cõfec.oleũ citonioꝝ.

Neruos calefaciunt oleũ coſtinũ oleũ de ſanſuco.

Naturã ſtringũt ſyrupus de pyris:ſyrup⁹ de citoniis:ſyrupus acetoſus de citoniis.

Nodoſitates que ſunt in membris ⁊ iũcturis mollificat yſopi ceroтũ.

Nariũ fetori vꝫ oleũ de cucumere aſinino ⁊ eaꝝ opilatiões aperit:oleũ philoſophoꝝ.

## De littera.O.

Oris odorem faciunt bonum electuariũ de aromatib⁹ electuariũ de gemmis confectio de xiloaloes cõfectio electuarii de citro aromaticum muſcatum aromaticis nardinũ trifera ſarra.magna citra condita: ſyrupus de corticibus citri mellicratũ ↄditũ ⁊ mellicratũ de citro.tro.gallie muſcate.ſuſuf de ligno aloes:ſuſuf.aroma.⁊ pille dyarodon.

